



Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Hi

9585



UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY



Digitized by Google

ACTA ERVDITORVM

ANNO
M DC XCVI


publicata.

*Cum S. Cæsareæ Majestatis & Potentissimi
Electoris Saxonie privilegiis.*

L I P S I Æ.

Prostant apud JOH. GROSSII Hæredes
& JOH. THOM. FRITSCHUM.

Typis IOHANNIS GEORGII.
A, M DC XCVI.



N. L. I

ACTA ERUDITORUM

*publicata Lipsiæ
Calendis Januarii, Anno M DC XCVI.*

VOYAGES DE MR. DE MONCONYS,

id est:

Itinera Dn. Monconysii quinq; voluminibus descripta.

Parisiis apud Petrum de Laulne, 1695. in 12.

Constant Alph. 4. plag. 15. & figurarum ænearum plagulis 5.

Qui per exterarum regiones, longæque distitas gentes, oculos animumque curiosum circumferunt, non unum eundemque sibi semper constitutum habent finem. Sunt, qui mores gentium ritusque observant: sunt, qui scire cupiunt instituta & leges rerumpublicarum, regnantiumque artes: sunt denique, quibus cognoscere jucundum est, quem quælibet natio de Numine habeat sensum, & quo pacto istud colat & veneretur. Monconysius vero, cujus nunc sistimus hic Itinerarium, denuo, sed a gravissimis erroribus purgatum, publicæ luci expositum, utut nihil temere prætermiserit, quod observatu dignum est, doctioremque & meliorem hominem reddere potest; præcipue tamen naturæ arcana rimari, adire viros doctrina inclytos & florentes, antiquitatisque perscrutari monumenta, suarum esse partium arbitratus est. Et dignus utique liber varia multiplicique eruditione refertus fuit, qui nunc altera vice (primum enim Lugduni Gallorum A. 1666 editus fuit) in lucem prodiret. Omnium enim artium & scientiarum cultores hinc profutura sibi capere poterunt. Divinis literis operam navantes non poenitebit legisse, quæ de creatione prolixè Noster disseruit, cum a nonnullis, in Ægypto degens, ut Christianorum ea de re expromeret sententiam, rogatus esset. Judæis quoque quænam de Servatore nostro Christo sedeat sententia, quam ridicula sint & jejuna, & cum veritate æque ac

A

pieta-

Tom. I.

p. 309.

Tom. I.

p. 306.

ACTA ERUDITORUM

2

pietate pugnans, quæ perfida gens de eo commenta est, itidem Monconyſius exponit, ex Judæorum in Ægypto viventium quæ hauſit ore referens. Sed nec, quæ tum de Syria & Palæſtina in univerſum, & maxime de urbe Hieroſolymitana commemorat, Theologiæ ſtudiis ad dictos non poſſunt non aut juvare aut certe delectare. Præterquam enim quod accurate deſignat, quæ vidit, quo potiſſimum aut Chriſti aut Apoſtolorum facinore quiſque locus olim nobilitatus ſit, itidem edidit. Historicis cum primis & Geographis plena uberrimæque pulcherrimarum rerum hic effloreſcit ſeges. Præſtantiſſimas enim Hiſpaniæ, Italiæ, Germaniæ, Belgii, Ægypti, Syriæ, Natoliæque urbes, tanto ſtudio hic delineatas legent, quanto delineari potuerunt. Summorum quoque Principum non raro injicitur mentio; quin Ibrahimi, Turcarum Imperatoris, mores & mors accurate & quidem ex inſtituto deſcribuntur. Sed & meritis in rem literariam maxime illuſtris & immortale decus jam pridem conſecutos viros, Carolum Dati, Robertum Boyſium, Ottonem Gherikium, & alios hic ſubinde celebrari videas. Qui vero antiquis monumentis delectantur, hic campum ampliſſimum inveniunt, in quo ingenii vires exerceant, aut feſſam gravioribus curis mentem reſciant. Documento erunt, quæ de pyramidibus Ægyptiis, deque puteo Joſephi, maxime vero de oppido Balbeck copioſe & erudite diſſerit. In oppidorum autem & ædificiorum antiquis ruderibus dijudicandis ita verſatur, ut architectonicæ artis haudquaquam ſe fuiſſe rudem, demonſtret, fidemque ſimul faciat prudentum præcepto, quo eum demum rite exteras luſtrare gentes docent, qui omnibus artibus ſcientiſque inſtruetum probe imbutumque pectus habet. Atque ſane quantum rarioris delicatiorisque doctrinæ ſuis lectoribus impertiat Monconyſius, vel inde intelligitur, quod muſæa & gazophylaciæ curioſa, qua publica, Drefdenſe, Bruzellenſe, Academiæ Lugdunenſis, Magni Ducis Hetruriæ, qua privata, Feſchii, Peyreſcii, Plateri, Bourrilii, aliorumque inſigni ſtudio deſcripſerit, & quid in quoque viſu obſervatuque dignum conſpiciatur, deſignaverit diligenter. Nec picturas rariores celebrioresque, quæ Florentiæ, Romæ, Francofurti, Baſileæ, Lugduni, Parmæ, Bruzellis, Bononiæ, alibique locorum viſuntur, celeberrimorumque artiſticum nomina memoriamque ad ſeros poſteros proferunt, prætermiſit: quia ita cenſuit de ſingulis, ut pingendi artis, qua omnes lite-

rarum

Tom. II.
p. 10. ſeqq.

Tom. IV.

Tom. I.
p. 361. 473.
Tom. II.
p. 97.

rarum alumni olim initiari debebant, peritissimum fuisse, hinc pate-
 scat. Sed hæc quidem omnia, utur ingenium studiumque Auctoris
 fatis arguant, aliud velut agendo observasse videtur, si conferantur
 cum illis, quæ ad naturalem scientiam, mathesin, medicamque artem
 spectant. Hic enim infinitam seriem instrumentorum & machina-
 rum accuratissime descriptarum; hic animalia rariora, plantas arbo-
 resque, flumina & montes, & quicquid fœcundissima rerum mater
 natura habet, sive palam istud ostendet, sive sinu suo intimo abditum
 reconditumque complectatur, quo in admirationem rapit curiosas
 mentes, videre & accuratius contemplari licet. Et ad instrumenta
 quidem, quibus ad introspectendam aut explorandam rerum naturam
 utimur, quod attinet, digna cum primis sunt, ut legatur, quæ de conspi-
 cillis & microscopiis prolixè & erudite differit T. I. p. 245. seqq. & in
 Continuat. T. II. pag. 86. 305 & 310, itemq; de thermometris, in Contin.
 Tom. II. pag. 13. Tom. I. pag. 261. seqq. & Tom. III. pag. 76. Cæte-
 rorum autem, ut & animalium, plantarumque curiosarum a Mon-
 conysio commemoratarum nomina & seriem, subjuncti & hisce ex
 instituto destinati indices exhibent. Neque vero tantum quæ ipse vi-
 dit audivitque refert, sed in rationes causasque subinde inquiri, &
 prolixiori discursu nonnulla prosequitur. De Nili incrementis quam
 multa disceptentur, neminem fugit. Sed Monconysius, cui oculis
 hocce naturæ miraculum usurpare licuit, accuratissime rem omnem
 expeditivisse videtur. Sane commenta plurima, quæ hac de re circum-
 feruntur, solerter detegit seduloque refellit, T. I. p. 316, 389. 490 &
 seqq. Nec de magnete ejusque vi, quæ hinc inde, T. I. p. 222. T. III.
 p. 455. & alibi tradit, legisse quemquam poenitebit.

Sed plura addere non attinet, cum jam ipsum opus in omnium
 manibus versetur. Saltem istud non possumus non indicare, ultimum
 tomum præter itinerarium Hispaniæ, & relationem de morte Ibra-
 himi, commentationem etiam de pondere liquorum, ut & de Al-
 gebra, aliaque opuscula mathematica, itemque poemata Moncony-
 sii & epistolas, tum ab illo, tum ad illum scriptas, nec non processus,
 quos vocant chymicos, medicamentorum formulas, & alia exhibere.

ETAT PRESENT DES NATIONS ET EGLISES

Grecque, Armenienne & Maronite &c.

id est:

Nationum & Ecclesiarum Græcarum, Armeniarum
& Maronitarum, sub Imperio Turcico Status præfens, descri-
ptus a Dn. De La Croix.

Parisiis apud Petrum Herissant, 1695. 12. Pl. 12.

Quam instabiles & fluxæ sint res mortalium, si quis forte dubitet, is si hodiernam Græcorum fortunam statumque cum antiquo contendat atque componat, aliam mox animo induet sententiam. Hoc vero ut rite fieri possit, juvat sane eos perlustrare scriptores, qui hodiernam Græcorum conditionem, miseram utique, maximasque, quibus cum illis colluctandum est, calamitates nobis sistunt. Hos inter nunc & Dominus de la Croix comparet, cui res Græcorum non potuerunt non esse exploratæ, cum ipse Galliæ Regis ad Imperatorem Turcicum Legato fuerit a secretioribus literis, sæpiusque cum Græcorum proceribus & episcopis miscuerit sermones. Non tamen dissimulat, in hoc maxime se intendisse, dum hæc de Græcorum statu commentaretur, ut palam faceret, perperam gloriari Reformatæ Ecclesiæ doctores, quod Græcos in plerisque Christianæ religionis capitibus secum consentientes habeant: quin se hoc ipso evicturum, quod cum Romana potius consentiant conspirentque Ecclesia, nullumque adeo Reformati hinc præsidium petere possint. Quod sane consilium num adduxerit Autorem, ut studio partium quid dederit, alii judicent.

- Lib. I. Cap. I. De servitute Græcorum dum verba facit, quatuor solum ex antiquioribus familiis superstites esse tradit, Cantacuzenorum, Parlæologorum, Assaniorum, & Raliorum. Successisse autem in locum antiquiorum plures recentiores ab illis prognatas, quas Mahometes II. Imperator Constantinopolin privilegiis quibusdam concessis evocaverat. Tributa, quæ Græci Turcis pendere olim jussi sunt, levia quidem esse, ast avaritia recentiorum Imperatorum, ita in immensum aucta, ut intolerabile fere sit, sub quo gemunt Græci jugum. Quo pacto tamen nonnulli hoc onere leventur, itidem exponit. Hæc de civili statu Græcorum commemorat. Ad Ecclesiam autem eorum quod attinet, promeruisse illos asserit suis de Spiritu Sancto gravissimis erroribus, ut cœlesti luce destituti tenebris gravioribus immergerentur: sed tamen veritatis nondum penitus eos fecisse jacturam,
- Cap. II.
- Cap. III. & IV.
- V. ad VIII.

ram; quin multos inter eos esse, qui erroribus omnibus ejuratis, Ecclesie Romanæ disciplinæ se quam lubentissime submittant. Convenire autem Græcorum modernorum doctrinam in plerisque capitibus cum Romanæ Ecclesie placitis, eundo per singulas fere partes adstruit. Nimirum admittere & Græcos ait septem sacramenta, Baptismi, Confirmationis, Eucharistiæ, Pœnitentiæ, Matrimonii, Ordinis, & extremæ Unctionis. Eosdem statuere transsubstantiationem, quam *μετεσώσω* vocent; invocare & sanctos, ac preces fundere pro defunctorum animabus, ut purgatorii cruciatibus liberentur. Quin detestari eos omnes cœlestis doctrinæ depravatores, veteres & recentiores, quos Auctor scilicet tales esse judicat. Hanc vero esse Græcorum sententiam, ex pluribus confessionibus publicæ luci expositis comprobatur. Nihilofecius in quibusdam capitibus Græcos abire a decretis Romanæ Ecclesie, non dissimulat, unde forte schismatis crimen non immerito illis inuratur: sed facere Romanenses nihil reliqui, ut erroribus hisce nuntium mittant, plerosque etiam Græcorum haud difficulter ad id adduci posse. Hinc ecclesiarum particularium postquam inivit numerum, de templis quoque Græcorum, itemque precibus, festis solennioribus, jejuniis, & aliis sacris ritibus uberius differit: sed memoratu præcipue dignum est, quod de igne sacro refert, quem in feria Paschatos in sepulchro Servatoris nostri, ad quod ingenti agmine factò concurrunt, lucere credunt, & ut hoc credant, ab episcopis suis & monachis, utur probe commenti hujus conscii, inducuntur. Excommunicationem quoque nondum in desuetudinem apud eos abiisse ait; quin corpora illorum, qui non expiato crimine, sed semoti separatique a cœru sanctiorum hominum obeunt, ab infernali indui genio, cursitare noctu per plateas, provocare homines, multaq; horrenda perpetrare, firmiter eos sibi persuadere. Quo pacto autè anathematis vinculo iterum liberentur mortui, itidem accurate edisserit. Hinc de monastica Græcorum disciplina, de Cœnobitis & Anachoretis, de ritu Monachos initiandi, de Basilii regulis quas Monachis præscripsisse dicitur, itemque de Hierarchia Ecclesie Græcæ, de quatuor ejus Patriarchis, eorumque autoritate, jurisdictione & reditibus præcipit: accurate etiam, quæ ditiones cuique Patriarchæ parent, edisserit, simulque contendit Constantinopolitanum Patriarcham, ex lege ab ipso Constantino data, olim Romano Pontifici fuisse

Cap. IX. ad
XXVII.

Cap. XXVII
& seqq.

obnoxium. Moscoviticas quoque Ecclesias olim Constantinopolitano Patriarchæ paruisse, aut hodie illis præesse Patriarcham, ab ipso Principe constitutum, observat. Quæ subsequuntur capita, privilegia a Mahomede II. Patriarchis Constantinopolitanis concessa enarrant, & de variis artibus, quibus homines improbi, ut Patriarchatus dignitate potiuntur, hodie utuntur, deque modo, quo huic muneri admoventur, de ministris quoque Patriarchæ, & litibus, quæ Moscoviæ Duci cum Patriarcha suo intercesserunt, exponit. De Armeniis eadem fere ratione disserit. Nimirum, postquam de nomine & situ Armeniæ, modernisq; incolarum moribus, rebusque huc pertinentibus dixisset, Armenicæ doctrinæ habitum in genere sistit, Eurychianique erroris venenum quo pacto illos affarit, exponit. Sed cum nonnulli ex Armeniis ad sacra Romanæ Ecclesiæ accesserint, hinc Schismaticos ab Orthodoxis discernit: & de illis observat, quod in præcipuis doctrinæ cœlestis capitibus non dissentiant, sed de transubstantiatione, de cultu sanctorum, de septem Sacramentis, eadem quæ Romana Ecclesia doceant: errores tamen illorum de Baptismo, quo ab alio quam Presbytero quenquam initiari posse negant, de descensu Christi ad inferos, cæterosque non dissimulat: quin & huc illud refert, quod nullum admittant purgatorium. Orthodoxos, quos vocat, sapius a Schismaticis vexari observat, & quæ ad statum eorum modernum rectius intelligendum faciunt, edisserit. Multa cum primis de Schismaticorum Armeniorum ritibus, de Sacerdotibus illorumque vestitu, de Missa, de Hierarchia, & sacri ordinis viris tradit: de litibus etiam, quæ Irivanensi Patriarchæ ob oleum sacrum cum cæteris intercedunt, aliquid commemorat. Ad Maronitas quod attinet, illorum originem a Drusis repetit. Drusorum autem nomen inditum est ab Arabibus Christianis illis, qui Aladino Imperatore Saracenicis victicia arma per Syriam & Palæstinam circumferente, in Arabiam desertam se receperunt, imminenti se subducturi tempestati. Hic vero cum Arabum exemplo ex raptis viverent, probosque exuerent mores, religionis quoque Christianæ omnem amiserunt sensum, donec tandem a Marone, viro sancto & erudito, doctrinæ cœlestis elementis iterum imbuerentur, a quo etiam Maronitarum nomen illis hæsit. Accessit deinceps Sacerdotum ab Ecclesia Romana, ad revocandos ad veritatem errantes, huc illuc dimissorum industria, quæ effecerunt ut plerique Romanæ Ec-

Ec-

Ecclesiz sacra amplectentur. Maxime autem efflorescere coeperunt res Maronitarum sub Fecreddino Principe, qui excusso Turcarum jugo, novum in Asia condere imperium, sed infelici eventu, in animum induxerat. Fata hujus & molimina, cum ad res Maronitarum intelligendas apprime hoc faciat, prolixius enarrat; finem vero & huic parti imponit, de Libano & Anti-Libano montibus, de oedris Libani, de Maronitarum cum Ecclesia Romana unione, de ritibus & ceremoniis sacris, itemque Patriarcha, Episcopis, Presbyteris & Monachis Maronitarum, quaedam subnectendæ.

Cap. III.
seqq.

VIII.

Quartus denique liber martyrium Nicolai cujusdam, adolescentis Græci, quem Turcæ partim fraudibus, partim vi & cruciatibus, ad sacra Mahomedana amplectenda frustra adducere conati sunt; describit, ejusque constantiam & animi firmitudinem laudibus in cælum evehit. Additus quoque est Dialogus Turcæ cujusdam & Christiani de religione, nullum momentum trahens, & rud. tatis ac ignorantie Turcicæ testis locupletissimus; ut & Guillaragii Galliz Regis ad Imperatorem Turcicum Legati consilium de scholis erigendis, in quibus instrui possint juvenes, qui Orientales gentes Christiana religione imbuerent & in viam veritatis revocare possent; id quod haud difficile fore, modo rite gravissimum hocce negotium institueretur, asserit.

Lib. IV.

*CHRISTIANI KORTHOLTI SS. THEOL. D. UNIVERSITATIS
Kiloniensis Pro-Cancellarii & Professoris Primarii, PASTOR FIDELIS, sive de Officio Ministrorum Ecclesie Opusculum, post beatum
Auctoris obitum ex manuscripto editum.*

Hamburgi, sumptibus Gothofredi Libernickelii, A. 1696. in 12.
Constat plagulis undecim cum dimidia.

Qui nunc in lucem publicam prodit libellus haud inelegans, materiam forte Collegio alicui privato a beatissimo Auctore olim habito suppeditavit. Res tamen procul dubio gratissimam permultis præstitit defuncti parentis ut virtutum ita scripserum quoque hæres filius, Matthias Nicolaus Kortholtus, dum premere illius contenta renuit, & communi potius usui eadem exponere dignatus est. Inveniunt autem hæc Ecclesie Ministri regulas non paucas, ad quas, ubi suo rite fungi student officio, non sine fructu recurrere, & unde sat idoneam informationem haurire poterunt. Sive enim de sua vocatio-

✠

ne sint solliciti, seu de officio didactico elencticove anquirant, seu ad confessiones sacras audiendas vel ad Baptismi Cœnæq; administratio- nem sese præparent, seu ad copulationem neogamorum, ægrotorum item moribundorumque & tentatorum visitationem ac solamen ac- cedant, seu vitam denique ac mores ejusmodi personas decentes in speculo quasi contueri desiderent, nusquam sunt inventuri rationem, cur se hinc vacuos dimissos conquerantur.

Sumto videlicet ab iis exordio, qui se invitos coactosque ad ec- clesiasticum munus pertrahi senserunt ac testati sunt, mox in *primo* capite *vocationem* Ministrorum Auctor excutit, & ejus ante omnia necessitatem eo, quo & alias Theologi sueverunt, modo probat, na- turamque delineat, utpote quæ electionem, ordinationemque & mis- sionem sub ambitu suo complectatur. Quemadmodum vero munus ecclesiasticum ambire inter licita merito ac laudabilia recenset: ita non parum in eos invehitur, qui vel idonei ad expetita officia non sint, vel modis illegitimis, præcipue per artes Simoniacas, aut per conju- gia, se temere in Ecclesiam ingerant; ubi tamen, quo pacto matrimo- nium cum defuncti Pastoris vidua vel filia concessum sit, explanat. Quantum ad vocandi ætatem, olim quidem in V. T. Sacerdotes ante annum trigessimum officio non fuisse admotos, eandemque consue- tudinem & Juris Canonici & quorundam Conciliorum calculo pro- baram perhibet; hodie tamen non usque adeo hunc morem observan- dum subjicit, modo caveatur, ne illis, qui mente pariter ac mento pueri adhuc sunt, negotia prudentiam senilem requirentia promiscue demandentur. Delatum Ministerium a nemine pertinaciter ac temere declinandum, sed nec invito tamen obtrudendum; in locum Pasto- ris injuste remoti aliquem salva conscientia succedere non posse; ab una Ecclesia transire ad aliam non esse simpliciter illicitum, diversis positionibus docet. Porro, Ministerium verbi se non statim abdicare posse ait officio, si collegas habeat incommodos, malosque & ingra- tos auditores, nisi universus cœtus adeo malignus sit, ut audire ipsum eique obtemperare penitus recuset. Multo minus illum, qui facultate suum munus administrandi satis adhuc instructus, ab Ecclesia quoque diutius desideretur, officium sacrum deponere debere, vel quod la- boris ipsum & molestiarum tædeat, vel quod abunde ei, unde se suos- que sustentet, suppetat, vel quod de causis quibuscunque aliis, at iis
carna-

MENSIS JANUARIi A. M DCXCVI.

earnalibus, consultum ejus rationi isthoc videatur. Aliter tamen se habere negotium, si suam unice personam quæri, & in se ab hostibus fidei machinas omnes, quibus Ecclesiæ eripiat, dirigi cognoverit. Tunc enim & fuga sibi talem consulere posse non inficiatur, sed secus statim pronunciat, si communis Ecclesiæ persecutio & ipsum vexet; tunc namque fugam, nisi certo respectu eoque ad Ecclesiæ salutem unice directo, licitam non esse contendit.

Caput *secundum*, quod officio Ministrorum Ecclesiæ *didactico* est destinatum, orditur ab antiquo more, quo, si quid elegantius a Concionatore dictum fuerat, plausus ab auditoribus excitatos legimus. Eum ad multas Doctorum querelas juste ait abrogatum, nec hodie revocandum, cum sane non aliud sacris sermonibus intendi debeat, præterquam salutaris ædificatio, ad quam promovendam perspicuitati imprimis studere, precesque ad Deum pro obtinendo hoc sine ardentissimas effundere orator teneatur; quod ipsum prolixissimis quorundam Patrum testimoniis corroborat, & Lectorem ad Augustini aureum de Doctrina Christiana opus remittit, quod, cum in usum candidatorum Ministerii unice conscriptum fuerit, & seorsim quoque excusum hodie habeatur, singulis præcipue commendat. Tandem & catechizationem ad hoc officium spectare docet, ideoque ad frequens ejus studium serio exhortatur.

Ad *elenchum* in capite *tertio* progreditur, illum nempe, qui peccata auditorum redarguit. Heic a privato inchoandum monet, antequam ad publicum transeat; si nempe peccata nondum notoria sint, sed adhuc occulta. *Manifesta* autem coram omnibus corripienda statuit, *ipsius* quoque Magistratus, circa quem tamen caute ostendit agendum. De cætero res politicas duplici ratione considerari, semel ut Reipublicæ tantum profint vel obsint; deinde, ut voluntati DEI patefactæ ejusque honori & charitati Christianæ palam adversentur. Priori modo spectatas civilis Magistratus dispositioni permittendas, sed posteriori omnino ab Ecclesiæ Ministro tangendas arbitratur. Ea, quæ res Ministrorum Ecclesiæ privatas respiciunt, pro objecto publici elenchi idoneo non habet; sicuti & in his, quæ nondum ita manifesta sint, ut satis certo de ipsis constet, moram sibi commendatissimam habere Minister debeat. Licet autem cuivis tempori elenchum convenire non abnuat, semper tamen ex animo pio, sincero, zeli-

B

que

que divini pleno ut is proficiatur, postulat. Et cum elenchum, si nihil eo obtineatur, sequi consueverit excommunicatio, minorque hæc vel major sit, quasum illa a sacrae synaxeos usu, hæc ab omni fidelium communione peccatorem repellat; neutram a solo Ecclesie Ministro sine Consistorii præscitu, imo majorem non nisi conscia & approbante tota Ecclesia suscipi posse addit.

Officiis hæctenus enumeratis non incongrue ab Auctore statim in capite *quarto* ea adjunguntur, quæ circa audiendas *confessiones sacras* observare Minister Ecclesie necessum habeat. Vitiis scilicet ex rumore non penitus incerto ad notitiam illius perlatorum scrutinium eidem injungitur, & quomodo se gerere constrictus sit erga absolutionis cupidum, si is objecta crimina aut fateatur aut inficietur, exponitur. Detecta in confessione nequaquam manifestari debere, ne Magistrati quidem sciscitanti, contendit; quanquam istud libentissime concedat, facinus in publicam vergens perniciem sic aperiri posse, ut nominata solum re, personæ nomen & qualitas studiose reticeatur. In lite coram ordinario Magistratu versantem non concessum esse simpliciter abs impertienda absolutione removere; bene autem illum ab hac arceri, qui eandem a consueto suo Confessionario ex odio, rancore, similive causa petere omittat. Facemus, quæ in medium profert Auctor de licita correptione consentientis etiam ob illa delicta, quibus ipsemet Minister ab eo est offensus; de non omitendo hæc examine catechetico; deque absolutione per interpretem denuncianda ei, qui peregrina lingua utitur. Sub finem hujus capituli thesina, quod in casu necessitatis, & quando copia non detur ordinarii Ecclesie Ministri, laicus quoque alterum possit absolvere, Lutheri testimonio ac rationibus nonnullis adstruit.

Caput *quintum* consilia Ministro Ecclesie in *Baptismo* occupato suppeditat, eumque monet Auctor ante omnia, ut circa materiam ejus & formam nihil quicquam immutet. Prudentiam dehinc in baptizandis Judæis, monstis, expositiis, requirit. Prolem nisi plene in hanc lucem editam Baptismo tingi prohibet. Infidelium infantes extra Ecclesiam natos ad Sacramentum hoc afferri finit, si modo illi in nostra potestate sint, at secus, si apud parentes remaneant. Paternos sive susceptores citra discrimen admitti vetat, & si forsan ex improvise huc accesserint quidam male notæ homines, quid tum factu opus sit, declarat.

Im-

Impositionem nominis non ex absoluta quidem necessitate, sed boni tamen ordinis causa in Baptismo non omittendam suadet. Ubi Ecclesia in statu pressio versetur, Calviniano etiam & Pontificio Ministro, dum haberi orthodoxus nequeat, infantem baptizandum tradi posse largitur.

Proximum a Baptismo locum *Eucharistia Sacramentum* obtinet, de quo in capite *sexto* monita nonnulla Noster suggerit. Ab ejus participatione arcet hæreticos pertinaces, peccatoresque notorios, qui obstinate in publicis delictis & sceleribus contra conscientiam perseverent; excommunicatos item, quamdiu publice reconciliati non sint; nec minus magos, necromanticos, lenones, manifestos usurarios, gladiatores, qui ad mortem usque invicem depugnent. Qua occasione eos acriter redarguit, qui jamjam duellum inituris Eucharistiam impertire nulli dubitent. Posthæc invitos, & quos in publicis peccatis perseverare constat, ad sacram cœnam cogi non posse subdit. Mutos contra & surdos ab ejus usu simpliciter non excludendos; abstemios vero rectius Eucharistia carere, quam sub una specie communicare reputat. Animam agentibus & omni usu rationis destitutis sacrum hocce epulum porrigi vetat. Si conjectus in carcerem morbo quodam vehementiori affligatur, & Eucharistia teneatur desiderio, hanc ei minime negandam censet, etiamsi crimen intentatum nondum confessus fuerit. Innocentiam per Eucharistia sumentem incongrue probari affirmat. Ministrum Ecclesie, si res ita postulet, sibi ipsi hoc Sacramentum porrigere posse docet, ac junctim denique, quomodo is circa elementa post consecrationem remanentia, quomodo circa communionem ægrorum peste infectorum, quomodo circa alios ejusmodi casus sibi queat omnium optime consulere, declarat.

Caput *septimum* in *copulationem neogamorum* impenditur, ad quam requirit Auctor præviam explorationem consensus eorum, qui conjugium istud aut approbare valeant, aut rejicere. Post cautionem ipsi demandat, ne jungat, qui ob consanguinitatem vel affinitatem matrimonium inire prohibeantur, monetque, ut rationem supputandi gradus probe sibi reddat cognitam, ac tandem postulat, ne quis temere sacerdotali copula tales societ, qui ad aliam parochiam spectent; quæ tamen regula expiret, si v. g. ii, qui castra sequuntur, qui peregrinantur, &c. copulationem desiderent.

ACTA ERUDITORUM

2

Tom. II.
p. 10. seqq.

pietate pugnancia, quæ perfida gens de eo commenta est, itidem Monconyſius exponit, ex Judæorum in Ægypto viventium quæ hauſit ore referens. Sed nec, quæ tum de Syria & Palæſtina in univerſum, & maxime de urbe Hieroſolymitana commemorat, Theologiæ ſtudiis ad dictos non poſſunt non aut juvare aut certe delectare. Præterquam enim quod accurate deſignat, quæ vidit, quo potiſſimum aut Chriſti aut Apoſtolorum facinore quiſque locus olim nobilitatus ſit, itidem ediſſerit. Historicis cum primis & Geographis plena uberrimaque pulcherrimarum rerum hic efflorefcit ſeges. Præſtantiſſimas enim Hiſpaniæ, Italiæ, Germaniæ, Belgii, Ægypti, Syriæ, Natoliæque urbes, tanto ſtudio hic delineatas legent, quanto delineari potuerunt. Summorum quoque Principum non raro injicitur mentio; quin Ibrahimi, Turcarum Imperatoris, mores & mors accurate & quidem ex inſtituto deſcribuntur. Sed & meritis in rem literariam maxime illuſtres & immortale decus jam pridem conſecutos viros, Carolum Dati, Robertum Boyſium, Ottonem Gherikium, & alios hinc ſubinde celebrari videas. Qui vero antiquis monumentis delectantur, hic campum ampliſſimum invenient, in quo ingenii vires exerçant, aut feſſam gravioribus curis mentem reficiant. Documento erunt, quæ de pyramidibus Ægyptiis, deque puteo Joſephi, maxime vero de oppido Balbeck copioſe & erudite diſſerit. In oppidorum autem & ædificiorum antiquis ruderibus dijudicandis ita verſatur, ut architectonicæ artis haudquaquam ſe fuiſſe rudem, demonſtret, fidemque ſimul faciat prudentum præcepto, quo eum demum rite exterarum luſtrare gentes docent, qui omnibus artibus ſcientiſque inſtruetum probe imbutumque pectus habet. Atque ſane quantum rarioris delicatiorisque doctrinæ ſuis lectoribus impertiat Monconyſius, vel inde intelligitur, quod muſæa & gazophylacia curioſa, qua publica, Dreſdenſe, Bru-xellenſe, Academia Lugdunenſis, Magni Ducis Heturriæ, qua privata, Feſchii, Peyreſcii, Plateri, Bourrillii, aliorumque inſigni ſtudio deſcripſerit, & quid in quoque viſu obſervatuque dignum conſpiciatur, deſignaverit diligenter. Nec picturas rarioreſ celebrioreſque, quæ Florentiæ, Romæ, Francofurti, Baſileæ, Lugduni, Parmæ, Bru-xellis, Bononiæ, alibique locorum viſuntur, celeberrimorumque artificum nomina memoriæque ad ſeros poſteros proferunt, prætermiſit: quia ita cenſuit de ſingulis, ut pingendi artis, qua omnes lite-

Tom. IV.

Tom. I.
p. 361. 473.
Tom. II.
p. 97.

rarum

rarum alumni olim initiari debebant, peritissimum fuisse, hinc pate-
 scat. Sed hæc quidem omnia, utut ingenium studiumque Auctoris
 fati arguant, aliud velut agendo observasse videtur, si conferantur
 cum illis, quæ ad naturalem scientiam, mathesin, medicamque artem
 spectant. Hic enim infinitam seriem instrumentorum & machina-
 rum accuratissime descriptarum; hic animalia rariora, plantas arbo-
 resque, flumina & montes, & quicquid fœcundissima rerum mater
 natura habet, sive palam istud ostendet, sive sinu suo intimo abditum
 reconditumque complectatur, quo in admirationem rapit curiosas
 mentes, videre & accuratius contemplari licet. Et ad instrumenta
 quidem, quibus ad introspiciendam aut explorandam rerum naturam
 utimur, quod attinet, digna cum primis sunt, ut legatur, quæ de conspi-
 cillis & microscopiis prolixè & erudite disserit T. I. p. 245. seqq. & in
 Continuat. T. II. pag. 86. 305 & 310, itemq; de thermometris, in Contin.
 Tom. II. pag. 13. Tom. I. pag. 261. seqq. & Tom. III. pag. 76. Cate-
 rorum autem, ut & animalium, plantarumque curiosarum a Mon-
 conysio commemoratarum nomina & seriem, subjuncti & hisce ex
 instituto destinati indices exhibent. Neque vero tantum quæ ipse vi-
 dit auditque refert, sed in rationes causasque subinde inquiri, &
 prolixiori discursu nonnulla prosequitur. De Nili incrementis quam
 multa disceptentur, neminem fugit. Sed Monconysius, cui oculis
 hocce naturæ miraculum usurpare licuit, accuratissime rem omnem
 expeditisse videtur. Sane commenta plurima, quæ hac de re circum-
 feruntur, solerter detegit seduloque refellit, T. I. p. 316, 389. 490 &
 seqq. Nec de magnete ejusque vi, quæ hinc inde, T. I. p. 222. T. III,
 p. 455. & alibi tradit, legisse quemquam poenitebit.

Sed plura addere non attinet, cum jam ipsum opus in omnium
 manibus versetur. Saltem istud non possumus non indicare, ultimum
 tomum præter itinerarium Hispaniæ, & relationem de morte Ibra-
 himi, commentationem etiam de pondere liquorum, ut & de Al-
 gebra, aliaque opuscula mathematica, itemque poemata Moncony-
 sii & epistolas, tum ab illo, tum ad illum scriptas, nec non processus,
 quos vocant chymicos, medicamentorum formulas, & alia exhibere.

*ETAT PRESENT DES NATIONS ET EGLISES
 Grecque, Armenienne & Maronite &c.*

id est:

Nationum & Ecclesiarum Græcarum, Armeniarum
& Maronitarum, sub Imperio Turcico Status præsens, descri-
ptus a Dn. De La Croix.

Parisiis apud Petrum Herissant, 1695. 12. Pl. 12.

Quam instabiles & fluxæ sint res mortalium, si quis forte dubitet, is si hodiernam Græcorum fortunam statumque cum antiquo contendat atque componat, aliam mox animo induet sententiam. Hoc vero ut rite fieri possit, juvat sane eos perlustrare scriptores, qui hodiernam Græcorum conditionem, miseram utique, maximasque, quibus cum illis colluctandum est, calamitates nobis sistunt. Hos inter nunc & Dominus de la Croix comparet, cui res Græcorum non potuerunt non esse exploratæ, cum ipse Galliæ Regis ad Imperatorem Turcicum Legato fuerit a secretioribus literis, sæpiusque cum Græcorum proceribus & episcopis miscuerit sermones. Non tamen dissimulat, in hoc maxime se intendisse, dum hæc de Græcorum statu commentaretur, ut palam faceret, perperam gloriari Reformatæ Ecclesiæ doctores, quod Græcos in plerisque Christianæ religionis capitibus secum consentientes habeant: quin se hoc ipso evicturum, quod cum Romana potius consentiant conspirentque Ecclesia, nullumque adeo Reformati hinc præsidium petere possint. Quod sane consilium num adduxerit Autorem, ut studio partium quid dederit, alii judicent.

Lib. I. Cap. I.

Cap. II.

Cap. III. &
IV.

V. ad VIII.

De servitute Græcorum dum verba facit, quatuor solum ex antiquioribus familiis superstites esse tradit, Cantacuzenorum, Palæologorum, Assaniorum, & Raliorum. Successisse autem in locum antiquiorum plures recentiores ab illis prognatas, quas Mahometes II. Imperator Constantinopoli privilegiis quibusdam concessis evocaverat. Tributa, quæ Græci Turcis pendere olim jussi sunt, levia quidem esse, ast avaritia recentiorum Imperatorum, ita in immensum aucta, ut intolerabile fere sit, sub quo gemunt Græci jugum. Quo pacto tamen nonnulli hoc onere levantur, itidem exponit. Hæc de civili statu Græcorum commemorat. Ad Ecclesiam autem eorum quod attinet, promeruisse illos asserit suis de Spiritu Sancto gravissimis erroribus, ut cœlesti luce destituti tenebris gravioribus immergerentur: sed tamen veritatis nondum penitus eos fecisse jacturam,

ram; quin multos inter eos esse, qui erroribus omnibus ejuratis, Ecclesie Romanæ disciplinæ se quam lubentissime submittant. Convenire autem Græcorum modernorum doctrinam in plerisque capitibus cum Romanæ Ecclesie placitis, eundo per singulas fere partes adstruit. Nimirum admittere & Græcos ait septem sacramenta, Baptismi, Confirmationis, Eucharistiæ, Pœnitentiæ, Matrimonii, Ordinis, & extremæ Unctionis. Eisdem statuere transubstantiationem, quam *μυστήριον* vocent; invocare & sanctos, ac preces fundere pro defunctorum animabus, ut purgatorii cruciatibus liberentur. Quin detestari eos omnes cœlestis doctrinæ depravatores, veteres & recentiores, quos Auctor scilicet tales esse judicat. Hanc vero esse Græcorum sententiam, ex pluribus confessionibus publicæ luci expositis comprobatur. Nihilofecius in quibusdam capitibus Græcos abire a decretis Romanæ Ecclesie, non dissimulat, unde forte schismatis crimen non immerito illis inuratur: sed facere Romanenses nihil reliqui, ut erroribus hisce nuntium mittant, plerosque etiam Græcorum haud difficulter ad id adduci posse. Hinc ecclesiarum particularium postquam inivit numerum, de templis quoque Græcorum, itemque precibus, festis solennioribus, jejuniis, & aliis sacris ritibus uberius differit: sed memoratu præcipue dignum est, quod de igne sacro refert, quem in feria Paschatos in sepulchro Servatoris nostri, ad quod ingenti agmine factò concurrunt, lucere credunt, & ut hoc credant, ab episcopis suis & monachis, ut probe commenti hujus conscis, inducuntur. Excommunicationem quoque nondum in desuetudinem apud eos abiisse ait; quin corpora illorum, qui non expiato crimine, sed semoti separatique a cœtu sanctiorum hominum obeunt, ab infernali indui genio, cursitare noctu per plateas, provocare homines, multaq; horrenda perpetrare, firmiter eos sibi persuadere. Quo pacto autem anathematis vinculo iterum liberentur mortui, itidem accurate edisserit. Hinc de monastica Græcorum disciplina, de Cœnobitis & Anachoretis, de ritu Monachos initiandi, de Basilii regulis quas Monachis præscripsisse dicitur, itemque de Hierarchia Ecclesie Græcæ, de quatuor ejus Patriarchis, eorumque autoritate, jurisdictione & reditibus præcipit: accurate etiam quæ ditiones cuique Patriarchæ parent, edisserit, simulque contendit Constantinopolitanum Patriarcham, ex lege ab ipso Constantino data, olim Romano Pontifici fuisse

Cap. IX. ad
XXVII.

Cap. XXVII
& seqq.

obnoxium. Moscoviticas quoque Ecclesias olim Constantinopolitano Patriarchæ paruisse, ast hodie illis præesse Patriarcham, ab ipso Principe constitutum, observat. Quæ subsequuntur capita, privilegia a Mahomede II. Patriarchis Constantinopolitanis concessa enarrant, & de variis artibus, quibus homines improbi, ut Patriarchatus dignitate potiantur, hodie utuntur, deque modo, quo huic muneri admoventur, de ministris quoque Patriarchæ, & litibus, quæ Moscoviæ Duci cum Patriarcha suo intercesserunt, exponit. De Armeniis eadem fere ratione differit. Nimirum, postquam de nomine & situ Armeniæ, modernisque incolarum moribus, rebusque huc pertinentibus dixisset, Armenicæ doctrinæ habitum in genere sistit, Eurychianique erroris venenum quo pacto illos affarit, exponit. Sed cum nonnulli ex Armeniis ad sacra Romanæ Ecclesiæ accesserint, hinc Schismaticos ab Orthodoxis discernit: & de illis observat, quod in præceptis doctrinæ cœlestis capitibus non dissentiant, sed de transubstantiatione, de cultu sanctorum, de septem Sacramentis, eadem quæ Romana Ecclesia doceant: errores tamen illorum de Baptismo, quo ab alio quam Presbytero quenquam initiari posse negant, de descensu Christi ad inferos, cæterosque non dissimulat: quin & huc illud refert, quod nullum admittant purgatorium. Orthodoxos, quos vocat, sæpius a Schismaticis vexari observat, & quæ ad statum eorum modernum rectius intelligendum faciunt, edisserit. Multa cum primis de Schismaticorum Armeniorum ritibus, de Sacerdotibus illorumque vestitu, de Missa, de Hierarchia, & sacri ordinis viris tradit: de litibus etiam, quæ Irivanensi Patriarchæ ob oleum sacrum cum cæteris intercedunt, aliquid commemorat. Ad Maronitas quod attinet, illorum originem a Drusis repetit. Drusorum autem nomen inditum est ab Arabibus Christianis illis, qui Aladino Imperatore Saracenicis victoribus arma per Syriam & Palæstinam circumferente, in Arabiam desertam se receperunt, imminenti se subducturi tempestati. Hic vero cum Arabum exemplo ex raptis viverent, probosque exuerent mores, religionis quoque Christianæ omnem amiserunt sensum, donec tandem a Marone, viro sancto & erudito, doctrinæ cœlestis elementis iterum imbuerentur, a quo etiam Maronitarum nomen illis hæsit. Accessit deinceps Sacerdotum ab Ecclesia Romana, ad revocandos ad veritatem errantes, huc illuc dimissorum industria, quæ effecerunt, ut plerique Romanæ Ec-

Ecclesiaz sacra amplecterentur. Maxime autem efflorescere coeperunt res Maronitarum sub Fecreddino Principe, qui excusso Turcarum jure, novum in Asia condere imperium, sed infelici eventu, in animum induxerat. Fata hujus & molimina, cum ad res Maronitarum intelligendas apprime hoc faciat, prolixius enarrat; finem vero & huic parti imponit, de Libano & Anti-Libano montibus, de eodris Libani, de Maronitarum cum Ecclesia Romana unione, de ritibus & ceremoniis sacris, itemque Patriarcha, Episcopis, Presbyteris & Monachis Maronitarum, quaedam subnectendo.

Cap. III.
seqq.

VIII.

Quartus denique liber martyrium Nicolai cujusdam, adolescentis Graeci, quem Turcae partim fraudibus, partim vi & cruciatibus, ad sacra Mahomedana amplectenda frustra adducere conati sunt, describit, ejusque constantiam & animi firmitudinem laudibus in caelum evehit. Additus quoque est Dialogus Turcae cujusdam & Christiani de religione, nullum momentum trahens, & rudetatis ac ignorantiae Turcae testis locupletissimus; ut & Guilleragii Galliae Regis ad Imperatorem Turcicum Legati consilium de scholis erigendis, in quibus instrui possint juvenes, qui Orientales gentes Christiana religione imbuerent & in viam veritatis revocare possent; id quod haud difficile fore, modo rite gravissimum hocce negotium instituat, asserit.

Lib. IV.

*CHRISTIANI KORTHOLTI SS. THEOL. D. UNIVERSITATIS
Kiloniensis Pro-Cancellarii & Professoris Primarii, PASTOR FIDELIS,
sive de Officio Ministrorum Ecclesiae Opusculum, post beatum
Auctoris obitum ex manuscripto editum.*

Hamburgi, sumptibus Gothofredi Libernickelii, A. 1696. in XII.
Constat plagulis undecim cum dimidia.

Quelli nunc in lucem publicam prodit libellus haud inelegans, materiam forte Collegio alicui privato a beatissimo Auctore olim habito suppeditavit. Rem tamen procul dubio gratissimam permultis praestitit defuncti parentis ut virtutum ita scriptorum quoque haeres filius, Matthias Nicolaus Kortholtus, dum premere illius contenta renuit, & communi potius usui eadem exponere dignatus est. Inveniunt autem haec Ecclesiae Ministri regulas non paucas, ad quas, ubi suo rite fungi student officio, non sine fructu recurrere, & unde sat idoneam informationem haurire poterunt. Sive enim de sua vocatio-

ne

ne sint solliciti, seu de officio didactico elencticove anquirant, seu ad confessiones sacras audiendas vel ad Baptismi Cœnæq; administratiōnem sese præparent, seu ad copulationem neogamorum, ægroterum item moribundorumque & tentatorum visitationem ac solamen accedant, seu vitam denique ac mores ejusmodi personas decentes in speculo quasi contueri desiderent, nusquam sunt inventuri rationem, cur se hinc vacuos dimissos conquerantur.

Sumto videlicet ab iis exordio, qui se invitos coactosque ad ecclesiasticum munus pertrahi senserunt ac testati sunt, mox in *primo* capite *vocationem* Ministrorum Auctor excutit, & ejus ante omnia necessitatem eo, quo & alias Theologi sueverunt, modo probat, naturamque delineat, utpote quæ electionem, ordinationemque & missionem sub ambitu suo complectatur. Quemadmodum vero munus ecclesiasticum ambire inter licita merito ac laudabilia recenset: ita non parum in eos invehitur, qui vel idonei ad expetita officia non sint, vel modis illegitimis, præcipue per artes Simoniacas, aut per conjugia, se temere in Ecclesiam ingerant; ubi tamen, quo pacto matrimonium cum defuncti Pastoris vidua vel filia concessum sit, explanat. Quantum ad vocandi ætatem, olim quidem in V. T. Sacerdotes ante annum trigessimum officio non fuisse admotos, eandemque consuetudinem & Juris Canonici & quorundam Conciliorum calculo probaram perhibet; hodie tamen non usque adeo hunc morem observandum subjicit, modo caveatur, ne illis, qui mente pariter ac mento pueri adhuc sunt, negotia prudentiam senilem requirementia promiscue demandentur. Delatum Ministerium a nemine pertinaciter ac temere declinandum, sed nec invito tamen obtrudendum; in locum Pastoris injuste remoti aliquem salva conscientia succedere non posse; ab una Ecclesia transire ad aliam non esse simpliciter illicitum, diversis positionibus edocet. Porro, Ministrum verbi se non statim abdicare posse ait officio, si collegas habeat incommodos, malosque & ingratos auditores, nisi universus coetus adeo malignus sit, ut audire ipsum eique obtemperare penitus recuset. Multo minus illum, qui facultate suum munus administrandi satis adhuc instructus, ab Ecclesia quoque diutius desideretur, officium sacrum deponere debere, vel quod laboris ipsum & molestiarum tædeat, vel quod abunde ei, unde se suosque sustentet, suppetat, vel quod de causis quibuscunque aliis, at iis
carna-

MENSIS JANUARIi A. MDCXCVI.

earnalibus, consultum ejus rationi isthoc videatur. Aliter tamen se habere negotium, si suam unice personam quæri, & in se ab hostibus fidei machinas omnes, quibus Ecclesiæ eripiatur, dirigi cognoverit. Tunc enim & fuga sibi talem consulere posse non inficiatur, sed secus statim pronunciat, si communis Ecclesiæ persecutio & ipsum vexet; tunc namque fugam, nisi certo respectu eoque ad Ecclesiæ salutem unice directo, licitam non esse contendit.

Caput *secundum*, quod officio Ministrorum Ecclesiæ *didactico* est destinatum, orditur ab antiquo more, quo, si quid elegantius a Concionatore dictum fuerat, plausus ab auditoribus excitatos legimus. Eum ad multas Doctorum querelas juste ait abrogatum, nec hodie revocandum, cum sane non aliud sacris sermonibus intendi debeat, præterquam salutaris ædificatio, ad quam promovendam perspicuitati imprimis studere, precesque ad DEUM pro obtinendo hoc sine ardentissimas effundere orator teneatur; quod ipsum prolixissimis quorundam Patrum testimoniis corroborat, & Lectorem ad Augustini aureum de Doctrina Christiana opus remittit, quod, cum in usum candidatorum Ministerii unice conscriptum fuerit, & seorsim quoque excusum hodiè habeatur, singulis præcipue commendat. Tandem & catechizationem ad hoc officium spectare docet, ideoque ad frequens ejus studium serio exhortatur.

Ad *elenchum* in capite *tertio* progreditur, illum nempe, qui peccata auditorum redarguit. Heic a privato inchoandum monet, antequam ad publicum transeat; si nempe peccata nondum notoria sint, sed adhuc occulta. *Manifesta* autem coram omnibus corripienda statuit, *ipsius* quoque Magistratus, circa quem tamen caute ostendit agendum. De cætero res politicas duplici ratione considerari, semel ut Reipublicæ tantum profint vel obsint; deinde, ut voluntati DEI patefactæ ejusque honori & charitati Christianæ palam adversentur. Priori modo spectatas civilis Magistratus dispositioni permittendas, sed posteriori omnino ab Ecclesiæ Ministro tangendas arbitratur. Ea, quæ res Ministrorum Ecclesiæ privatas respiciunt, pro objecto publici elenchi idoneo non habet; sicuti & in his, quæ nondum ita manifesta sint, ut satis certo de ipsis constet, moram sibi commendatissimam habere Minister debet. Licet autem cuivis tempori elenchum convenire non abnuat, semper tamen ex animo pio, sincero, zeli-

B

que

que divini pleno ut is proficiatur, postulat. Et cum elenchum, si nihil eo obtineatur, sequi consueverit excommunicatio, minorque hæc vel major sit, quam illa a sacræ synaxeos usu, hæc ab omni fidelium communione peccatorem repellat; neutram a solo Ecclesiæ Ministro sine Consistorii præscitu, imo majorem non nisi conscientia & approbante tota Ecclesia suscipi posse addit.

Officiis hæcenus enumeratis non incongrue ab Auctore statim in capite *quarto* ea adjunguntur, quæ circa audiendas *confessiones sacras* observare Minister Ecclesiæ necessum habeat. Vitiis scilicet ex rumore non penitus incerto ad notitiam illius perlatorum scrutinium eidem injungitur, & quomodo se gerere constrictus sit erga absolutionis cupidum, si is objecta crimina aut fateatur aut inficietur, exponitur. Detecta in confessione nequaquam manifestari debere, ne Magistratui quidem sciscitanti, contendit; quanquam istud libentissime concedat, facinus in publicam vergens perniciem sic aperiri posse, ut nominata solum re, personæ nomen & qualitas studiose reticeatur. In lite coram ordinario Magistratu versantem non concessum esse simpliciter abs impertienda absolutione remove; bene autem illum ab hac arceri, qui eandem a consueto suo Confessionario ex odio, rancore, similive causa petere omittat. Facemus, quæ in medium profert Auctor de licita correptione contentis etiam ob illa delicta, quibus ipsemet Minister ab eo est offensus; de non omittendo hæc examine catechetico; deque absolutione per interpretem denuncianda ei, qui peregrina lingua utitur. Sub finem hujus capituli thesina, quod in casu necessitatis, & quando copia non detur ordinarii Ecclesiæ Ministri, laicus quoque alterum possit absolvere, Lutheri testimonio ac rationibus nonnullis adstruit.

Caput *quintum* consilia Ministro Ecclesiæ in *Baptismo* occupato suppeditat, eumque monet Auctor ante omnia, ut circa materiam ejus & formam nihil quicquam immutet. Prudentiam dehinc in baptizandis Judæis, monstros, expositiis, requirit. Prolem nisi plene in hanc lucem editam Baptismo tingi prohibet. Infidelium infantes extra Ecclesiam natos ad Sacramentum hoc afferri finit, si modo illi in nostra potestate sint, at secus, si apud parentes remaneant. Paternos sive susceptores citra discrimen admitti vetat, & si forsan ex improvise huc accesserint quidam male notæ homines, quid tum facti opus sit, declarat.

Im-

Impositionem nominis non ex absoluta quidem necessitate, sed boni tamen ordinis causa in Baptismo non omittendam suadet. Ubi Ecclesia in statu presso versetur, Calviniano etiam & Pontificio Ministro, dum haberi orthodoxus nequeat, infantem baptizandum tradi posse largitur.

Proximum a Baptismo locum *Eucharistia Sacramentum* obtinet, de quo in capite *sexto* monita nonnulla Noster suggerit. Ab ejus participatione arcet hæreticos pertinaces, peccatoresque notorios, qui obstinate in publicis delictis & sceleribus contra conscientiam perseverent; excommunicatos item, quamdiu publice reconciliati non sint; nec minus magos, necromanticos, lenones, manifestos usurarios, gladiatores, qui ad mortem usque invicem depugnent. Qua occasione eos acriter redarguit, qui jamjam duellum inituris Eucharistiam impertire nulli dubitent. Posthæc invitos, & quos in publicis peccatis perseverare constat, ad sacram cœnam cogi non posse subdit. Mutos contra & surdos ab ejus usu simpliciter non excludendos; abstemios vero rectius Eucharistia carere, quam sub una specie communicare reputat. Animam agentibus & omni usu rationis destitutis sacrum hocce epulum porrigi vetat. Si conjectus in carcerem morbo quodam vehementiori affligatur, & Eucharistiæ teneatur desiderio, hanc ei minime negandam censet, etiamsi crimen intentatum nondum confessus fuerit. Innocentiam per Eucharistiæ sumtionem incongrue probari affirmat. Ministrum Ecclesiæ, si res ita postulet, sibi ipsi hoc Sacramentum porrigere posse docet, ac junctim denique, quomodo is circa elementa post consecrationem remanentia, quomodo circa communionem ægrorum peste infectorum, quomodo circa alios ejusmodi casus sibi queat omnium optime consulere, declarat.

Caput *septimum* in *copulationem neogamorum* impenditur, ad quam requirit Auctor præviam explorationem consensus eorum, qui conjugium istud aut approbare valeant, aut rejicere. Post cautionem ipsi demandat, ne conjugat, qui ob consanguinitatem vel affinitatem matrimonium inire prohibeantur, monetque, ut rationem supputandi gradus probe sibi reddat cognitam, ac tandem postulat, ne quis temere sacerdotali copula tales societ, qui ad aliam parochiam spectent; quæ tamen regula expiret, si v. g. ii, qui castra sequuntur, qui peregrinantur, &c. copulationem desiderent.

Visitacionem agrotorum atque moribundorum non omittendam esse ab Ecclesiæ Ministro sub initium capituli octavi probat. Partes autem apud eos obeundas heic non allegat, quandoquidem id in tractatu vernaculo, cui titulus: Vorbereitung zur Ewigkeit/ c. XXVII. abunde præstiterit: in quo præterea capp. XXIIIX & XXIX. rationem cum tentatis conversandi late indicarit. Ut adeo heic nihil addat amplius, quam quod & alias Ecclesiæ Ministrorum sit privata informatione, adhortatione, obrestatione, comminatione, consolatione creditis suæ curæ animabus consulere.

Caput nonum Ecclesiæ Ministrorum vitam atque mores concernit, ubi, postquam illos nomine hoc indignos Auctor pronuncia- vit, quorum doctrinæ vita non respondeat, quemlibet etiam eorum, qui ecclesiastica officia ambiant, de vita improbe transacta suspectum esse haud debere, præclaris Patrum celeberrimorum effatis, ac re imprimis ipsa nixus, asserit.

JULII STERRINGA ANIMADVERSIONES PHILOLOGICO-SACRAE in Pentateuchum, exhibentes veram & limatiorem variorum in quinque Moysi libris locorum, tum verbalem, tum in multis quoque realem interpretationem.

Leovardix apud Heronem Nautam, 1695. in 4. plag. 43.

Voluit clarissimus Autor, qui Bornbergumanae in Frisiis Ecclesiæ præest, Animadversiones istas specimen esse emendationum, quas nova Belgica sacrorum oraculorum versio, quam cum nulla non recentiorum de palma contendere posse novimus, adhuc admittere videbatur. Cum vero prævideret, vix fieri posse, ut istud studium eorum, qui ferre non possunt, ut versioni vulgo receptæ aliquis nævus inhærere credatur, censuras effugeret; omnem in præfatione lapidem mover, ut eorum judiciis pondus suum & auctoritatem eripiat. Nec enim ipsos quidem Pontificios eousque superstitionis processisse ostendit, ut vulgatæ suæ, Tridentini Concilii decreto pro authentica declarata, medelam adhiberi noluerint: & inter Belgas Reformatos, ante se quoque viros eruditos quamplurimos simile quid tentasse. Ut alios enim taceamus, qui data occasione passim id ausi fuerunt, venerandam Classem Leovardianam ex instituto emendationi Belgicæ versionis manum admovisse, ex Actis ejus hodiernum constare potest.

Quin

Quin ipse Auctor noster ab ea ad Synodum Frisicam, Leovardiæ anno 1689. habitam, delegatus, Classis de hoc negotio mentem, quidque in eo præstitum a Classe jam fuerit, coram Synodo sese exposuisse testatur. His itaque & aliis hujusmodi cum satis munitum sese existimaret, opus hoc suum, quod censuræ versionis Belgicæ destinavit, aggressus est. Istud autem in tres partes abire jussit, in quarum prima de superfluis, altera de omissis, tertia denique de immutandis distincte agit. Ut clarius dicamus, tractat in prima loca, in quibus vocabula quædam Belgica, quæ in versionem istam irrepsere, superflua excutiuntur: quæ si forte propter nitorem & perspicuitatem omitti non poterant, uncinulis saltem, ut alibi fecerunt Belgæ interpretes, erant includenda. In parte secunda observat vocabula textus originalis, quæ versio omisisse videtur: & in tertia denique ea, quæ ad sublimiorem e sacro textu manifestius eruendam *דברים* originalem, versionique dilucidius imprimendam facere videbantur. Hoc postremum enim Belgicam linguam, quam ullam aliam, felicius præstare existimat, ob insignem ejus cum Hebraica convenientiam, quam decem e Scripturis, & quamplurimis aliunde petitis exemplis impræsentiarum ivit assertum, prolixius, si opus foret, facile demonstrandam. Talia sunt; quod *איש הארץ* Hebræis dicitur, qui Belgis *een Akkerman*; sic *צוארי* *שולל* Jud. V, 30. idem est, quod Belgarum *Buijt-balsen*, & sicuti illi de pudore & ignominia hominibus iahærenti dicunt *על עקב בשתם* sic Belgica quoque dialecto *baare sbaante zy (ben) op de bielen* optime dicitur. Sed de istis agere nec nostri nec Auctoris nostri institutum nunc fert, de cujus libro & libri genio ut melius Lectoribus nostris constet, nil superest, quam ut speciminis loco paucas saltem ejus observationes hic attingamus.

Observat itaque in parte prima ad Genes. L. 23. verba *בני שלשים*, quæ Belgæ reddiderunt: *kinderen, des derden gelidts*, parenthesi includendam esse vocem *gelidts*, cum vox *שלשים* eam nativa sua significatione non involvat. Deinde Comma voci *Kinderen* subiectum removeri jubet, quippe quod loci mentem ac sensum invertat, ultimam quæ quarta est, generationem absorbendo. Textus nimirum ita habet: *בני שלשים יוסף לאפרים* cum Belgice sic reddere jubet Noster: *Ende Joseph sagt van Ephraim kinderen des derden [lides] i. e. & vidit Josephus liberos ex Ephraimo tertiæ*

p. 15.

Visitacionem agrorum atque moribundorum non omittendam esse ab Ecclesiæ Ministro sub initium capituli octavi probat. Partes autem apud eos obeundas heic non allegat, quandoquidem id in tractatu vernaculo, cui titulus: Vorbereitung zur Erbigkeit/ c. XXVII. abunde præstiterit: in quo præterea capp. XXIX & XXIX. rationem cum tentatis conversandi late indicavit. Ut adeo heic nihil addat amplius, quam quod & alias Ecclesiæ Ministrorum sit privata informatione, adhortatione, obtestatione, comminatione, consolatione creditis suæ curæ animabus consulere.

Caput nonum Ecclesiæ Ministrorum vitam atque mores concernit, ubi, postquam illos nomine hoc indignos Auctor pronuncia- vit, quorum doctrinæ vita non respondeat, quemlibet etiam eorum, qui ecclesiastica officia ambiant, de vita improbe transacta suspectum esse haud debere, præclaris Patrum celeberrimorum effatis, ac re imprimis ipsa nixus, asserit.

JULII STERRINGA ANIMADVERSIONES PHILOGICO-SACRAE in Pentateuchum, exhibentes veram & limatiorem variorum in quinque Mosis libris locorum, tum verbaalem, tum in multis quoque realem interpretationem.

Leovardix apud Heronem Nautam, 1695. in 4. plag. 43.

VOluit clarissimus Autor, qui Bornbergumana in Frisiis Ecclesiæ præest, Animadversiones istas specimen esse emendationum, quas nova Belgica sacrorum oraculorum versio, quam cum nulla non recentiorum de palma contendere posse novimus, adhuc admittere videbatur. Cum vero prævideret, vix fieri posse, ut istud studium eorum, qui ferre non possunt, ut versioni vulgo receptæ aliquis nævus inhærere credatur, censuras effugeret; omnem in præfatione lapidem movet, ut eorum judicii pondus suum & auctoritatem eripiat. Nec enim ipsos quidem Pontificios eousque superstitionis processisse ostendit, ut vulgatæ suæ, Tridentini Concilii decreto pro authentica declaratæ, medelam adhiberi noluerint: & inter Belgas Reformatos, ante se quoque viros eruditos quamplurimos simile quid tentasse. Ut alios enim taceamus, qui data occasione passim id ausi fuerunt, venerandam Classem Leovardianam ex instituto emendationi Belgicæ versionis manum admovisse, ex Actis ejus hodiernum constare potest.

Quin

Quin ipse Auctor noster ab ea ad Synodum Friscam, Leovardiaz anno 1689. habitam, delegatus, Classis de hoc negotio mentem, quidque in eo praestitum a Classe jam fuerit, coram Synodo sese exposuisse testatur. His itaque & aliis hujusmodi cum satis munitum sese existimaret, opus hoc suum, quod censuræ versionis Belgicæ destinavit, aggressus est. Istud autem in tres partes abire jussit, in quarum prima de superfluis, altera de omissis, tertia denique de immutandis distincte agit. Ut clarius dicamus, tractat in prima loca, in quibus vocabula quædam Belgica, quæ in versionem istam irrepsere, superflua excutiuntur: quæ si forte propter nitorem & perspicuitatem omitti non poterant, uncinulis saltem, ut alibi fecerunt Belgæ interpretes, erant includenda. In parte secunda observat vocabula textus originalis, quæ versio omisisse videtur: & in tertia denique ea, quæ ad sublimiorem e sacro textu manifestius eruendam *דגוּשׁוּ* originalem, versionique dilucidius imprimendam facere videbantur. Hoc postremum enim Belgicam linguam, quam ullam aliam, feliciter præstare existimat, ob insignem ejus cum Hebraica convenientiam, quam decem e Scripturis, & quam plurimis aliunde petitis exemplis impræsentiarum ivit assertum, prolixius, si opus foret, facile demonstrandam. Talia sunt; quod *הארמה* Hebrais dicitur, qui Belgis *een Akkerman*; sic *צוארי* *לל* Jud. V, 30. idem est, quod Belgarum *Buijt-halsen*, & sicuti illi de pudore & ignominia hominibus inhaerenti dicunt *על עקב כשתום* sic Belgica quoque dialecto *haare sbaante zy (ben) op de bielen* optime dicitur. Sed de istis agere nec nostri nec Auctoris nostri institutum nunc fert, de cujus libro & libri genio ut melius Lectoribus nostris constet, nil superest, quam ut speciminis loco paucas saltem ejus observationes hic attingamus.

Observat itaque in parte prima ad Genes. L. 23. verba *בני שלשים*, quæ Belgæ reddiderunt: *kinderen, des derden gelids*, parenthesi includendam esse vocem *gelids*, cum vox *שלשים* eam nativa sua significatione non involvat. Deinde Comma voci *Kinderen* subiectum removeri jubet, quippe quod loci mentem ac sensum invertat, ultimam quæ quarta est, generationem absorbendo. Textus nimirum ita habet: *בני שלשים בני לאפריים* eum Belgice sic reddere jubet Noster: *Ende Joseph sagde van Ephraim kinderen des derden [lids] i. e. & vidit Josephus liberos ex Ephraimo tertiæ*

p. 15.

generat' onis. Ordinem autem huncce genericum ita disponit: α Ephraim, β בני filii ejus, γ שלישי tertii, nimirum ab Ephraimo, Ephraimi nepotes, Josephi pronepotes, δ בני שלישי filii tertiorum, Ephraimi pronepotes, Josephi abnepotes, qui alias רביעי *quarti* nuncupari solent, ut adeo quartam ab Ephraimo generationem viderit Josephus. Magni forte momenti non est, quod e literæ ך in voce שלישי productione, in Codd. nonnullis (in quibus nimirum spatii ratio id extendi jussit) obvia, deducit argumentum; quasi scil. Ephraimicæ propaginis productio ista non obscure edoceatur. Rectius vero e voce בני in statu constructo posita contra Chaldæum, Vulgatum, & LXX Senes (quibus tamen sola voculæ εως omissione mederi possumus) quartam generationem intelligendam hoc loco esse, demonstravit.

In altera parte, quæ de *omissis* agit, Gen. XXIX, 13. verba: *p. 87.* דתננה לך אתה שכת עליה לך אתה שכת עליה לך *ita vertit: Dit landt, daar gy op ligt te slaapen, dat sal ik u geeven, ende wven zade,* addita scilicet particula relativa *dat*, quæ in versione Belgica omissa est, hoc sensu: *terram hanc in qua nunc recumbis, illam dabo tibi & & semini tuo.* Subministrant illius textus verba: אתה שכת עליה לך *exemplum pronominis relativi superadditi demonstrativo, quod non Hebræis solum, sed Arabibus quoque & sacris N. T. Scrip- toribus perquam est familiare; notat tamen doctissimus harum rerum Vorstius, Hebraismum hujusmodi solum obtinere, si quando pronomen relativum vi syntaxeos casu obliquo foret efferendum. Verum locum eum etiam habere, ubi casu recto ponendum est relati- vum, Noster ex Genes. XVII, 12. Deuteron. XX, 20. Neh. II, 13. 18. Ruth. IV, 11 15. 1. Sam. X, 19. 2 Reg. XXII, 13. observat, in quibus locis pronomen demonstrativum, casu recto relativo accumulatum, ab- sentis verbi substantivi potestatem subire existimat, Sed ut ad textum nostrum redeamus, pleonasmus ille עליה לך plane est otiosus; ac secus se res habet in sequentibus, ubi demonstrativum in נתננה neu- tiquam otiose superadjici clarum est. Merito propterea illud in ver- sione erat exprimendum, præcipue cum ad posteriorem classium pleo- nasmii, quas Noster constituit, pertineat, qua demonstrativum pro- nomen נתננה suo, non nisi periphrastica ejus declaratione in- terjecta subjicitur; quæ graviorem נתננה scripturariæ enuntiationi*

conferre solet, quam ubi demonstrativum *περὲλκον* nomini vel immediate, vel absque ulteriori periphrasi postponitur, quæ prima est istius pleonasmii Auctori nostro species.

Ut ex tertia parte unicum quoque exemplum adducamus, quid ad Genes. VII, 14. notaverit, exponere liceat. Redditur ibi *רָעָא* diminutive *vogelken*, observaturque in nota, minorum avium genus hac voce exprimi, quemadmodum contra majores voce *רָעָא* denotentur: *μη ἀπερὸς* id fieri ait Noster. Genericam enim esse illam dictionem, tum ex etymologia ejus ostendit, cujus ratione a *רָעָא* i.e. *aurora* descendere Glassio aliisque observatum fuit; tum autoritate Aben Ezra, Talmudis Hierosolymitani aliorumve Rabbinicorum scriptorum, imò ipsius Scripturæ Deuteron. XIV, 11-19. Sed esse tamen aliquam differentiam fatetur, nimirum illam, quod voce *רָעָא* aves sylvestres hominibusque magis insuetæ, voce *רָעָא* vero cicures mansuetioresque designentur, licet eam quoque differentiam in universum non obtinere agnoscat. Et hoc sensu *רָעָא* etiam opponi *רָעָא* Genes. XV, 10. II. putat, licet ista quoque oppositio perpetua non sit; amicam enim utriusque conjunctionem Ezech. XXXIX, 4. observare se ait. Multo minus vero concedit Viris quibusdam doctis, passerem per *רָעָא* intelligendum esse; contradicit enim Deuteron. XIV, 11. ubi *רָעָא* *רָעָא* dicitur, cujus additi non opus, si *רָעָא* passer est; nulla enim passerum species impura in Scripturis usquam memoratur; imò quis passerem rapaci avium generi associari unquam audivit? cum tamen *רָעָא* Ezech. XXXIX, 4. *רָעָא* five rapacium avium speciei manifeste jungatur.

GEORGII FRIDERICI FRANCI DE FRANKENAU
 Med.D. & P.P. *Onychologia curiosa, seu de Unguibus Tractatio*
Physico-Medica

Jenæ sumptibus Joh. Bielkii, A. 1695. in 4. plag. 8.

Cum præmonuisset clarissim⁹ Auctor, magni Parentis celeberrimiq^{ue} Viri *Georgii Franci de Frankenau*, Potentissimi Regis Daniæ h.t. Archiatri, Filii paternarum dignitatum ac virtutum æmulus, abjectos videri ungues, nec esse tam ætales, sed disquisitione æque ac nobiliores corporis humani partes dignos, varias hinc unguum acceptiones delibat, in sola parte cornea, convexa, flexili & pellucida extremorum digitorum

occu-

occupatus. Divisione pro situ terminorum radicali, laterali, extimo vifa, in partium corporis simularium numerum adferit, sui generis, non tam induratorum nervorum extremitates, vel ex ossis, nervi & cutis portione, quam ex pluribus pelliculis tenerrimarum fibrillarum papillaceis coalitis & protractis gigni statuens. Idque exemplo affinium maxime cornuum in brutis, e plurimis similiter filamentis ex omni cutis superficie productis, & unguarum, a protractis e cutaneo corpore nerveis papillulis sensim solidatis magis oriundarum; unde & per membranam reticularem prolongatis papillulis filamenta & striæ corneæ longitudinales efformentur in ungue, confirmante idem microscopii examine. Uniri vero illas ope humoris lenti & viscosi, salino-oleosi, in quem modum & cornua animalium efformentur, ad quorum instar & ungues gelatinam coctione præbeant. Mature admodum in foetu apparere unguium primordia, citra ligamentum aliquod quoad radicem, sola cute sufficiente, cui adnascatur unguis semper, non item ossi, carne substrata non musculosa, sed spongiosa & levi, tum membrana nervosa & tendinea, paronychiae sede. Nutrimtum unguium derivat ab universalis fluidi purpureo latice, ejusque imprimis gelatinosa & unctiosa portione, particulas salino-sulphureas volatiles alcalinas sub se complexa; concinente analysi chimica, per distillationem unguium, indeque institutis experimentis, e succo cutis, ubi radices agunt, illuc derivata. Hinc & vasculorum sanguiferorum huc pertingentium fit mentio, facta nutritione proportionata, per omnes dimensiones, & nervorum, unde sensus, saltem juxta radices, proprius, communicatur in reliqua parte. Relatum huc quoque augmentum unguium ac pilorum post mortem, propria fide & aliorum probatum, ex residua humidi unctiosi salino-volatilis portione; regeneratio item & figura unguium semicircularis, usibus eorum perapta, addita differentia in simiis, rapacibus & aliis. Hinc numerus, magnitudo & consistentia expenditur, singula usui congrua, color item natus & morbis vitiatus, vel tingentibus quoque extrinsecis, etiam alicubi ornatus causa, non minus ac elongatio studio facta, alendo ungues, nec refecando. Usus assignatur præcipuus apprehensioni rerum durarum servire in manibus, tutari & firmare extrema, aliaque præstare pro lubitu & exigentia. Vires ciendi vomitum unguibus asseruntur, autoritate & experientia, diluendo ratio-

nes

nes in contrarium allatas; aliæ etiam laudantur, assignatæ ab Autoribus. A statu naturali ad præternaturalem digressus, varios morbos memorat, in figura, magnitudine, inæqualitate, scabritie, crassitie, decidencia, aliisque, interspersis observationibus & remediis; a venenis & lepra imprimis mirum quantum immutari. Non abscindi aliquando tuto excrecentes, nisi præmissis evacuantibus; a liberaliori vero resectione & improvida, periculum majus, quæ in mortem aliquando subsequi posse. Docet & quomodo ad latera incurvati possint corrigi. Afferuntur exempla monstrosorum unguium, tum aliis ex causis, tum a gravidis impressa idea peregrina; & defectu motus sufficientis. Coronidis loco adducuntur, quæ ex physiognomia, chiromantia, transplantatione morborum, moribus & traditionibus ungues reservandi, refecandi, & alia illustrare hæc potuere. Qam in rem & quædam subjunguntur in præfatione a G. W. Wedelio, Viro illustri, scripta.

MELCHIORIS LEYDECKERI DE HISTORIA JANSENISMI

Libri VI, quibus de Cornelii Jansenii vita & morte, nec non de ipsius & sequacium dogmatibus differitur.

Trajecti ad Rhenum, apud Franciscum Halmam, A. 1695. in 8.
Alphab. 2.

Magnam omnino Historiæ præsentis seculi partem facit *Jansenismus*, qui tamen hucusque nondum claris adeo coloribus depictus, nondum tam egregio cum apparatu ab aliis excussus est, quin præcipui in hoc scriptorum genere laboris gloriam vindicare sibi celeberrimus LEYDECKERUS valeat. Is enim cum probe perspiceret, non esse omnium hanc facultatem, ut folia, quæ ajunt, volantia optato cum successu colligant, doctrinasque Jansenii & res easdem attinentes, prout sparsim & carptim modo heic modo illic delineatæ sunt, ad informationem idoneam conjungant, suum ideo hoc Opus, quod dudum inceperat, inque nonum, & quod excurrit, annum præferat, publico diutius invidere noluit; maxime, cum orti nuper in Belgio motus ex Jansenismi & Jesuitismi dissidiis non mediocre ipsi calcar adderent. Prodiit nimirum sub anni nonagesimi quarti primordia Innocentii XII. decretum, quo prædecessorum, ac imprimis Innocentii X. & Alexandri VII. Bullæ iterantur in Jansenium, quod in Bel-

C

gio

gio ipsius differerentur dogmata, atque a Jesuitis damnati erroris, id est Jansenitici, postularentur, quicumque dogmata de efficacia gratiæ ex Augustino fortius affererent. Horum primipili ab Auctore nostro Episcopi quidam appellantur, ipsorumque præ cæteris Primas, Mechliniensis Archiepiscopus, Guilielmus Humbertus a Præcipiano, qui eo totus allaboravit, ut Jansenistas omnes, etiam illos, qui suspecti modo Jansenismi essent, muneribus arceret vel eiceret; qua de causâ suas de Novatorum erroribus & motibus querelas ad Pontificem detulerit, decretumque in eosdem postulaverit. Imo, quæ in literis jam memoratis questus fuerit, exposuisse ipsum insuper Pastoralis ad sibi subditos epistola, quam quoque ex Latino sermone in vernaculum verti præceperit. Ejus summam Lectori Auctor in Præfatione exhibet, ac, ut querelas auxerint Antverpiensis, Brugenfis, Gandavenfis & Ruremondensis Episcopi, ut non defuerit Professor Regius & Vicarius Generalis Apostolicus Sylvæducensis, Martinus Steyartus, declarat. Cum præterea Jesuitæ alique, quos inter Augustiniani quidam & Thomistæ, ingentem errorum Janseniticorum farraginem oculis subjecerint, data in hunc finem geminata Tabula, quarum prior hunc præ se ferat titulum: *Jansenismus omnem religionem destruens*; posterior istum: *Jansenismus plurimas hereses & errores damnatos pertinaciter defendens*; idcirco utramque cum suis thesibus itidem annectit. Inter ea Lovanio Romam ablegatum Hennebelium, Doctorem Theologum, singularisque prudentiæ ac eruditionis virum, qui accusatorum ibi causam ageret. Et egisse ipsum eandem strenue, & ostendisse manifeste, quam intolerandum sit, quemvis eruditum Jansenismi postulari, qui non Jesuitarum dogmatis lubenti animo assurgeret. Negotio autem sat diu coram Pontifice disceptato, tandem editum refert decretum, quo quidem famosæ V. Propositiones Jansenii damnentur, at simul prohibeatur, ne promiscue in Eruditos tanquam Jansenismi suspectos Jesuitæ inveherentur. Ipsam deinde Pontificis Maximi Bullam producit, nec literas omittit, quibus ad hoc Innocentii monitum Episcopus Antverpiensis & Martinus Steyartus subjectis sibi omnibus præceperint, ut, quicumque publicis fungerentur muneribus, jurejurando Formulæ adversus quinque propositiones conceptæ subscriberent. Quamobrem ut & Reformatam Auctor tueretur Ecclesiam, & ipsam Jansenismi panderet historiam, Jansenii ante omnia vitam, gesta,

sta, scripta, honores, munera, & mortem cum necessariis animadversionibus; ipsius deinde dogmata theoretica & practica, nec non fautorum, Abbatis Sancyrani, Arnaldi, aliorumque, maxime Jesuitis adversa, & exagitata ab adversariis, in hoc volumine recensere studuit, ac de cætero fortassis abs se impostero edendam dicit fusioem de Jansenismi fortuna & fato historiam, si & vires animumque DEUS concefferit, & Viri docti, si quæ habeant in Bibliothecis huic usui inservitura, suppeditaverint.

Et uti cuncta, quæ hætenus a nobis recensita sunt, limitibus Præfationis continentur: ita nunc ad ipsum opus Auctorem insequimur. Et in parte quidem prima libri tres de vita ac morte Jansenii emergendi occurrunt. Meminit autem Noster in ipso statim limine, alium esse ab hoc, circa quem tractatus hic versetur, Cornelio Jansenio, cognominem illum quidem, sed aliquot ante hunc natum annos defunctum, primum Gandavensium Episcopum, Virum magnæ utique apud Pontificios laudis, nec vulgaris eruditionis, quod edita ab eodem Concordia Evangelica affatim demonstret. Hunc namque A. 1576. senio laboribusq; confectum III. Id. Aprilis obiisse, cum noster anno demum 1785. lucem primo vitalem aspexerit. Unde mirum sit, quosdam eruditos Virorum, uti nomina, sic munera & scripta confundere. Gandavensi itaque illo postposito ad nostrum reflectemus oculos. Batavum fuisse eum dicit Auctor, natumque in Comitatu Leerdamensi asserit. Falli autem operis ejus posthumi Editores, quando ipsum oppidum Leerdamum (Lingerdamum alias, quod ad Lingam fluvium sit situm,) natale ejus constituent, *Has enim vices subiisse potius pagum Aecoy, & quando Leerdamensem se ipsum dixerit Jansenius, casæ eum rusticæ aut profapiz nimium ignobilis fortassis puduisse reputat.* Parentes Pontificiæ religioni addictos, contra Hazardum, Calvinianos eos facientem, ostendit. Patrem dictum Jan Otthe, & fabrili opere victum quæsitasse, matrem autem vocatam Lyntje Gysberts, filiumque appellatum Cornelis Jansen, antiquo vulgi in Belgio more, at Latina vel erudita terminatione Cornelius Jansenius. Primis literarum rudimentis eum imbuunt Sacerdos quidam Leerdamensis, sed pædagogeum, quod tunc Ultrajecti floruit, ampliori ipsum ac Latinæ imprimis linguæ scientia instruxit. Annos natus septendecim Lovanium se contulit, ut ad Academica animum appelleret; ubi quidem Jesuitis

eum Doctoribus ab initio addictum, sed eorum disciplinæ pertæsum, tandem in Collegio Adriani VI. (in quo studiosi inopes ali consueverint,) Jacobum Jansonium (qui summus extiterit Augustini admirator, sed non levis vicissim Jesuitarum adversarius,) magistrum veneratum fuisse Auctor asserit. Lauream Philosophicam A. 1604. primum in ordine retulit, licet non absque tumultu. Cum enim se ipsi opponeret quidam Nobilis Antverpiensis, ut ceu dignior præferretur, scissi sunt in partes promotores, saxaque volarunt, & armis dimicatum est, ast pugnis cessantibus palma tamen Jansenio remansit. Contraxit paulo post amicitiam cum J. Vergerio, quæ, cum & hic primum Jesuitis addictus, sed postea Jansonio magis amicus factus fuerit, causa videtur Auctori, cur soliti sint Jansenii hostes Vergerium parentem Jansenismi primum appellare. Hinc cum Noster e continuis studiorum laboribus morbi contraxisset molestias, ad suavum Medicorum in Galliam profectus est, ac Parisiis aliquantum commoratus, Bajonam secessit, ubi Vergerius evaserat Templi Cathedralis Canonicus, Janseniusque moderator Collegii ab Episcopo Bajonensi, Bertrando d' Escaux, inibi erecti. Sed cum Bajona avocaretur Vergerius, nec ibi commorari porro Noster voluit, Lovaniumque reversus & Collegio S. Pulcheriæ præpositus est. Philosophicam, quæ ipsi mox offerebatur, Professionem abnuvit, Papisticæ Philosophiæ parum amicus. Doctoris autem Theologiæ gradum A. 1619. assumpsit, & monitus, ut M. Antonium de Dominis, qui tunc adversus Pontificem calamum strinxerat, refutaret, eo adigi non potuit, ac suspicantur ideo ipsius hostes, quod eo jam tum tempore de edendo Augustino, & convellenda Pontifici cum autoritate, qui suis bullis Michaellem Bajum, Augustinianæ fidei defensorem, damnassent, cogitaverit, & cum Vergerio inito fœdere convenerit, ut sacra Romanæ religionis uterque mutaret. Renunciatus est interim Theologiæ Professor, mox jussu Hispaniarum Regis A. 1630. sacras literas interpretari suscepit, unde natum dicit Auctor in Deuteronomion Commentarium, nec non in Proverbia, Ecclesiasten, Sapientiam & Sophoniam Analecta, quæ posthuma tamen in Eruditorum Bibliothecis asserventur. De cætero lectioni Patrum, præsertim Augustini, animum applicuit indefessum; quanquam approbare istud Auctor haud sustinet, quod ad eum preces interdum direxerit. Virtutes contra ejus dotesque celebrat, ingenium acerrimum, judici-

judicium gravissimum, memoriam tenacissimam, magnanimitatem quoque, diligentiam indefessam, pietatem, taciturnitatem, amorem veritatis, quam in charitate quæsierit, Symboli in locum hæc verba eligens: in æritate & charitate. Jesuitis autem nunquam non adversantem sese præbuit, cumque Societatis Patres id agerent, ut Lovanii libertate docendi philosophica fruerentur, omnibus repugnavit viribus, adeo ut & bis in Hispaniam proficisceretur legatus academicus, quo id impediret. Cæterum ad sententiam Augustini de gratia uberius excutiendam, occasionem ipsi subministrasse putat Auctor litem inter Dominicanos & Jesuitas de gratia exortam, quam studiosè ex historia recensitam heic videre licet. Prolixius quoque indicatur illius opera, quam navaverit Academiz Lovaniensi, in defendenda Augustini sententia; quo in negotio assecclas invenerit imprimis Libertum Fromondum, Florentiumque Conrium; non paucos item amicos alios, promotioni ejus ac saluti deditissimos. Accidit interea, ut Sylva Ducis a Friderico Henrico, Nassovizæ Principe, capta, negotium Religionis ita ibi instrueretur, ut in parœciis Sacra Romanensibus prohiberentur, & tandem edicto publico redditus ecclesiastici in usum Reformatæ Religionis converti juberentur. Heic se acriter quidem opposuit Jansenius, sed impetitus a Voetio, qui ansam quoque Desperatam Papatus Causam publicandi inde arripuerat, conticuit, substituto in respondentis vicem Liberto Fromondo, qui tamen & ipse edita a Martino Schookio Desperatissima Causa Papatus siluit. Nec veretur Leydeckerus noster injustam ejus appellare methodum, qua in disputatione adversus Reformatos usus sit, prout & atrocem illius in Reformatos animum colligi posse autumat ex ista disputatione, quam cum Theodoro Simonis, Holsato, homine antea Pontificio, sed nunc ad Reformatos transire meditantem, instruxerit, ubi, cum se argumentorum laqueis expedire non posset Jansenius, Theodorum vicissim captivitati injuriisque aliis implicare nullus dubitaverit.

Haftenus in vita potissimum muneribusque Academicis Jansenium conspeximus; nunc qua via sibi accessum ad Episcopatus honorem is para verit, ad Auctoris nostri ductum exponi ordo postulat. Non parum nempe huc contulit liber, quem abs se conceptum Jansenius (nomen interea Alexandri Patricii Armacani adsciscens) sub titulo *Martii Gallici A. 1630.* in lucem publicam emisit, & in quo multa im-

pugnavit, quæ pro justitia armorum & fœderum Regis Galliæ Ludovici XIII. arduo conatu dixerat Doctor quidam Parisiensis Facultatis Ecclesiæque Lugdunensis Theologus, Besianus Arroyus. Ipsa libri summa a Leydeckero recensetur, & sicuti is minime dissimulat, quod Gallicis ille plurimas irarum causas dederit, Hispanos contra, utpote quorum jura inibi asserta legantur, eo impensius delectarit; sicuti præterea Antonii Richardi, aliteriusque alicujus Jesuitæ, (quem Annatum fuisse credit,) judicia, & eorum, qui fœtum hunc Jansenio penitus abjudicaverint, Petroque potius Rosæo acceptum retulerint; suspiciones commemorat: ita magnam quoque in eodem Batavis illatam prolixè queritur injuriam, Suecosque ab eo pariter inique habitos, quod laborantibus in Germania Protestantibus a Ludovico XIII. suppetias assumerent, defendit. Nos circa hæc haudquaquam diu commorandum ducimus, sed istud tantum observamus, concessum dici in Hispania Jansenio quasi in laboris præmium Yprensem Episcopatum, consecrante ipsum Bruxellis d. 28. Octobris A. 1636 Mechliniensi Archiepiscopo, unde post deductus Ypras fuerit d. 30. Novembris, exceptusque singulari epithalamio, (cum Pontificiis Episcopus Ecclesiæ sponsus audire solet,) quod per discipulos Collegii Jesuitici Rector offerri curavit. Prolixum satis illud est, sed insertum tamen huic volumini, quin imo adjecta etiam sub Partis primæ finem Belgica versio, quam Jansenitæ A. 1688, cum de persecutione admodum dolerent, divulgaverint. Ac, ut nihil deesset eorum, quæ huc pertinent, statim a Præfatione ad Lectorem, Diplomata tum Pontificis Urbani VIII, tum Philippi IV. Regis Hispaniarum, quibus Jansenio confertur & confirmatur Yprensis Episcopatus, adjunxit, non alii quidem usui magis inservitura, quam ut, qualis sit hodie in Ecclesia Romana Episcopatus conferendi mos, edoceant. Exposito autem, quidnam ad illa elogia respondeant Jesuitæ, ipsa Jansenii æta Episcopalia recenset, dum præcipue ista in sua diocesi correxerit, quæ displicerent. Parum tamen illa probantur Nostro, ac tanto proin citius ad curam properat, qua ultimam expolendo Augustino suo manum addiderit. Datum tamen eruditis hunc denique post ejus mortem, & talem quidem, ut excusus subin a manuscripto differat, editoribus, Fromondo & Caleno, ob curiæ Romanæ metum multa expungentibus. Annum de cætero unum ac menses fere sex Episcopatu functus fuerat, cum pridie Nonas Majas A. 1638. ætatis suæ

suæ LIII, peste subito correptus occumberet. Solicite imp'rimis Augustinum suum amicis commendavit ante obitum & Pontificio curatus more animam exhalavit. Mortuus monumentum sumtu multo, arte varia, gratisque civium votis extructum adeptus est, cujus inscriptionem laudes Viri egregie deprædicantem apponit Auctor, sed illud quoque superaddit, quod jussu Alexandri VII. A. 1655. turbatum monumentum, epitaphiumque ablatum, & aliud vicissim (quod itidem in medium adducitur,) ab hostibus in ejus vituperium conscriptum fuerit.

Jam tertius Auctoris nostri liber varia complectitur judicia, quæ super rebus hætenus enarratis ipse efformat, & Jansenium certe, cum Belga fuerit, in Batavis natus, supine & ingrate neglexisse avitam ait libertatem, dum se Papali submisit imperio; cum Professor sacrarum literarum fuerit Lovanii, magis eum Scripturam fidei principium venerari debuisse; talem occupasse ipsum Episcopatum, qui ad jugum Belgis imponendum eum cæteris fuerit institutus, quemque is nequaquam ita administravit, ut Frômôndi de eo spem, quod optimos antiquitatis Præsules repræsentaturus esset, parum impletam dicere necessum sit, præcipue, quod non tam ædificando per verbi ministerium DEI vivi templo, quam suo, quod habitaret, palatio intentum sese gesserit. Mox laudandum istud censet in Jansenio summo opere, quod in ordinem monachalem investus, eundem ad pristinum antiquitatis institutum reduci voluerit. Sed & insuper ipsum debuisse agnoscere, quod Monachorum vota, dogmataque de satisfactionibus & operibus supererogationis, Theologiæ Augustinianæ de gratia repugnent. Merito quoque ipsum improbasse communem poenitentiam, confessionis, & eucharistiæ usum, quanquam in his aliisque tollendis parum profecerit. Animum ejus a Belgarum de gratia doctrinis, quas prolixè recenset, haudquaquam alienum, sed tamen hinc inde non parum hallucinantem, uti suo loco dicturus sit, pronunciat. Recte eum asseruisse testatur, vitam spiritualem formari non posse, nisi ad doctrinæ Augustinianæ normam; unde ex fide de Christi gratia Ethicam deduxerit longe sublimiorem, quam quæ in Papatu obtinuerit. Etenim vidisse ipsum, quam vana esset de viribus humanis præsumtio, nec non superba meritoyum venditatio; unde in eo totus fuerit, ut humilitatem commendaret, quæ in altissima sui demissione sita profundissimam creaturæ a suo Creatore dependentiam recte agnosceret. De
cæte-

cætero abusu dependentiæ ab ipso gratiæ influxu atque efficacia, Molinosum ex Jansenismo formasse Quietismum existimat. Ut ut verè præclara multa de conversionis gratia scripserit Jansenius, vituperium tamen mereri ipsum in eo, quod ad fidem, ceu vocat, Evangelicam de Justificatione non pervenerit, imo Reformatæ religionis odio procedere ad eam noluerit; prout & iniquissimam adversus Reformatos inimicitiam passim prodiderit, quam veluti hæreditariam nunquam non exercuisse deprehendantur Jansenitæ, quod testimonio non uno comprobatur, ac præ cæteris allegat eorundem iras in Gisb. Voetium exercitas ideo, quod ille se opposuisset Cartesii doctrinæ, quam plerumque amplectantur ipsi, sed ad multa exin prolapsi præcipitia; id quod methodo recentiorum Philosophorum in Theologicis, e qua Jansenitæ nonnulli in Gallia dicantur in castra Arianorum transiisse, declarat. Circa ipsius testamentum graviter hoc reprehendit, quod se suamque mentem Ecclesiæ Romanæ subjecerit, pronus mutare omnia, si placeret Romanæ sedi. Prodere hoc ipsius Scepticismum, in quo recentiores quidam Jansenitæ paria cum eo fecerint. Judicium interea suum de statu Jansenii post mortem vix ferre sustinet; cogitat tamen de ipso meliõra, cum quis nesciat, a quo tenui filo, quando gratiæ veritas agnoscitur, salus queat suspendi. Alia aliorum de Jansenio judicia, si ve ea fautorum sint, si ve hostium, heic præterit, & ulteriori de varia Jansenismi fortuna commentationi reservat. Unicum tamen, & per integram ejus vitam se diffundens testimonium Valerii Andreæ subnectit, & denique Jansenii gratiam Christi adversus Jesuitas Pelagianos asserentis icona versibus depictam elegiacis suppeditat, prout & iis, qui vultum ejus nosse cupiunt, tabella ænea sub universi operis frontispicium comparente consuluit.

Sed age, quid videtur Nostro de dogmatibus Jansenii? Expressit ea hic magno opere, quod AUGUSTINUS dicitur, quia totius Theologiæ Augustinianæ thesaurus est, edendoque mox a Jansenii fato operi se accinxerunt Reginaldus Lamæus, mortui Sacellanus, qui amanuensis fuerat & chartarum corrector, Henricus Calenus Archipresbyter Bruxellensis Mechliniensisque Canonicus, & Libertus Fromondus Professor Lovaniensis. Prodiit Volumen A. 1640. opera Zegeri, Lovaniensis typographi, ornatum Cæsaris & Regis Hispaniarum privilegiis, dedicatumque Serenissimo Principi, Ferdinando, Hispaniarum Infan-

Infanti, Cardinali, & Belgarum Gubernatori. Non autem deesse dicit Autor, qui Editores id studuisse referant, ut clam Jansenii opus excuderetur, dedisseque operam typographum, ut ne quis ea de re quicquam comperiret; mire tamen arcanum revelasse ventum, qui chartis aëri, ut sicarentur, expositis, unum alterumque folium in manus Adriani Crommii, Collegii Jesuitici Præfetti, detulerit: & hunc implorata Superiorum opera effecisse quidem, ut Jesuitæ libri venditionem impedire moliti fuerint, sed frustra, cum mox proftaret Francofurti ac Colonæ, & Rotomagi in Gallis recuderetur. Licet vero titulum *Augustini*, quem dari suo huic libro ipse Jansenius præceperit, non imprudentem dicere audeat; non defuisse tamen astum superaddit, quasi Lectorem ipse dubium relinqueret de sua mente, ac si Augustini doctrinam exponendo non simul eam adstrueret, probaret, demonstraret, vindicaret; quasi non Jesuitas condemnaret, ut palam Augustinianæ fidei adversarios. Apud eos ergo, qui Jesuitarum oderint effata, atque Hipponensem Præfulem ut gratiæ præconem contra Pelagium adamarint, magnas hoc opus laudes meruisse; verum iis, quos petierit, horridum fuisse & maximopere invisum; quandoquidem vel solo titulo atque omni pagina damnarit Jesuitas ceu Pelagianos, maxime illos, qui Molinam sequerentur. Igitur mox ab eo edito auditos clamores & convitia in Virum, in volumen posthumum, in dogmata, primum thesibus, deinde libellis ac concionibus ad plebem, ac denique querelis libellisque supplicibus ad Reges, ad Cardinales, ad Pontifices, eo eventu, ut tandem sequeretur libri interdictum, doctrinæque Auctoris Romana condemnatio. Reformatos autem semper tuitos Augustini scripta, prout & Calvinus doctrinam ejus de gratia laudaverit. Refert dehinc summatim, quid in toto opere Jansenii singulisque ejus tomis & partibus contineatur; refert etiam, quomodo sui hujus Patriarchæ mentem explicaverint in Catechismo Gratiæ edito A. 1650. Jansenitæ. Mox duodecim dogmata Jansenii primaria & vulgaribus Romanorum effatis opposita velut in tabella exhibet, ejusque Theologiam de natura & gratia ipsius esse Augustini probat. Porro quid Augustinus a Manichæis & Pelagianis omnino alienum docuerit, declarat. Iniquissime autem Calvinianos accusatos perhibet, quasi essent Manichæi, ac libertatis arbitrii peremptores; unde & Jansenius Calvinianus audire præter rem horruerit, Lutherumque etiam citra

D

funda-

fundamentum infectatus fuerit, quasi qui arbitrium liberum negaret. Cæterum dubium Auctori non est, quin vestigia presserit Jansenius Michaelis Baji, Lovaniensis Professoris, Academiaeque Cancellarii, cujus viri propositiones novem & septuaginta adponit, & Paparum Pii V. Gregoriique XIII. latis in easdem sententias condemnatorias recenset; at non nisi Jesuitarum similiumque consilio cuncta peracta judicat. Sat manifeste autem Jansenium se amicum Baji declarasse, unde mirum adeo non sit, quod fata cum eo perquam similia experiri necessarium habuerit. Istud autem mirum sibi videri affirmat, cur Jacobum Benignum Bosluetum, qui nuper in sua Expositione fidei dogmata Bajanis utique, ut ostendit, æqualia proposuerit, Romæ tamen laudatum, toleratum ad minimum, cum suis assertis intelligamus.

Verum licet istam accusationem, qua Jansenius Jesuitas ceu Pelagianam sobolem introduxerit, & præcipue inter ipsos ac Gallos Massilienses jam ab Augustino refutatos parallelismum formaverit, pro sola fere & unica causa malorum, eidem quæ obtigerint, haberi posse moneat; non esse tamen istam adeo fonticam declarat, utpote cum satis notum, quomodo jam diu atram Pelagianismi notam æmulis Jesuitis Dominicani inusserint, ipsique e Jesuitis aliqui vestigia eorum presserint. Imo & in Bellarmino, quanquàm is Molinæ Vasquesii, Lessiique opiniones tanquam Augustino adversantes notet, Pelagianismi labem reperiri probare nititur. Joannem etiam Cassianum, qui Semi-Pelagianismum condiderit, a Jesuitis extolli tanquam celeberrimum sui sæculi vitæ spiritualis directorem, nec defuisse, qui in eum Commentaria ceu orthodoxum scriberent. Faustum Rhegiensem, qui secutus statim sit Cassianum, apologiis defendi, ipso ob id Baronio indignante. Denique quo animo Dominicani Jesuitas Pelagianismi accusaverint, palam esse dicit ex Congregationum de auxilio sub Clemente IX & Paulo V. historia. Ibi enim Valentiam, Arrubalem, & Vastidam se reos peragi Pelagianismi persensisse. Et cum Valentia ibi concessisset, Pelagianos admisisse re ipsa assensum supernaturalem fieri naturaliter, etiam si verbis id negarent, subsussissetque Thomas Lemos: atqui idem facit Molina; hæsisse illum reum commotis consultoribus. Unde in exitu a Generali acrem hanc censuram retulerit: destruxisti Societatem, destruxisti Societatem concessione illius majoris. Quo facto, & Papæ indignatione velut fulmine paulo post percussus, tanquam Augustini depravator & Pelagianorum sequax, fere exanimatus, Neapolim-

limque advectus, ex dolore eonfestim mortuus fuerit. Hæc autem ut demonstret paulo clarius, ipsam harum congregationum historiam late recenset. Incepisse eas refert. A. 1598. sub Clemente VIII prætractasque ad annum usque 1605, quo Papa hic mortuus; imo lite nondum definita continuatas sub Paulo V. Occasionem earum fuisse hanc, quod Molinæ opiniones de Gratia & Libero Arbitrio, quæ antiquæ essent Franciscanorum, probatæ hæctenus a Jesuitis. & auctæ Lusitaniam, Hispaniam, Belgium, aliasque orbis Pontificii partes turbarent, non ferentibus Jesuitarum molimina Doctoribus Lovaniensibus, ac Duacensis, atque in Hispania Salmanticensibus., quorum primarius Dominicus Bannez, cui se in Lusitania Thomas Lemos adjunxerit. Itaque negotium delatum ad Inquisitionis tribunal, mox a Jesuitis ablegato F. Suarez, qui motus componeret, invidiamque amoliretur. Sed cum non feliciter satis procederet negotium, Clementem ipsum, de his disidiis cognoscere cupidum, has Congregationes instituisse. Heic vero diu nimis subsistendum nobis & prolixè admodum extendenda esset hæc relatio, si Acta harum Congregationum singula ad ductum Auctoris, qui cum cura in iisdem versatus est, commemorare studeremus. Hoc saltim allegamus, cusum esse in Jesuitas velut Pelagianismi reos decretum Pontificium, suppressum istud quidem & in Romanis scriniis, ne innotesceret, conclusum, usque dum Jansenitarum Legati Romæ istud fideliter describerent, apposita publica fide & instituta collatione, ex quo tempore a Sanctamoro publice sit editum. Nec desideratur in hoc opere, cui totum, licet paulo sit prolixius, Auctor *inseruit*, eum maxime in finem, ut Jansenianæ causæ contra Jesuitas æquitatem hinc ostenderet. Cuncta autem, quæ in Jesuitis ille notarit ac perstrinxerit, ad hos articulos reducit: ad doctrinam de statu primi hominis, de statu naturæ lapsæ, de gratia Servatoris, de prædestinatione, & ad Scholasticorum, præcipue Jesuitarum, docendi methodum. Recte vero hæctenus & ad Auctoris nostri placitum se gesit Jansenius; nunc tamen, quid in eo desideret, exponere is non omittit. Videlicet non satis apte ipsum compegisse dicit suum de natura & gratia Systema. Neque potuisse aliter, quando Romana communione excedere noller, Tridentinis decretis obnoxius. Præterea doctrinam Augustini obsequio nimis servili eum probasse ubique, ut etiam nævos imitaretur, quos evitare Reformati caute de-

creverint. Imo vero in quibusdam visum infra Dominicanos subsidere, probatis etiam quibusdam Jesuitarum & Pelagianorum principiis. Quamvis autem prolixior de dogmatis Jansenii falsis dissertationem in aliud volumen reservet, paucis tamen assertorum suorum fidem adstruit. Grandem igitur Jansenii errorem facit, quod prædeterminationem physicam, qualem præcipue Dominicani asseruerint, licet profundam creaturæ a Creatore dependentiam veneraretur, negaverit; imo vero a statu angelorum & primi hominis ante lapsum ipsius gratiæ prædeterminationem plane exclusit; quod nimium in gratia delectante & morali suavitate movente hæserit, atque in illa statuerit dari gradus; quod gratiæ interiori cuidam resistere quem posse dixerit; quod quoad peccatum originale, rejecto fœdere primo, & ex eo imputatione peccati Adamitici, metuens sibi a Jesuitico dogmate, quod peccatum originale fere in imputato reatu constituat, unice inteneus fuerit in propugnationem illius per libidinosam concupiscentiam; quod debuerit ex principiis Romanæ fidei de efficacia Baptismi, qua, quicquid est peccati in baptizatis, eluatur, statuere, concupiscentiam post illud Sacramentum in iis remanentem etiamque in regenitis non esse peccatum, nisi illi consenserint; quod asseruerit, in renatis, manente licet concupiscentia, dari facultatem, qua legem DEI perfecte implere queant, licet talia quoque scripserit, quæ vicissim ostendant, quod aliqua senserit mandata DEI quoad vires datas per gratiam esse fidelibus impossibilia; quod liberius de bonorum operum meritis locutus fuerit, quam deceat gratiæ Christi adsertorem; hujus autem erroris hunc esse fontem, quod ad Justificationem gratuitam sine operibus per gratiam Christi fide receptam non penetraverit. Hallucinatum præterea Jansenium in extensione mortis Christi. Quamvis enim fateatur, singulari modo Servatorem pro electis solis ad salutem esse mortuum, attamen ut fulmen Tridentinum evitaret, statuisse, etiam reprobis ex morte Christi gratiam dari, quæ veram regenerationem & fidem producat, nec tamen perseverans sit, DEO subtrahente certis de causis gratiam; unde quoque affirmavit, vere sanctos & fideles plurimos plane & in æternum deficere; quem errorem, ut vocat, comitatus fuerit alius, neminem de salute sua certum esse posse, licet foret de sua conversione & fide persuasus. Has putat Jansenii sequaciumque doctrinas Scripturis & veritati fidei neutiquam consonas, & quæ satis indicent,

dicent, Jansenismum longe diffidere a Reformatâ fide, quamvis ad eam cauto Molinismi, utique Pelagiani, evitandi studio accedere visus sit. Reformatos etiam longius abire a Pelagianis, quam Jansenium, qui subinde his aliquantum similis appareat, dum v.g. Pelagii morales suasiones non satis rejecerit, dum sanctos sæpius deficere concesserit, communem adeo gratiam electis & reprobis attribuens &c. qua occasione binas de *Pelagianismo* & *Semi-Pelagianismo* dissertationes subnectit, & utriusque naturam ac historiam fuse explicat; nosque, dum Lectorem eo ablegamus, spem simul facimus, quod citra fructum inde recessurus nemo sit.

Atque hæc de dogmatibus Jansenii theoreticis commentari Auctor voluit. Nunc ad practica progressus, Ethicam illius ex sanioribus Augustini fontibus profluentem laudat. Laudat quoque ejus animum, Scholasticorum, præsertim Jesuitarum, Ethicam adversantem, utpote cum & in hac Pelagium illi pariter secuti deprehendantur. Ipsum contra in eo esse totum, ut ex principiis de origine boni & mali, seu de corruptione naturæ lapsæ per ignorantiam & concupiscentiam, & de opposita gratia, qua amor DEI peccatori inspiretur, rationem peccati & veræ virtutis exponeret. Unde ille sic: summum bonum est solus DEUS; omne bonum in creatis est a DEO, præsertim in peccatore restituto; non est aliquod bonum, nisi tendat ad DEUM, qui est finis boni. Ergo omne opus bonum debet deduci ex DEO, ejusque gratia, qua in peccatore bona operandi principia producuntur, debetque rursus tendere in DEUM, id est, neque esse potest aliquod bonum opus, quod non ex illo amore processerit: contra non potest non illa actio esse peccatum, in qua amor DEI deficit, aut quæ isti virtuti adversatur. Deficit autem per amorem creaturæ inordinatum, id est, per concupiscentiam & *αυτοφιλίαν*, quibus animus a DEO auctore & fine omnis boni avertitur. Ut vero DEUS amari posset, opus erat fide, qua DEUS recte cognoscitur, intentio animi in debitum finem dirigitur, & auxilium ad bene operandum ex amore ab ipso DEO petitur & impetratur. Inde ergo oriam Jansenii Ethicam, cujus quoad peccatum & virtutem solidas omnino bases, ex magno opere collectas & variis articulis inclusas, Auctor sigillatim exhibet. Paria autem in hoc negotio tradidisse notat J. Vergerium, Abbatem Sancyranum, qui pares etiam expertus fuerit adversariorum inimicitias. Utriusque insuper, Vergerii

pariter ac Janfenii, Theologiam Moralem circa euchariftiam & poenitentiam amplius expofitam ab A. Arnaldo, libro de frequenti communione, cuius summam exhibet, & quomodo illius dogmata ab adverfariis exagitata reperiantur, indicat. Non interim Viris fuffeciffe perhibet, meliorem docuiffe Ethicam, quin & Jefuitifmi themata morali fuæ doctrinæ adverfa ab iisdem impugnari perhibet, ac fpeciatiim decantatifsimam illam probabilitatem, ignorantiam peccata excufantem, doctrinas: mandata DEI observari poffe absque refpectu ad DEI gloriam, ipfumque Chriftum potuiffe virtuoſas præſtare actiones ſine refpectu ad gloriam ſui Patris, quin etiam ſatisfieri poſſe divinis præceptis, non tantum absque intentione ea obſervandi, ſed etiam cum intentione contraria & criminofa; varia itidem eorum dogmata ad amorem proximi & ſecundam Tabulam ſpectantia. Praxin præterea Jefuitarum circa Chriſtianifmi religionem, circa Sacramenta euchariftiæ & poenitentia, circa devotionem, a Janſenitis corrigi. Reprehendi eorum cultum B. Virgini Mariæ exhiberi ſolitum, reprehendi dogmata Principum juribus & axiomatibus perquam infeſta, quæ ad ductum Sanctarelli aliorumque ex Hiſtoria in medium producit, tandemque claudit hoc volumen fidei & pietatis Janſeniano-Sancyranæ ſpecimine, quod dedit G. Gibieuf, in fine libri de libertate DEI & creaturæ, quodque, dum rarus ille liber ſit, ut heic locum inveniret, dignum utique exiſtimavit.

Sed nondum dimittendus Lector eſt: ſequitur enim Appendix, quæ varia in ſe ſcripta ab aliis profecta continet. Et primo quidem loco comparent *dua illæ tabula* a Jefuitis in odium Janſenitarum efformatæ, quarum ſupra nudos modo gradus in præfatione exhibuerat, heic vero integram, qua constant, deductionem pleniffimè legendam concedit. Ac referat illæ ſunt creberrima errorum plurimorum imputatione, referatæ multo apparatu argumentorum, exitium in Janſenitas decernendum eſſe flagitantium. Porro, cum Janſenitæ ſe vulgariſimis, maxime Jefuiticis erga B. Virginem honoribus oppoſuerint, edito (a Janſenita, ut putat, Mechlinienſi,) libello, cui titulus: *Monita ſalutaria B. Mariæ Virginis ad cultores ſuos indiſcretos*; idcirco eum integrum ſubjungit ex editione Leodiienſi apud Nicol. de la Rache A. 1674, (ſed habetur, id quod obſervamus obiter, exemplar prius Gandavienſe A. 1673. typis Franciſci d' Erckel impreſſum, juxta quod ante

annos

annos aliquot in Germania nostra superiore repetita vice excusa monita hæc sunt. Bina verò hæc exemplaria inter se contententibus aliqua equidem occurret in lemmatibus distinctionibusque discrepantia; sed levior, unde nonnisi *ex mæceda* isthæc memorare placuit; nec minus alterum illi oppositum, Duacique mox editum eodem anno, Latine & Gallice, apud Mariam Serrurier, hæc sub inscriptione: *Jesu Christi monita maxime salutaria de cultu dilectissime matri Maria exhibendo*, cujus autor fuerit Theologus quidam Duacensis. Denique liberali manu communicat colloquium cum Jansenitis, qui A. 1653; damnati & Roma Parisios redituri Tigurum transiverunt, habitum a celeberrimo Viro, Joanne Henrico Hottingero, quod hujus manu descriptum, missumque ad Gisb. Voetium dono sibi datum celebrat a Gisberti nepote, Paulo Voetio, qui Illustrissimis Provinciæ Ultrajectinæ Ordinibus a Secretis est. Exponit autem in eò Hottingerus, quid secum quilibet illorum Legatorum disseruerit, & ex effatis singulorum hoc denique judicium elicit: Papam parti utrique gratificaturum publice damnasse Jansenitas; privatim Augustini doctrinam approbasse: Jansenitas mediam ex Augustino inter Reformatos & Molinistas viam querere, quæ non derur; captiose & calumniose Reformatorum doctrinam ab iis proponi: multum tamen eos lucis habere, puta quod ab Augustino in controversia de gratia non recedant, & eundem, ut fassifunt coram Pontifice, vita sua chariorem habeant; quod de articulis fidei a gratia DEI dependentibus suum in multis præbeant assensum; quod determinationem ultimi actus & gratiæ divinæ concursum ad omne opus bonum tam masculè urgeant; quod tandem Jesuitarum studia & mores plane improbant.

NOUVELLE BIBLIOTHEQUE DES AUTEURS
ECCLESIASTIQUES.

hoc est:

Novæ Bibliothecæ Autorum Ecclesiasticorum

Tomus VII. Autore L. E. Dupinio.

Parisii, apud Andream Pralardum, 1696. in 4.

Constat Alphab. r. plag. II.

Alia plane facie septimus hic Bibliothecæ Ecclesiasticæ tomus, quam præcedentes, in orbis eruditi theatrum prodit. Illi enim cum vitæ
seri-

scriptaque Autorum Ecclesiasticorum, ea, quam ætas eorum præscribat, serie, exhibuerint, iisque Conciliorum historiam, brevemque doctrinæ & rituum delineationem subtexuerint; in hoc arbitraria prorsus methodo, potissimæ sæculi noni controversiæ & materiæ ecclesiasticæ pertractantur. Quamobrem ipsum titulum quoque mutare clarissimo Autori visum fuit. In Parisiensi enim editione, quæ anno 1694 lucem aspexit: *Histoire des Controverses & Matières Ecclesiastiques traitées dans le neuvième Siècle*; H. e. *Historia controversiarum & materiarum Ecclesiasticarum, sæculo post C. N. nono agitarum*, inscribitur. Quamvis in illa, qua nunc uti nobis licet, editione, Huguetanorum sumtibus procul dubio iterata, priorum tomorum titulus harmoniæ servandæ gratia retentus fuerit. Septendecim autem siue capitibus siue titulis totum hoc opus absolvitur, quorum primo, quid tam in Orientali quam Occidentali Ecclesia circa initium hujus sæculi in causâ imaginum actum fuerit, explicatur. Defendebat imaginum cultum cum Patriarcha suo, quem A. 806. ad hanc dignitatem provexerat, sibi cognomine Imperator Nicephorus; quod etiam ejus faciebat successor, Michael Cæsaropales. Post ejus excessum vero Leo Armenius Iconoclastis favebat, quo interfecto pacem Michael Balbus, qui post eum anno Christi 820 in thronum Imperatorium evectus est, inter Iconoclastas & partem iis adversam meditabatur; quamobrem adorationi earum serio interdicebat, omnibus quoque superstitionis cæremoniis, quæ tendere eo videbantur, abrogatis, quamvis plane sacris locis eas exturbari non vellet. Quod consilium suum ut Pontifici Romano probaret, solennem ad eum legationem adornabat, Ludovico Pio quoque Imperatore occidentali in partes vocato. Verum cum nihil fere a Curia Romana obtineri posset, libertatem saltem per legatos suos Ludovicus flagitabat convocandi super hac re in Gallia concilium; quâ impetrata, anno 824 de hisce rebus consultabant in Concilio Episcopi Galli, adorationemque imaginum plane rejiciebant, imo & honorem earum ob scandalum, quod infirmis inde nasci poterat, dissuadebant. Acta hujus Concilii Papæ Eugenio Ludovicus Imperator trans mittebat, nullo tamen civilitatis genere omisso, quod ad bene ea accipienda, & pacem cum Orientalibus ineundam eum disponere posse videbatur. Non equidem constat, quomodo omnia ista ab Eugenio accepta fuerint; mittebat tamen interea Ludovicus Legatos

p. 3.

tos ad Michaelē in Oriente imperantem, Alirgarium Cameracensem Episcopum & Alfridum Nonantulæ Abbatem; quos tamen vix quicquam effecisse inde manifestum est, quod eadem rerum facies in Oriente, quamdiu Michael imperavit, obtinuerit, post mortem vero ejus a Theophilo filio persecutio contra imaginum defensores fuerit renovata. Quamvis post hujus obitum, in Concilio Constantinopolitano anno 842 ab ejus uxore Theodora convocato, earum cultus restauratus fuerit, everso quoque ad Patriarchatus fastigium Methodio in locum Joannis, qui Iconoclastarum partibus faverat; quo ipso etiam finis huic controversiæ in Oriente impositus fuit. Vigebat ea interea in Occidente inter Claudium Episcopum Taurinensem, & Theodemirum Abbatem, quorum ille plane abrogari imagines, hic retineri omnia tamen earum adoratione volebat. Scripta prioris jussu Ludovici Pii refutanda suscepit Jonas Episcopus Aurelianensis, cujus liber contra Claudium, post hujus denique mortem, Carolo Calvo dedicatus prodiiit. In illo usum imaginum, sanctorumque invocationem, cultum & intercessionem operose defendit, Gallos tamen non adorare imagines dicit, nec probat divinitatem rebus corporeis representari. Antequam hic liber prodiret, Dungalus Diaconus Claudium refutavit libro Ludovico Pio dedicato. Minus autem, qui circa hoc tempus eadem de re scripsit, favit imaginibus Agobardus Lugdunensis Archiepiscopus, utpote cui sub signis hujusmodi visibilibus invisibilia coli displicere videtur. Sed alia mens est Walafrido Straboni Fuldensi Monacho, qui paulo post eum scripsit; & post quem etiam in Occidente controversiæ de hoc negotio cessasse videntur: siquidem non Germania & Gallia tantum, sed reliquæ etiam Occidentis provinciæ cultum imaginum recipere non dubitarunt. Nihil itaque superesse videtur clarissimo Autori, quam ut de Viris ecclesiasticis, quorum aliqua in his controversiis fuere partes, nonnulla adjiciat. De Nicephoro igitur primum Patriarcha Constantinopol. agit, eadem fere methodo, qua in præcedentibus tomis Scriptores ecclesiasticos recensuit: ut scilicet vitam primo ejus exponat, quomodo in aula nimirum vixerit, solitariam postmodum vitam, quamvis non monasticam, duxerit, ad Patriarchalem demum thronum, laicus licet, quomodo sit eversus. Exponit inde quam fecit ab eo secessionem Theodorus Saita aliique monachi, ob legitimum, in favorem Nicephori Imperatoris, pronun-

P. 4.

P. 5.

E

ciatum

ciatum Constantini Copronymi cum Theodota, repudiato priore uxore, conjugium, restabilitumque Josephum Oeconomum, qui Theodotam coronaverat: & quomodo sanatum fuerit hoc schisma a Michaele Curopolata; quomodo denique a Leone Armenio anno 814 ob controversiam imaginum relegatus, & in exilio anno 828 mortuus sit, a Michaele Balbo cum cæteris extorribus non revocatus. Opera postmodum ejus recenset, summamque eorum breviter exponit, lato quoque critico, ubi opus est, de iis iudicio. Eadem ratione de Theodoro Studita, de Josepho Archiepiscopo Theffalonicensi, de altero Theodoro, Studita paulo juniore, Theostericto Monacho, Claudio Taurinensi, & Dungalo Diacono agit. Quæ omnia ideo prolixius e primo hoc capite excerpere placuit, ut Lectoribus statim de novæ Autoris nostri methodi ratione constaret, quibus patere nunc existimamus, non esse ut vereantur deterius hoc opus factum nunc esse, cum ea non tantum omnia præstentur; quæ tomis prioribus fuerunt præstita, sed plura etiam, quibus denuo orbem literatum sibi obstringit Vir inter præclare de eo meritos, non postremo loco a nobis reponendus.

p. 10.

Historiam controversiæ de gratia & prædestinatione caput alterum complectitur, quæ inter Gottschalcum, qui & Fulgentius dicitur, hæreticas de ea opiniones foventem, & Rabanum orthodoxæ veritatis assertorem, circa medium hujus seculi agitari cœpta fuit. Proponit hanc controversiam ita clarissimus Autor, ut facile appareat, de verbis solum eam ex ejus sententia fuisse. De re enim satis inter Gottschalcum & Rabanum convenisse ait; in eo solum eos discrepasse, quod hic rejecerit phrasin, qua Deus ad pœnas æternas prædestinare dicitur, quam tamen ille obtrudere adversæ parti voluerit, in Concilio Moguntino anno 848 propterea condemnatus. Cum vero Orbacensis in Gallia monasterii esset Monachus, quod ad Suesionensem diocœsim, quæ Archiepiscopum Remensem Metropolitanam habet, spectabat, literas de ejus condemnatione ad Hincmarum Remensem eo tempore Archiepiscopum, Rabanus perferri curabat. Nascitur inde occasio de Hincmaro differendi, quem cum viros doctos Flodoardi autoritate, in Ebbonis locum, postquam per integrum decennium sedes Remensis vacasset, subrogatum statui videamus; non abs re fore existimavimus ex Autore nostro notasse, non Ebboni immediate
Hinc-

p. 12.

Hincmarum sed Fulconem, huic vero Notonem successisse, quorum ille novem, hic unicum saltem annum cum dimidio sedem illam tenuerit; post Notonis vero demum excessum, Hincmarum locum ejus occupasse. Quemadmodum vero Hincmari magnæ in controversia Gottschalci fuerunt partes, quas toto hoc capite clarissimus Autor persequitur: ita non minus ipsi facessiverunt negotii cum Rothado Episcopo Suesionensi lites, quas Nicolaus Papa tandem composuit, quibus totum III caput impenditur; nec non Vulfadii aliorumque Clericorum causa, quorum ordinationem, ab Ebbone Episcopo deposito factam, pro canonica agnosceré Hincmarus nolebat, quæ prolixè capite IV exponitur. Multum quoque eum turbaverunt nepotis sui, beneficio ipsius ad Episcopatum Laudunensem evecti inquieta contra illum consilia, quæ c. V referuntur, ut & alia maximi momenti negotia tam civilia quam ecclesiastica, in quibus ejus conspicua fuit dexterritas, quæ totum VI caput hujus operis impleverunt. Talia fuerunt divortium Thietbergæ & Lotharii III Lotharingæ Regis, quod publico scripto, secus ac a quibusdam credebatur, se detestari testatus est: raptus Judithæ, Caroli Regis filiæ, & Angliæ Regis viduæ, a Balduino perpetratus: separatio Ingeltrudæ a marito suo Bosone: conjugium Stephani cum Raimundi Comitis filia, cui debitum conjugale negabat ille, quod incestum cum ea se commissurum vereretur, cum aliqua e consanguineis ejus se turpiter olim consuesse memor; quam ob causam etiam illud dirimi jussit Hincmarus, si tamen vera esse dicta sua Stephanus probaverit. Huc referuntur etiam studium ejus & epistolæ ad conciliandos fratrum Ludovici Germaniæ Regis & Caroli Calvi animos scriptæ; protestationes contra Anségisi Agendicensis Archiepiscopi privilegium, quem in præjudicium Remensis Ecclesiæ suum per Gallias & Germaniam vicarium fecerat anno 876 Papa Joannes VIII, & alia quamplurima, nunc a nobis prætereunda. Capite VII. controversiæ nono seculo circa Sacramentum eucharistiæ motæ examinantur, quibus Paschasium Ratbertum libro suo de corpore & sanguine Jesu Christi occasionem dedisse, nulli juxta Autorem nostrum dubium esse potest. Sed vero non æque perspicuum est, quis controversiæ status præcisè fuerit. Eum itaque, postquam brevem libri Paschasiani recensionem instituisset, Mabillonii verbis ita explicat, ut dicat, ante Paschasii librum confessos quidem fuisse Catholicos omnes, verum Christi

p. 52.

p. 54.

p. 55.

p. 56.

p. 57.

p. 63.

corpus & verum sanguinem revera existere in eucharistia , itemque panem & vinum in illa converti ; at neminem Paschasii tempore, illud corpus esse idem, quod ex Maria virgine natum est, directe asserere ausum fuisse. Propterea hunc Paschasii librum primus in vasit Autor anonymus , cujus librum ad calcem Erigerii in manuscripto Gemblacensi Mabillonius invenit, hoc titulo ornatum : *Dissertatio cujusdam sapientis de corpore & sanguine Domini adversus Rasbertum*. Credidit Mabillonius, esse hunc librum Epistolam Rabani ad Egilonem, nullo tamen, si audiendus est Noster, fundamento: nam neque titulus id patitur, neque Epistolæ formam hoc scriptum præfert. Non dubitari tamen potest, Rabanum quoque inter Paschasii antagonistas fuisse, præterquam enim, quod Ratramno adversario Paschasii eum jungit Erigerius, ipsemet id profitetur, adversusque eum Epistolam ad Egilonem Abbatem a se scriptam testatur in literis ad Heribaldum : quamvis realem corporis Christi præsentiam Rabanum non negasse, ex variis ejus locis probari possit. Nihil vero de quæstionis tunc agitatae statu melius instruere nos clarissimus Autor existimat, quam librum qui sub Bertrami nomine de corpore & sanguine Christi extat. Istum librum neque cum *Sixto Senensi* & aliis pro suppositio habet, nec cum *Petro de Marca*, & *P. Paris* in *dissert.* de hoc libro, ut & *Jo. Harduino*, pro Joannis Scoti Erigenæ foetu, sed cum *Usserio* & *Mabillonio*, cujus posterioris argumenta pro demonstrationibus habet, Ratramnum ejus autorem credit. In illo autem status controversiæ sic fere exponitur. Cum aliqui Christianorum nullam figuram in mysterio corporis & sanguinis Christi locum habere, sed illud nudæ veritatis simplici manifestatione peragi dicant : alii contra corpus & sanguinem Christi figura mysterii representari existiment, ita ut differat id quod corporis sensibus subjicitur, ab eo quod fides apprehenditur ; ad opinionum differentiam & schisma fere res rediisse videtur. Non itaque quæri putat Dupinius, an præsens sit corpus Christi? id enim supponi ait. Sed an sine velo & figura præsens sit, ita ut corporis oculis appareat? an ita præsens sit palpabile & visibile, ac in sepulcro, in stemmate crucis, in utero matris denique fuisse credendum est? Hoc saltem, non illud in Paschasio refutasse Ratramnum existimat. At longius processisse fatetur Joannem Scotum Erigenam ; ille enim manifeste præsentiam realem impugnat, quod etiam jam olim ab Hincmaro Remensi c. 31. libri

p. 67.

p. 69.

p. 72.

de

de Prædest. ei objectum fuisse legimus. E reliquis qui obiter saltem has controversias attigerunt, Amalarium, Florum & Drutmarum a Rattramni, Haimonem Halberstadiensem vero, & Remigium Antissiodorensium a Paschasii partibus stetisse videmus, cui injuriam factam, male acceptis ejus loquendi formulis, noster quoque Autor existimat. Sed alia quoque hoc seculo circa Eucharistiam orta est quæstio, an scilicet aliqua ejus pars reliquorum corporis alimentorum naturam induat? Qui affirmabant quæstionem, odioso Stercoranistarum nomine appellabantur, fecisseque illud videntur Rabanus, Amalarium & alii nonnulli, quos tamen Erigerius, Guitmundus & alii refutarunt. Inter Paschasium & Rattramnum præter controversiam de modo præsentia Christi in sacra coena, alia quoque mota est, de modo quo Christum pepererit virgo mater, an scilicet aperto an clauso utero? quæ capite IIX a clarissimo Autore exponitur; in quo simul prolixius de Autoribus in hæcenus enarratis controversiis occupatis, eorumque scriptis & vita agitur, de Rattramno nimirum, Joanne Scoto Erigena, quem a Joanne Scoto Æthelingsensi Abbate distinguit, & denique Paschasio Ratberto. Sequentia duo capita celebri Photii Constantinopolitani Patriarchæ historiæ impenduntur: ita ut c. IX ejus cum Ignatio de Patriarchatu Constantinop. contentiones, c. X vero controversiæ in Ecclesia Latina ab eo excitatæ enarrentur. Priori loco simul proluxa de Concilio generali VIII, in causa Photiana post Ignatii restitutionem convocato, instituitur enarratio, ut & controversiæ, quæ Pontifici Romano cum Constantinopoleos Patriarcha de Bulgaria post id concilium intercessit, utpote quam uterque suæ potestati in ecclesiasticis subjectam esse volebat; Synodi item Photianæ, post hujus restitutionem ad abrogandam concilio modo dicto VIII auctoritatem institutæ, & dissidiorum inter orientalem & occidentalem ecclesiam originis, quibus prima semina dedisse videtur Græcorum eum iis quos Photius ordinaverat, licet a Romanis Pontificibus fuissent excommunicati, pax & communio. Tandem etiam scripta Photii prolixè commemorantur tam edita quam inedita, quorum quæ posterioris generis sunt non dividia erit hic quoque apposuisse. Est nempe in Bibliotheca Augustana, Vaticana & Colbertina tractatus ejus *Amphilochia* inscriptus, qui centum quæstiones ab Amphilochio Cyziceno ei propositas earumve responsiones complectitur. Commentarius in Epistolas Paulinas in Bi-

P. 73.

P. 77.

P. 87.

P. 96.

P. 103.

bibliotheca Cantabrigiensi extat, sicut Notæ in Vaticana: Librum contra Leontium hæreticum Suidas citat. Habentur præterea ab eo scripta sed inedita, opus contra Latinos, collectio de Episcopis & Metropolitanis, & tractatus de Manichæis cujus editionem Hinckelmannus meditabatur, commentarius in Categorias Aristotelis. Lexicon quoque ejus memorat Dupinius, quod in Bibliotheca Gudiana integram delitescere fama quidem fuit; novimus tamen Virum doctum, qui per literas ea de re cum Gudio aliquoties, dum in vivis adhuc esset, egit, nunquam tamen tale quid in scriniis ejus extitisse, multis argumentis persuasum habet. Possidet autem partem ejus insignem Vir de Rep. literaria optime meritus, Thomas Gale, qui ut communicare eam aliquando cum orbe erudito velit, etiam atque etiam est orandus; e re enim literaria fore insignis hujus operis editionem, jam olim magnus harum rerum æstimator Scaliger censuit. Cæterum istis manuscriptis Photii Odas ejus IX, quæ in Bibliotheca Claramontana inveniuntur, addimus; de quibus a clarissimo Colomesio in suis ad Cartophylacem Caveanum Paralipomenis admonitos nos fuisse fatemur. Concluditur denique caput hoc IX Theodori Abucaræ historia, qui Photianis primum partibus addictus, in concilio octavo errorem suum agnovisse dicitur. Capite X, quod itidem ad Photium spectare diximus, decem capita, in quibus erroris Ecclesiam Latinam notavit, exponuntur, quodque a Ratramno & Anea, Papæ Nicolai I. monitu, ad ea repositum fuerit. XI capite eorum, quæ circa disciplinam Ecclesiæ in conciliis & synodis hoc seculo habitis ordinata fuerunt, instituitur enarratio, quæ cum nuda fere canonum repetitione absolvatur, non est, quod hic diu moremur. Capite vero XII constitutiones tum Episcoporum, tum aliorum, canonumque collectiones ad eandem pertinentes recensentur. Inter Episcopos qui de disciplina formanda solliciti fuerunt, post Hattonem Episcopum Batleensem, refertur Agobardus, utpote cujus scripta tantum non omnia ad eam spectant. Eum primo Coepiscopum Leidradi Archiepiscopi Lugdunensis fuisse Viri docti ajunt, postmodum vero, cum hic in Sueffionense monasterium secessisset, solum sedem illam tenuisse. Verum frustra id Adonis autoritate affirmant: si enim Coepiscopus fuisset, post ejus secessum denuo non fuisset ordinatus, quod tamen factum fuisse legimus; corrigendus itaque Ado est, ex Hugone Flaviniacensi, & pro *Coepiscopus*, *Cborepiscopus*

p. 141.

scopus legendum. Opera autem Agobardi ab interitu vindicavit Massonius, qui ea ex manuscripto primus edidit, a librorum compactore, nisi ille intervenisset, lacerando. De *Auxilio* quoque hoc loco agit, cujus geminum opus in favorem Formosi Pontificis Romani conscriptum proluxa recensione dignatur. Ignoratur vulgo, cujas sit iste *Auxilius*, nec Autori nostro aliquid amplius de eo constat, quam quod Romam e diffitis regionibus eum appulisse, & a Formoso ordinatum esse Presbyterum, e scriptis ejus colligat. Capite XIII quaestiones de ritibus & caeremoniis ecclesiasticis hoc seculo agitatae exhibet, ubi in recensendis Rabani Mauri & Walafridi Strabonis operibus imprimis proluxus est. Monasticis vero constitutionibus caput XIV. impenditur, in quibus tradendis celebris coenobita Benedictus, Ardo Smaragdus ejus discipulus, Hildemar, & Lupus Servatus in epistolis, hoc seculo praecipuam operam posuerunt. De hoc postremo diversa Domini De la Trappe & doctissimi Mabillonii judicia adducere ex Autore nostro liceat, quorum ille improbat in illo profanarum literarum studium, quod monachus ex ejus sententia aliis rebus rectius impendisset; hic vero propter illud ipsum pro ornamento monastici ordinis eum declarat, quam sententiam Noster quoque potius quam De la Trappii sequi videtur. Capite XV. catalogus commentatorum, qui in S. Scripturas hoc seculo prodierunt, texitur, quostamen omnes compilare potius Patrum opiniones, quam ipsos aliquid ad Scripturam lucis afferre deprehendimus. Venit in horum censum praeter Rabani & Paschalis commentarios, ut & glossam ordinariam a Walafrido Strabone compositam, de quibus in antecedentibus dictum jam fuit, Flori commentarius ineditus in epistolas S. Pauli e XIV Patribus Latinis compilatus; cujus praeter alia quae recensentur, etiam opus est aliud in S. Baulum commentarius, e scriptis Augustini concinnatus, qui Bedae vulgo tribuitur, inter opera quoque ejus excusus, ut & poemata quae sub Drepanii Flori nomine in Bibl. Patrum exhibentur, cum inter illa unum habeatur ad Moduinum Episcopum Augustodunensem, & aliud ad Wulfinum, qui seculo IX ambo floruerunt: ut taceamus ejusdem fere generis illa esse cum iis, quae sub nostri Flori nomine T. II Anal. Mabillonius edidit. Praeter hunc Haimo quoque Halberstadiensis Patrum notas in Scripturas fere integras compilavit. Commentarius ejus in Epistolas Pauli, sub Remigii Archiepiscopi

scopi Remensis nomine a Villalpando primum editus est Romæ anno 1598. Sed omnibus hodie constat, ab illo, sæculo VI quippe defuncto, eum proficisci non potuisse, cum plurimi sæculi IX auctores in eo allegentur. Haimonem itaque ejus esse autorem plerisque probabile videtur, Sigeberti & Trithemii autoritate, nec non styli similitudine ductis, cui & centum post mortem ejus annis, Fulberti scilicet & Yvonis Carnutensis temporibus, adscriptus fuit: quamvis nonnulli Remigio sive Antissiodorensi sive Lugdunensi eum tribuere malint. Angelomi Luxoviensis quoque, Sedulii, Druthmari & Remigii Antissiodorensis commentarios Autor recenset, sed de iis non est, cur pluribus Lectores nostros moremur. Ad sequentia igitur capita pergitur. Horum XVI Paparum qui hoc sæculo in Petri cathedra sederunt, complectitur historiã & scripta, a Stephano nimirum IV usque ad Joannem IX. De ultimo hoc notatur, voluisse quidem Labbeum literas ejus, quas 320, præter fragmenta, integras habemus, quarundam accessione augere: verum quas ille addidit, aut supposititiz sunt, uti tres priores, aut privilegia a Joanne IX solo non profecta, quales quarta & sexta, aut jam inter reliquas editæ extant, ut sexta Labbeana quæ eadem est cum 33, & septima quæ nihil aliud est quam instructio data Legatis, Constantinopolin in causa Photiana missis. Capite denique XVII, quod ultimum est totius operis, de iis autoribus agitur, qui Historiam Ecclesiasticam hoc sæculo scripserunt, vel vitam aut martyrium alicujus sancti literarum monumentis consignarunt. Locum hic habet inter alios Anastasius Bibliothecarius, de cujus vitis summorum Pontificum ita censet Autor noster, ut Pontificum Anastasio antiquiorum vitas usque ad Damasum alii antiquiori Autori tribuat qui Damaso eos supposuerit, sequentium vero Paparum historiã Anastasio adscribat, qui priorum simul emendationem in se suscepit. Adriani autem II vitam omnino scripsit ex mente illius Anastasius, utpote cui non huic tantum, sed & quatuor ejus successoribus superstiti esse, eorumque historiã scribere, per atatem licuit. Memoratur inter hosce Scriptores Otfridus etiam Weissemburgensis, qui Historiam evangelicam e quatuor Evangelistis lingua vetere Francica sive Theotisca concinnavit. Præfationem istius libri Latinam ad Luitbertum Moguntinum Archiepiscopum e Bibliotheca Patrum citat, ipsum vero opus nunquam lucem adspexisse existimat. Verum edidit illud

P. 193.

P. 199.

illud omnino superiori seculo Flacius Illyricus cum præfatione sua, in forma, quam octavam vulgo vocant; præmittiturque illi, præter præfationem Latinam, alia ad Salomonem Constantiensem Episcopum Franciscis rythmis, cui hoc opus ad plebis suæ ædificationem transmittitur. Desunt tamé in editione Flaciana priora duo capita, quæ una cum tertio introductionis loco fuisse videntur; quarto enim denique Historia Evangelica incipit. Venit in Scriptorum horum censum etiam ob Martyrologium suum Ulfuardus, qui S. Germani monachus fuisse ex manuscripto illius monasterii evincitur, quamvis Fuldensem Abbatem alii, alii S. Salvatoris eum fuisse dicant. Dedicavit ille librum suum Carolo, per quem non Carolum *Magnum*, sed *Calvum* intelligendum variis argumentis clarissimus Dupinius evincit, qui tomum hunc nonum ita denique concludit, ut cum Bernardo fructum laboris sui apud DEUM sibi polliceatur, si apud homines forte quod optavit non impetraverit.

p. 200.

Cæterum indices huic tomo subjiciuntur ejusdem plane generis quam prioribus, utpote in quo eundem quoque nitorem, eandem eruditionem ac in illis invenias. Cautiorem forte doctissimum Auctorem Romanæ curiæ censuras effecisse, faciem item & habitum forsân hujus operis propter easdem mutatum fuisse dicas; animam & genium libri eundem, eundem semper & sibi similem Dupinium facile deprehendas.

BERNARDINI RAMAZZINI M. P. EPHEMERIDES BAROMETRICA Mutinenses Anni 1694, una cum Disquisitione causa ascensus & descensus in Torricelliana fistula, juxta diversum aëris statum, &c. ad illustrissimum & celeberrimum Virum D. Lucam Schröckium Academ. Casareo-Leopoldina Natura Curiosorum Præsidem.

Mutinæ apud A.A. Capponi & H.H. Pontiroli, 1695. 8. plag. 8 $\frac{1}{2}$.

Cum clarissimus experimentissimusque Ramazzinus, Boreli præceptoris sui motus auctoritate, (qui in libro de Motionibus naturalibus a gravitate pendentibus prop. 115 Mercurium in fistula Torricelliana dicit altius elevari, dum aer nebulis pluviosis prægnatur, at postquam pluvia delapsa est, denuo deprimi,) putaret imminente pluvia assurgere debere Mercurium in Barometro, redeunte vero serenitate

F

subsi-

subsidere ; contrarium fieri deprehendit observationibus anno 1694 singulis diebus cum cura habitis, sumsitque inde occasionem in præfenti opusculo (quod Auctoris liberalitati, industriæ vero celeberrimi Magliabechii debemus) in hujus phænomeni rationem paulo accuratius inquirendi. Constat autē ex Ephemeridibus, depressiorem semper fuisse Mercurium nebulosam, pluviosam aut niviosam tempestate, & cum Australes flarent venti; sublimiorem vero sereno cœlo, & plerumque ventis spirantibus Borealibus; nisi quod mense Decembri, dum continuabantur pluviz, ad maximam altitudinem ascendit, & in ea per aliquot dies constitit, redituræ serenitatis nuncius. Apparet quoque ex illis, nullam contigisse in Noviluniis, Pleniluniis, Solstitiis, Eclipsibusque Lunaribus Barometri alterationem; in Æquinoctiis tamen & visibili Solis eclipsi non accidisse nullam mutationem, nonnunquam etiam crevisse altitudinem Mercurii, nulla ejus causa in aere adparente. Quæ quidem phænomena omnia quoniam ab aeris cum Mercurio in tubo Torricelliano æquilibrati gravitate variata dependent, communi recentiorum Philosophorum consensu; non levis restat, Auctore judice, difficultas, quomodo scilicet dici possit, aerem leviozem esse imminente pluvia vel dum ruunt imbres, graviorem serenitate restituta; cum perinde videatur, ac si quis assereret, mulierem post editum foetum graviorem esse, quam cum prægnans erat. Hanc ergo difficultatem ut amoliat clarissimus Auctor, supponit, ex globo terra que non vapores solum, qui sunt pluyiarum materia, sed alias quoque exhalationes diversæ indolis, terreas scilicet, salinas, &c. protrudi, ac præsertim hyeme, flante Borea, nitro aerem abundare, & has quidē in humiliori aeris regione consistere, illos autem altius evehi, & a ventis contrariis in nubes densari, ut diu ante Cartesium Hippocrates docuit. Conjicit deinde, cum vapores in nubes & nebulas coguntur a ventis contrariis, eos humectare exhalationes, præcipue nitrosas, ita ut graviores factæ ex aere deturbentur; ac proinde ob harum particularum præcipitationem & exclusionem ab aeris poris, aerem ipsum reddi leviozem: discussis autem per effusos imbres nebulis ac vaporibus, seu per ventos alio delatis, & serenitate restituta, terreas & minerales particulas denuo exaltari, ventosque Boreales nitrosam materiam convehendo novam aeri gravitatem addere. Unde etiam patet, cur ab Australior apud nos reddatur aer, a Borea gravior, quia scilicet ille hu-

humiditatem ad nos affert præcipitantem exhalationes in aere hærentes, hic nubes dissipat nitrosasque partes advehit. Cujus tamen contrarium procul dubio aliis in locis contingit; siquidẽ ex Luca cap. XII vers. 55 Austrum in Palestina æstum, non pluvias excitare constat. Ceterum mutationes reliquas Barometri, quæ tempore, v. g. Æquinoctiorum, Eclipsis, aut contra vulgatum morem contingunt, refert doctissimus Ramazzinus ad effluvia coelestia, quæ ab aere in sinum suum recipi & gravitatem ejus variare supponit. Subjiciuntur autem jam commemoratae disquisitioni duæ epistolæ de eodem argumento, quarum altera est D. Joh. Baptistæ Boccabadati J. U. D. & Serenissimi Ducis Mutinensis Mathematici, altera D. Francisci Torti in Mutinensi Lyceo Medicinæ Professoris. Prioris Auctor aerem leviolem fieri putat pluvioso tempore, quia tunc aqua calore in vapores attenuatur, qui agitati majus spatium requirunt, sicque concretum ex aere & vapore levius, quam solus aer est, constituitur; qui, si solus a calore moveatur, tam rarus non sit, ut sensibilis levitas oriatur. In posteriori epistola id agitur, ut ostendatur Borelli sententiam non repugnare observationibus, cum huc redeat: Aerem ipsum tamdiu graviorem reddi & Mercurium altius urgere, quamdiu intra ejusdem spatiola suspenduntur vapores aquei, quod in serenitate contingit: eundem vero aerem minus gravitare, & Mercurium in minori altitudine sustinere, quamdiu illi vapores incipiunt ab aere excuti & terræ inniti, quod in ipsa pluvia & paulo ante pluviam sensibilem fieri solet.

AONII PALEARII VERULANI OPERA, AD ILLAM Editionem, quam ipse Auctor recensuerat & auxerat, excusa, nunc novis accessionibus locupletata.

Amstelodami, apud Henr. Wetstenium, 1696. 8.

Constat L. alph. 20 plag.

Eloquentiæ laude superiori ævo Italiam potissimum effloruisse constat. Nam sub exortum seculi decimi sexti præclara ibi extiterunt ingenia, quæ eloquentiæ cultu eximiam suam eruditionis vim exornarunt, & e barbarie præteritorum temporum eluctata, orationem exquisita diligentia, ad veterum Auctorum rationem expoliverunt, & rerum præstantissimarum copiam verborum splendore illuminarunt. Nota sunt Politiani, Longolii, Bembi, Sadoleti, Victorii,

Sacraei, Sigonii, Manutii, Mureti, Bonciarii, aliorumque clara eloquentiæ laude nomina, qui humaniorum literarum scientiæ facultatem eleganter & copiose dicendi junxerunt, inque studiis suis id operam dederunt, ut quum in omnibus vitæ partibus non ea modo, quibus nullo modo carere possumus, verum etiam quibus satis commode non caremus, sectemur, & ornatus rationem plerisque in rebus habendam esse ducamus; in literis quoque eum adhibendum existimarent, dicendi facultate & elegantia nihil liberali homine dignius censerent. Plurimos horum ab oblivione vindicarunt sæpius edita in vulgus eloquii ac facundiæ ipsorum monumenta; *Aonii Palearii* autem, istis in dicendo magistris & eloquentissimis viris accensendi, memoria tantum non cum combusti doctissimi viri cineribus diffusa fuit & extincta, a civibus certe ipsius negligenter perquam & fastidiose habita. In Italia enim nunquam ea prodierunt excusa, ac nisi Lugdunenses & Basileenses annis 1536 & 1552, & Bremenses anno 1610 typi in lucem scripta ejus produxissent, actum foret de eorum memoria. Causa hujus invidiæ non alia, quam ingenuitas & candor ac libertas scriptoris hujus extitit, qua Curia Romanæ adversatus est. Ob quam styli libertatem, insuper habito ejus nitore, non modo ipse Auctor ignominiosum pariter ac crudele supplicium vivicomburii perpeffus est, sed ejus etiam scripta abolita, & si per cives ejus stetisset, prorsus extincta ac deleta fuissent: aliorum certe eloquentium virorum scriptorum instar neutiquam asservata, nec per iteratos typos disseminata fuerunt.

Quæ nunc demum in nitorem & decus, quod iis debebatur, evexit doctissimi bibliopolæ *Henrici Westenii* industria: qui indigne ferens, eloquentiæ insignibus his monumentis lucem invideri, cultissimæ editionis beneficio eam iis veluti redonandam conservandamque censuit. In qua non solum exhibuit, quas Basileenses & Bremenses dederant conspiciendas *Orationes* quatuordecim, & *Epistolarum* libros quatuor, ac *Carmen de immortalitate animorum*, quod ad Lucretii rationem compositum tribus absolvitur libris; verum etiam *Ætionem in Pontifices Romanos & eorum affectas*, testimoniis viginti suffultam, & longo tempore occultatam, anno demum hujus seculi sexto typis Vogeliani apud nos Lipsiæ, incertum quo auctore, in publicam lucem prolatam: præterea *Pœmata* nonnulla, quæ in prioribus editionibus non comparebant, adjecit, nullumque omisit eorum quæ

quæ temporum injuria & hominum malevolentia superesse reliquit, eloquentissimi hujus viri scriptorum volumine hoc complecti. In cuius frontispicio eximiam præfationem Editor posuit, qua paucis multa complexus, Paleariæ gentis, & ex ea orti Aonii patriæ, quam Verulos nactus est, studiorum Romæ, Senis, Lucæ ac Mediolani exercitorum, matrimonii, liberorum, adversariorum, & crudelissimæ tandem mortis historiam, breviter & eleganter exponit. Nimirum Franciscanorum & Dominicanorum, potentissimarum partium, gravissima odia eum expertum esse ait, quod ausus fuerit res sacras tractare stylo puro ac Latino; quodque e sanctis Patribus, ac vetustis religionis Christianæ monumentis, multa depromserit, quæ extare in rerum natura ipsi ignorarunt; & quod aperte ostenderit, se non favere Ecclesiæ Romanæ; denique quod librum lingua vernacula scripserit *de meritis mortis Christi*, huic ea tribuens quæ priorum meritorum fiduciæ ipsi imputant. Quod Vatinianum in Palearium odium eo valuisse narrat, ut circa annum MD LXVI, juxta Thuanum Lib. 39. (nam alii alium annum morti ejus adscribunt) a Pontifice Pio V. Mediolani vinciri, & Romam abduci fuerit jussus, ubi vivus in ignem coniectus sit, æternæ veritatis fidelissimus testis, a Flacio etiam propterea Catalogo ejus Testium illatus. Hujus autem exitii sui crebra edidisse præfagia, idque ipsum sibi veluti prædixisse, in Orationum aliquot locis observavimus. In tertia sane p. 91 libere profitetur: *Si ignis pœna mihi subeunda est pro testimonio fidei Christianæ, nihil est me beatius. Neque enim puto Christianum esse hoc tempore, in lectulo mori. Parum est accusari & deduci in carcerem, virgis cadi, veste suspendi, insui in culeum, feru objici; ad ignem torreri nos decet, si bis supplicii veritas in lucem est proferenda.* In Præfatione Actionis familia profert p. 207: *Quid est, quod rimeamus? quid est, quod ludibrio esse hominibus, virgis cadi, in ignem conjici, pro testimonio sancto recusemus?* Adde p. 203. 208. 228. ac alibi, ubi præ constantia fidei se æquo animo omnia vitæ præsidia amissurum, uxorem, liberos, propinquos, amicos relicturum, Italia excessurum, in solitudines abiturum, in carcere habiturum, in supplicii denique moriturum profertur, modo professione sua aliquid ad defensionem fidei accedat. Præclara etiam ejus vox est p. 84. *Res domi angusta est;* (qualem etiam liberis suis epist. 30. Lib. IV. p. 533. eam depingit) *at conscientia in animi penetralibus angusta, lata, ala-*

cris, quam neque interdium agitant Furia, neque terrent noctu tedis ardentibus. Sedeant illi in cathedra, diademata imponant, dibapbum vestiant, textili stragulo triclinia sternant: ego cum tripode iligneo abdam me in bibliorbeca, cui satis laneus amictus est ad frigus, linteum ad sudorem, lectulus ad quietem. Plura in Orationibus & Epistolis ejus hujusmodi inveniuntur loca, bene constituti ipsius animi indicium quæ præbent; sed quæ congerere non vacat. Id tamen omitti minime fas duximus, Germanis eum admodum favisse, & hunc suum erga eos amorem, non sine insigni eorum laude, ob literarum merita, adversus obtrectatores tuitum esse. Quam in rem adducere juvat candida ejus verba ex Orat. II. p. 84. 85: Nihil ad veritatem interesse arbitror, cujus quisque sit. Et ut alia præteream, quod obsita multa barbaric, obvoluta nonnulla paupertate incredibili orationis, spinosa olim & offusa quadam tenebris, nunc Latinis litteris illustrata sint; non modo laudo, sed gratias etiam agendas Germanis puto, qui in ea re fuere diligentes. Facebant divina studia, strata in cellulis hominum otiosorum, qui licet in sylvas se abstrusissent, ut in hac incumberent, ita stertebant tamen, ut nos in urbibus & vicis audiremus: erecta prope sunt ab istis, cum Chaldaicis, tum Grecis, tum Latinis bibliothecis restitutis, typis pulcherrime adinventis, Theologis perhonorifice stipendiis decretis. Quæ res clarior, quæ gloriosior, quæ commendatior esse potest memoria hominum sempiterna? Pag. 83. e Germanis potissimum Oecolampadium, Erasmus, Melanchthonem, Lutherum, Pomeranum, Bucerum extollit, & permulta ab his digna prorsus omni laude, graviter, accurate & sincere scripta fuisse profitetur. Quæ ipsa candida professio procul dubio infortunii causa extitit, mortemque adeo crudelem ipsi acceleravit, & effecit, ut præclara ingenii & eloquentiæ ejus monumenta perdita & deleta cuperent Romanæ Curiæ devoti; sed a quo interitu ea solertissimi Amstelodamensis Bibliopolæ cura nunc vindicavit. Hæc ut Marci Antonii Flamini etiam opera complectatur, eorumque editionem in Præfatione promissam acceleret, nostrum est votum commune cum omnibus, quibus nitida excultaque eloquentissimorum hominum scripta præ cæteris arrident.

*Die Episteln und Evangelia an Sonn- und Festagen
durchs ganze Jahr/ ic.*

Hoc

Hoc est:

TEXTUS EVANGELICI AC EPISTOLICI PER TOTUM ANNUM, una cum Historia Passionis, Resurrectionis & Ascensionis JESU CHRISTI, nec non eversa Hierosolyma, autoritate publica Illustrium Lusacia superioris Statuum in linguam Wendicam seu Sorabicam versi.

Budissæ, apud Joh. Wilsch / A. 1695. in 8.

Const. 2. Alphab. & plagul. 4 $\frac{1}{2}$.

Quærerere quis posset, unde factum sit, quod umbilicum Lusaciæ superioris incolant reliquæ gentis Wendicæ, mediæ inter Germanos vere germanos, qui latus utrumque longe lateque claudunt? Sed omen subest, divinæ dirigente providentia, ut hi de plebe homines, qui seipso regere non satis possint, curæ cordique sint Proceribus illius provinciae; sicut præcordiæ ejus occupare inhabitareque longè jam tempore potuerunt. Specimen hujus gratiæ ac benevolentiae suæ nuper dederunt illi luculentissimum, quando Pericopas Evangelicas & Epistolicas per totum annum, nec non Historiam Passionis, Resurrectionis & Ascensionis Dominicæ, eversa que Hierosolyma, in linguâ Wendicâ typis elegantibus imprimi curaverunt; ut haberent ex hac gente tum docentes in templis & scholis eadem, quæ prælegerent ubique exponerentque authentica quasi verba, tum discentes, quæ ante oculos habere semper, sibi que familiaria magis magisque privata diligentia reddere possent. Enimvero non defuere jam ante hæc tempora, qui vel optarunt idem, vel etiam tentarunt haud infeliciter, eoque nomine in Præfatione laudantur jure meritoque. Quinque-Viri tamen illi, quibus hoc negotium publica autoritate jam commissum erat, Viri admodum Reverendi Clarissimique, Dn. *M. Paulus Pratorius*, Archidiaconus Budissinensis, Dn. *Tobias Zschuderly*, Pastor Lohsenfis, Dn. *Joh. Christoph. Erüger*, Ecclesiastes Milckdenfis, Dn. *Georg. Matthai*, Parochus Colmenfis, & Dn. *Mich. Käpe*, Diaconus Budissinensis, id dederunt operam quam maxime, ut non tantum Versiones, Cichorianam & Scherzianam aliasque, præterea vero Bohemicam, Polonicam & Slavonicam, Germanicam autem imprimis, quæ Megelandrum Lutherum autorem habet, & ab iis merito suo extollitur præ omnibus, sed & fontes ipsos, quod est, textum Græcum, & ubi
opus

opus erat, Hebraicum consulerent, non nescii, quin & ipso facto jam experti, quod ex illis lingua etiam Wendica seu Sorabica bibantur aquæ dulcius exprimanturque; Versione tamen Germanica Divi Lutheri semper e regione posita, cum & hæc sit accuratissima, ideoque dignissima quæ quasi agendo aliud a Venedis seu Wendis illis attendatur, & siquidem plerique hodie Germanicæ linguæ non sunt ignari, simul in succum & sanguinem vertatur. Compenset (ita cum Dnn. Autoribus in fine præfat. nos etiam optamus,) Illustribus Lusatiæ Statibus hanc pro subditorum suorum salute curam largissime DEUS, ut habeant in spiritualibus non minus quam temporalibus bonis, de quæ sibi posterisque suis semper possint gratulari.

NIC. BÆRII ORNITHOPHONIA, SIVE HARMONIA Melicarum Avium, juxta naturas, virtutes & proprietates suas, Carmine Latino-Germanico decantatarum.

Bremæ impensis Jo. Wellælii, 1695. in 4. Alph. 2. plag. 2.

Quæ sub veris initium, & per ætatem, suavissimo concentu auras implent, & aures nostras demulcent, dulcisonas oscines aviculas suavi carmine prædicandas, eoque cantus varietatem & gratiam, quæ istæ mentem nostram exhilarant, quodammodo imitandam sibi proposuit Auctor. Earum certe naturam, varios canendi modos, habitacula, pastum, educationem, colores, & alia ad istas spectantia sic persecutus est, ut non minorem ex hoc libro physices & historiæ animalium studiosus utilitatem, quam jucunditatem poetices cultor consequi possit. Siquidem in notulis etiam, quas subinde attexuit, ex rerum naturalium doctoribus, Gesnero, Jonstano, Franzio, nec non Historicis & Poetis veteribus, multa profert ad cognoscendam earum naturam & indolem proficua. Septem autem præ cæteris decantandas sumsit, & Germanicis ac Latinis carminibus prolixis prosequendas e volucrum oscinum genere præstantissimas: Lusciniam seu philomelam, Canariam seu luteolam, Alaudam sive casitam, Carduelem, Linariam, Acanthidem, & Fringillam: quibus annumerandas & poemate prædicandas censuit Merulam & Rubeculam. Quicquid de aviculis his a veteribus scriptoribus in literas relatum fuit, aut fama ipse accepit, easque tractando & observando animadvertit, Auctorem diligenter annotasse, & indolem earum ac dotes exculcto carmine decantasse,

vocu-

voculas etiam quas edunt & sonos expressisse, deprehendet, qui delictis his capitur studiosus Lector: qui in primo de Luscinia melydrio, rhythmorum Latinorum venustate, a qua nec sancti priscæ Ecclesiæ Patres abhorruerunt, cum primis afficietur, dulcedine etiam elegiarum, quæ cæteras aves decantavit, non minus animum oblectabit, quam oscinum harum cantu aures capiuntur. Quarum, ut & oculi fatientur, imagines cuilibet carmini præfigere voluit Poeta.

NOVA LITERARIA.

PRæter duum viros celeberrimos, *Hugenium & Pufendorfium*, anno superiori defunctos (quorum obitum dudum in Actis hisce nostris non sine luctu commemoravimus) plures alii viri docti eodem anno e vivis excesserunt. Ex his nonnullos, quorum forte nunc recordamur aut opera in Actis Eruditorum recensuimus, hoc loco indicasse, non alienum erit ab instituto nostro. In Italia immaturo fato, ætatis nempe anno quadragesimo quinto, diem obiit Vir non literarum gloria minus quam splendore generis illustrissimus, sæpiusque in Actis nostris ex merito laudatus, Dn. *Carolus Maria Caraffa*, Buteræ, Roccellæ ac S. R. Imp. Princeps, inter Dynastas titulis claros in Regno Siciliæ dignitate Primus, atque in Regno Castellæ e Magnatibus primæ ordinis. Grandior natu, ætatis quippe annum agens octogesimum, mortem cum vita commutavit Neapoli *Leonardus Capuanus*, cujus postremum opus, vitam Dn. *Andreae Cantelmi* complexum, in Actis anni superioris pag. 157. recensuimus. In Anglia *Henricus Wharton*, cui luculentum opus sub titulo Angliæ Sacræ An. 1691 editum, & a nobis in Actis hisce Tomo II Supplementorum Sect. III. & IV. pag. 105. 153. iusto studio recensitum debemus, in ætatis, cujus annum trigessimum primum nondum attigerat, flore, die 5. Martii obiit, Historiæ Episcoporum & Decanorum Londinensium & Asslvensium, de qua proxime dicturi quædam sumus, immortalis. Exeunte Novembri Oxoniæ defunctus est *Antonius a Wood*, vir dudum vel ob Historiam & Antiquitates Universitatis Oxoniensis, cujus vivum quasi repertorium videri potuit, jam anno 1674 magno volumine editas celeberrimas, Athenarum etiam & Fastorum Oxoniensium, ex quorum parte prima anno 1691 vulgata in Actis A. 1692. pag. 35 seqq. pauca quædam excerpta dedimus, plura fortasse ex secunda parte propediem daturi,

G

auctor.

auctor. Nuperrime vero, die nimirum ¼ Decembris, ut ex schedis publicis rerum novarum nuntiis accepimus, poetarum Anglicorum princeps *Drydenius*, de quo dicendi occasio proxime se nobis offeret, expiravit. In Gallia celeberrimum Ecclesiæ Romano-Catholicæ promachum *Nicolium*, die 16. Novembris, ætatis anno septuagesimo defunctum nuper cognovimus. Ejus Præjudicia, quæ vocat, *Lægitima* contra Calvinianos in Actis nostris A. 1683. pag. 438. seqq. recensuimus: quod opus tum quidem conjectura non omnino vana ducti Antonio Arnaldo tribueramus, sed de errore admoniti genuino auctori Nicolio, in Auctorum primi Actorum Decennii Indice generali, ut par erat, restituimus. Quos postea idem edidit libros de Reformati schismatis convictis & de Unitate Ecclesiæ, fatemur ad manus nostras non pervenisse: utriusque tamen contenta bona fide dedimus, quando Petri Jurii Theologi Reformati Systema de Ecclesia & Analyfi fidei in Actis A. 1687. pag. 142. 182. seqq. & Tractatum de Unitate Ecclesiæ & Articulis fundamentalibus A. 1688. pag. 603. 625. seqq. (quibus nimirum scriptis Nicolio responsum fuit) recensuimus. Hollandia luget hodieque Botanicum insignem *Paulum Hermannum*, et si jam sub anni superioris initium, die 29. Januarii vivis ereptum. Patriam is Halam Saxonum, aut si mavis, Magdeburgicam habuit, sed exterarum regiones visendi summa cupiditate ductus, in Hollandiam primum, inde in ipsam Indiam Orientalem profectus, Medici munus in insula Zeylanica aliquot annis sustinuit, ab Illustrissimis denique Academiæ Lugdunensis Curatoribus A. 1679. ad Botanicæ professionem publicam obeundam in Hollandiam revocatus: quam spartam quod exornaverit, vel Horti Academici Lugduno-Batavi Plantarum Catalogus, & Floræ Lugduno-Batavæ Flores, de quorum illo in Actis A. 1687, p. 245, his autem A. 1691. p. 217. diximus, dubitare neminem patiuntur. In Germania Tubingensis Academia decus haud exiguum, *Eliam Rudolphum Camerarium* amisit, Primarium Medicinæ Professorem ac Serenissimi Württembergiæ Principis Consiliarium & Archiatrum, die 7. Junii, nondum absoluto quinquagesimo quarto ætatis anno defunctum: imo superstitem, sed in filio Elia, Medicinæ itidem in Academia patris Professore, cujus eruditionis specimen insigne, Dissertationum Medicarum trigam, anno superiore pag. 165. exhibuimus. Vinarie in Thuringia die 19. Octobris inexpectatam mortem obiit

Theo-

Theologus Confessionis Augustanæ gravissimus *Jobannes Guibelmus Bajerus*, ex merito in Actis nostris non semel laudatus; qui postquam Theologiæ Professoris in Academia Jenensi munus dexterrime multis annis sustinuisset, in nova Universitate Fridericiana, Halæ Saxonum auspiciis Potentissimi Electoris Brandenburgici fundata, primariam Theologiæ professionem meruit, primus etiam istius Academiæ Prærector Magnificus constitutus; inde vero cum in Vinariensem Aulam ad Superintendentis Generalis munus obeundum revocatus esset, obire illud fato fuit prohibitus. Hamburgi Theologus ac Polyhistor haud incelebris, *Abrahamus Hinckelmannus*, cui Alcorani editionem in Actis hisce A. 1694. p. 381. memoratam debemus, morte sua spem Erudito Orbi ademit, quam de edendis ab eo monumentis orientibus complusculis aliis conceperat. Addimus unicum (nec enim justum demortuorum catalogum contexere animus est) *Jobannem Faustum* SS. Theol. Doctorem & in Academia Argentoratensi Professore[m] clarissimum, die 30 Junii apoplexia extinctum.

LIBRI NOVI,

- T**he History of the Troubles and Tryal of the Most Reverend Father in God and Blessed Martyr, *William Laud*, Lord Arch-Bishop of Canterbury. Wrote by Himself. London for R. Chiswel, 1695. fol.
- The Poetical Works of Mr. *John Milton*, containing *Paradise Lost*, *Paradise Regain'd*, *Samson Agonistes*, and his Poems. Together with explanatory Notes on each Book of the *Paradise Lost*. London for *Jacob Tonson*, 1695. fol.
- Camden's Britannia*, newly translated into English; with large Additions and Improvements. Publish'd by *Edmund Gibson*. London for *A. Swalle*, 1695. fol.
- Prince Arthur*. An Heroick Poem: by *Richard Blackmore*. London for *A. and I. Churchil*, 1695. fol.
- The Anatomy of the Brain, containing its Mechanism and Physiology: by *H. Ridley*. London for *Sam. Smith and Benj. Walford*, 1695. 8.
- Of Sincerity and Constancy in the Faith and Profession of the true Religion, in several sermons: by *Dr. John Tillotson* late Lord Arch-Bishop of Canterbury. London for *Ri. Chiswel*, 1695. 8.
- Anicius Manlius Severinus Boetius* of the Consolation of Philosophy,

- made English and illustrated with Notes, by Richard Lord Viscount Preston. London for I. Churchill, 1695. 8.*
- Notitia Monastica, or a short History of the Religious Houses in England and Wales: by Thomas Tanner. Oxford, and London by A. and J. Churchill. 1695. 8.*
- A Commentary upon the first Book of Moses, called Genesis. By Symon, Lord Bishop of Ely. London for Ri. Chiswel, 1695. 4.*
- De Arte Graphica. The Art of Painting, by C. A. Du Fresnoy; translated into English, Together with an Original Preface containing a Parallel betwixt Painting and Poetry, by Mr. Dryden. London for W. Rogers, 1695. 4.*
- The Store-house of Physical Practice: being a general Treatise of the Causes and Signs of all Diseases &c. by John Pecbey. London for Henry Bonwicke, 1695. 8.*
- A Discourse concerning the Authority, Stile, and Perfection of the Books of the Old and New Testament: by John Edwards. London for Ion. Robinsón, 1695. 8.*
- A Discourse of the Government of the Thoughts, by George Tullie. London for Ric. Chiswel, 1695. 8.*
- Some Thoughts concerning Education. The third Edition enlarged. London, for A. and I. Churchill, 1695. 8.*
- Claudii Ptolemai Tabule Geographicae Orbis Terrarum veteribus cognitæ. Franequerae apud Leonb. Strick, 1695. fol.*
- J. C. Barckhausen Pharmacopœus Synopticus. Ultrajecti apud Franc. Halmam, 1696. 8.*
- Siria sacra Descriptione Istorico-Geografica, Chronologico-Topografica. Opera dell' Abb. Biagio Terzi di Lauria. In Roma nella stamperia del Bernabò alle Muratte, 1695. fol.*
- La Meridiana del Tempio di S. Petronio tirata e preparata per le Osservazioni Astronomiche l' Anno 1655, rivista e restaurata P' Anno 1695, di Gio: Domenico Cassini. In Bologna, per P' Erede di Vittorio Benacci, 1695. fol*
- La Natura della Proporzione e della Proporzionalita spiegata da Angelo Marchetti. In Pistoia nella stamperia di Stefano Gatti, 1695. 4.*
- Institutio Physico-Astronomica, adjecta in fine Appendice Geographica, auctore P. D. Cajetano Fontana. Mutinae apud A Capronum & H. H. Pontii olum, 1696. 4.*

Fir.

Firmamentum novissime denudatum, in quo supputantur omnia sidera fixa usque adhuc observata. Boronia apud Petrum-Maria de Montibus, 1695. 4.

Synopsis Collectionis Maxima Conciliorum omnium Hispania & Novi Orbis, Roma A. 1694. edita: cura & studio Josephi Saenz De Aguirre, S. R. E. Presb. Cardinalis &c. Romæ, ex typographia Antonii de Rubens, 1695, 12.

Officium Dominicæ Passionis Fera sexta Parasceve majoris Hebdomada secundum ritum Græcorum. Nunc primum Latine editum cura & studio I. M. C. Presbyteri. Romæ typis Job. Vannaccii, 1695. in 8.
M. Abr. Frencelii de Originibus linguæ Sorabice Libri II Caput II. Sittavia apud Job. Willisch, 1695. 4.

Io. Baptista Santoli Victorini Opera Pœtica. Amstel. apud G. Gallet, 1696. 12.

Pbalaridis Agrigentorum Tyranni Epistola. Ex MSS. recensuit, versione, annotationibus & vita authoris donavit Car. Boyle. Oxon. e Theatro Sheld. 1695. in 8.

Catoptrica & Dioptrica Spherica Elementa. Authore Davide Gregorio. Oxonii e Theatro Sheldoniano, 1695. 8.

Nebemia Grew Tractatus de Satis Cathartici amari in Aquis Ebshamensibus contenti natura & usu. Londini apud S. Smith & B. Walford, 1695. 12.

Henrici Hamelow I. C. Imperatores Romani a Julio Casare usque ad sacratissimum Imperatorem qui nunc rerum potitur, carmine perpetuo descripti. Trajecti ad Rhenum, 1696. fol.

D. Junii Juvenalis & A. Persii Flacci Satyræ, cum scholiis veterum & commentariis integris fere omnium Eruditorum. Lugd. Bat. apud P. vander Aa, 1696. 4.

Bernardi Connor Dissertationes Medico-Physica de Antris Ichthiferis, de Montis Vesuvii incendio, de stupendo ossium coalitu, de immuni hypogastrii sarcomate. Oxonii ex Theat. Sheld. 1695. 8.

Marimi Lister Exercitatio Anatomica altera, in qua maxime agitur de Buccinis fluviatilibus & marinis. His accedit Exercitatio de variolis. Londini apud Sam. Smith & Benj. Walford, 1695. 8.

Oeconomia Corporis Animalis, autore Guiljelmo Cockburn. Londini apud Hugonem Newman, 1695. 8.

- made English and illustrated with Notes, by Richard Lord Viscount Preston. London for I. Churchill, 1695. 8.*
- Notitia Monastica, or a short History of the Religious Houses in England and Wales: by Thomas Tanner. Oxford, and London by A. and J. Churchill. 1695. 8.*
- A Commentary upon the first Book of Moses, called Genesis. By Symon, Lord Bishop of Ely. London for Ri. Chiswel, 1695. 4.*
- De Arte Graphica. The Art of Painting, by C. A. Du Fresnoy; translated into English, Together with an Original Preface containing a Parallel betwixt Painting and Poetry, by Mr. Dryden. London for W. Rogers, 1695. 4.*
- The Store-house of Physical Practice: being a general Treatise of the Causes and Signs of all Diseases &c. by John Pechey. London for Henry Bonwicke, 1695. 8.*
- A Discourse concerning the Authority, Stile, and Perfection of the Books of the Old and New Testament: by John Edwards. London for Ion. Robinson, 1695. 8.*
- A Discourse of the Government of the Thoughts, by George Tullic. London for Ric. Chiswel, 1695. 8.*
- Some Thoughts concerning Education. The third Edition enlarged. London, for A. and I. Churchill, 1695. 8.*
- Claudii Ptolemai Tabula Geographica Orbis Terrarum veteribus cogniti. Franequera apud Leonb. Strick, 1695. fol.*
- J. C. Barckhausen Pharmacopœus Synopticus. Ultrajecti apud Franc. Halmam, 1696. 8.*
- Siria sacra Descriptione Istorico-Geografica, Chronologico-Topografica. Opera dell' Abb. Biagio Terzi di Lauria. In Roma nella stamperia del Bernabò alle Muratte, 1695. fol.*
- La Meridiana del Tempio di S. Petronio tirata e preparata per le Osservazioni Astronomiche l' Anno 1655, rivista e restaurata l' Anno 1695, di Gio: Domenico Cassini. In Bologna, per l' Erce di Vittorio Benac-ci, 1695. fol*
- La Natura della Proporzione e della Proporzionalita spiegata da Angelo Marchetti. In Pistoia nella stamperia di Stefano Gatti, 1695. 4.*
- Institutio Physico-Astronomica, adjecta in fine Appendice Geographica, authore P. D. Cajetano Fontana. Mutina apud A Capronum & H. H. Pontiolum, 1696. 4.*

- Firmamentum novissime denuclatum, in quo supputantur omnia sidera fixa usque ad huc observata. Bononia apud Petrum-Maria de Montibus, 1695. 4.*
- Synopsis Collectionis Maxima Conciliorum omnium Hispania & Novi Orbis, Romae A. 1694. edita: cura & studio Josephi Saenz De Aguirre, S. R. E. Presb. Cardinalis &c. Romae, ex typographia Antonii de Rubens, 1695, 12.*
- Officium Dominicæ Passionis Feria sexta Parasceve majoris Hebdomada secundum ritum Græcorum. Nunc primum Latine editum cura & studio I. M. C. Presbyteri. Romae typis Job. Vannaccii, 1695. in 8.*
- M. Abr. Frenclii de Originibus lingua Sorabica Libri II Caput II. Sittavia apud Job. Willisch, 1695. 4.*
- Io. Baptista Sanrolii Vistorini Opera Poëtica. Amstel. apud G. Gallet, 1696. 12.*
- Pbalaridis Agrigentorum Tyranni Epistola. Ex MSS. recensuit, versione, annotationibus & vita authoris donavit Car. Boyle. Oxon. e Theatro Sheld. 1695. in 8.*
- Gatoptrica & Dioptrica Sphærica Elementa. Auctore Davide Gregorio. Oxonii e Theatro Sheldoniano, 1695. 8.*
- Nebemia Grew Tractatus de Salis Cathartici amari in Aquis Ebshamensibus contenti natura & usu. Londini apud S. Smith & B. Walford, 1695. 12.*
- Henrici Hamelov I. C. Imperatores Romani a Julio Casare usque ad sacratissimum Imperatorem qui nunc rerum potitur, carmine perpetuo descripti. Trajecti ad Rhenum, 1696. fol.*
- D. Junii Juvenalis & A. Persii Flacci Satyra, cum scholiis veterum & commentariis integris fere omnium Eruditorum. Lugd. Bat. apud P. vander Aa, 1696. 4.*
- Bernardi Connor Dissertationes Medico-Physica de Antris lethiferis, de Montis Vesuvii incendio, de stupendo ossium coalitu, de immani hypogastrii sarcomate. Oxonii ex Theat. Sheld. 1695. 8.*
- Martini Lister Exercitatio Anatomica altera, in qua maxime agitur de Buccinis fluviatilibus & marinis. His accedit Exercitatio de variolix. Londini apud Sam. Smith & Benj. Walford, 1695. 8.*
- Oeconomia Corporis Animalis, autore Guilielmo Cockburn, Londini apud Hugonem Newman, 1695. 8.*

- Historia de Episcopis & Decanis Londinensibus ac Assavensibus, autore Henrico Wharton. Londini apud Rich. Chiswell, 1695. 8.*
- Richardi Morton Opera Medica, de Phthisi, de Morbis universalibus acutis, & de Febribus inflammatoriis. Amstelod. apud Donatum Donati, 1696. in 8.*
- Mosis Prophetae Libri IV. Exodus, Leviticus, Numeri & Deuteronomium, ex translatione Joannis Clerici, cum ejusdem paraphrasi perpetua &c. Amstelodami apud Henr. Westenium. 1696. fol.*
- Io. Wilb. Stuckii Antiquitatum Convivalium Libri III. & Sacrorum Sacrificiorumque Gentilium Descriptio. Lugd. Bat. apud Jac. Hackium, & Amstelodami apud Boomios. 1695. fol.*
- Burcheri de Volder Defensio Philosophiae Ren. Cartesii adversus P. D. Huetii censuram. Amstelod. apud Arn. van Ravestein, 1695. in 8.*
- Bartholomaei de Moor Cogitationes de Instauratione Medicinae. Amstel. apud Gerb. Borstium, 1695. 8.*
- Arcana Naturae detecta ab Antonio van Leeuwenhoek. Delphis Batav. apud Henr. a Krooneveld, 1695. 4.*
- Campegii Vitringa de Synagoga Veteri Libri III. Frauequera. 1696. 4.*
- Elegantissimorum Emblematum Corpusculum, Latinis Belgicisque versibus elucidatum, Lugd. Bat. apud P. Vander Aa. 1696. 4.*
- Apologia pro Actis Sanctorum contra Adm. R. P. Sebastianum a S. Paulo, Provincialem Carmeli Flandro-Belgici; auctore Conrado Janningo e Soc. Jesu. Antverpia apud Henr. Thieullier, 1695. 8.*
- Io. Clerici Physica, sive de Rebus Corporeis libri V. Amstel. apud Georgium Gallet, 1696. 12.*
- Verhandeling van de Twee eerste Hoof-geschillen. I. Over het Avantmaal des Heeren. II. Over de Over-al-teegenwoordigheyt van Jesus Christus na sijne Menschheyt: door Zacharias VVeerber. t' Amsterdamm, by Daniel van den Dalen, 1696. 8.*
- Schriftmatige Leere der Geesten, soo der Goede als insonderheid der Quade: door Jacobus Koelman, Tot Utrecht, by Antony Schouten, 1695. 4.*
- Des Konings Rechten, dienende tot het regte Verstand van de gangen van Koning Jesus in sijn Heyligdom: door Theodorus van Toll. Tot Utrecht, by Anthony Schouten, 1696. 8.*
- Tegenwoordigen Toestand van het Pauselyke Hof, nevens alle andere Hoven,*

- Hoven, Republyken en voornaamste Steeden van Italiën. Tgt Utrecht, by Ant. Schouten, 1696. 4.*
- Jacobi Le Mort Licht der Natuurkunde, aangestoken tot den Opbouw der ware Genees-konst. t' Amsterdam, 1696. 8.*
- Het eerste Deel der waarachtige VVegeen, die God met den Mensch houdt door Taco Hajo van den Honert. Tot, Dordrecht, by Corn. VVille-gaarts, 1695. 8.*
- Oude en Recht-zinnige VVaarheyd in i' Stuk der Bedelinge der Tyden en Vergevinge der Sonden: door Johannes Swarte. Te Rotterdam by Barend van Sand-bergen, 1695. 4.*
- De Huysbouding Gods in syn Kerke, van de geboorte van Isaac tot aan de Verfoening tusschen Jacob en Esauw; door P. van Staveren. Tot Leyden by Fred. Haaring, 1695. 4.*
- De Send-Brief van Paulus aan den Galaten, kortelyk in baari' saamenhang verklaart en uitgebreid, door Th. Akerstoot. Tot Leiden by Job. Du Vrië, 1695. 4.*
- Naauwkeurige Beschryping der Aardgewassen, Boomen, Heesters, Kruiden, Bloemen, met hare Vruchten &c. door Abraham Munting. Te Leyden by P. vander Aa, t' Utrecht by F. Halma, 1696. fol.*
- Suite du Voyage du Monde de Descartes, ou Nouvelles Difficultez proposées à l' Auteur du Voyage du Monde de Descartes. A Amsterdam chez P. Mortier 1696. 12.*
- Reflexions sur l' Eloquence des Predicateurs, par Feu Mr. Arnauld, Docteur de Sorbonne. A Amsterdam chez Pierre Brunel, 1695. 12.*
- Histoire de l' Admirable Don Guzman D' Alfarache. A Paris chez la veuve Mabre-Cramoisy, 1695. 12.*
- Les Eloges des Hommes Sçavans, tirez de l' Histoire de M. De Thou, avec des Annotations &c. Par Antoine Teiffier. A Utrecht chez François Halma, 1696. 12.*
- Rome Galante, ou Histoire secrete sous les Regnes de Jules Cesar & d' Auguste. A Paris, chez Jean Guignard, 1696. 12.*
- Traité des Fievres malignes & pourpre'es. Par M. François Raynaud. A Brusselle chez François Foppens, 1695. 12.*
- Voyages Historiques de l' Europe. Tome V. Suivant la copie imprimée à Paris. 1696. 12.*
- Histoire des Revolutions de Suede; par Mr. De Fontenelles de l' Academie Françoisise, A Amsterdam chez I.L. de Lorme, 1696. 12. Recu-*

*Recueil de de divers Traitez concernant l' Efficace & la Necessité du Bap-
tisme. A Amsterdam chez Antoine Schelte, 1695. 12.*

*Les Voyages du Sicur Le Maire aux Isles Canaries, Cap-Verd, Senegal
& Gambie. A Paris chez Jaques Colombar, 1695. 12.*

*Traité de l' Inspiration des Livres Sacrez du Nouveau Testament par
C. G. De la Mothe. A Amsterdam chez Pierre Brunel, 1695. 8.*

*De l' Education des Enfans. Traduit de l' Anglois. A Amsterdam chez
Antoine Schelte, 1695. 8.*

*La Manne Mystique du Desert ; par Claude Brousson. A Amsterdam
chez H. Desbordes, 1695. 8.*

*Vita & Opera omnia Jesu Christi manu SS. Evangelistarum scripta, vel
Contextus Evangelicis uno quatuor Evangelistarum calamo sacram
Jesu Christi describens Historiam. Opus posthumum Fr. Laurentii
Cardinalis de Laurea: editum a Fr. Bartholom. Comando de Castro-
novo. Romæ typis H. Corbellotti 1695. 12.*

*Apologia in favore de' Santi Padri contra quei, che nelle materie Mo-
rali fanno de' medesimi poca stima. Opera postuma del Padre Mac-
stro Bernardino Ciaffoni da S. Elpidio Minore Conventuale. In To-
rino appresso Pietro Vianelli, 1695. 12.*

*Acta Sanctorum Junii, in quatuor tomos digesta, a Godofredo Hen-
schenio, Daniele Papebrochio, Francisco Baertio & Conrado Jan-
ningo, Societatis Jesu Presbyteris Theologis. Tomus I. Antverpia
apud Henr. Thieullier, 1695. fol.*


*Cornelii a Beughem Syllabus recens exploratorum in re Medica, Phys-
ica & Chymica. Amstelod. 1696. 12.*

*Du Bel Esprit. Ou sont examinez les Sentimens qu' on en a d' ordinaire
dans le monde. A Amsterdam chez Pierre Brunel, 1695. 12.*

*Traité de la Satire. Ou l' on examine, comment on doit reprendre
son prochain, & comment la Satire peut servir à cet usage. A Paris,
chez I. Anisson, 1695. 12.*

*Jo. Henr. Bæcleri Historia Universalis quatuor primorum a nato Cbri-
sto seculorum, edita a Job. Gottlieb Mollero. Rostochii, 1695. in 4.
Prostat Lipsia apud Heredes Lanchisianos.*

Latere Lectorem Benevolum nolumus, Tomi II. Supplementorum
Sectionem IX in lucem prodiisse.



ACTA ERUDITORUM

publicata Lipsia

Calendis Februarii, Anno M DC XCVL

I CESARI IN ORO RACCOLTI NEL FARNESE MUSEO,
e publicati colle loro congrue interpretazioni. Tomo primo com-
posto dal Padre PAOLO PEDRUSI della Comp-
gnia di Gesu.

id est:

Cæsares aurei, collecti in Museo Farnesiano, & evul-
gati cum conveniente iis interpretatione. Tomus primus, edente
P. Paulo Pedrusio S. I.

Parmae in typographia Ducali, 1694. fol.

Constat 4. alph. 3. plag. & zncis tabulis, quibus nummi
inculpti sunt, 28.

INter præclara priscae eruditionis subsidia & ornamenta, quibus litterarum studia hodie insigniuntur, elegans & accurata veterum nummorum tractatio haud postremum locum obtinet: quæ prisca nostris majoribus neglecta aut ignorata, hodie plurimos vel cultores, vel patronos, est consecuta, dum plerique laudabili ejus cupiditate incensi, in versandis, indagandis, suoque pretio habendis illis antiquissimi monumentis insignem operam collocarunt. Ipsæ etiam Reges ac Principes, & summi rerum humanarum moderatores, a cognitione sua, infra cujus dignitatem humaniores ceteras litteras plerique positas existimant, hanc eruditionis partem non censuerunt alienam. Bono autem ac felici litterarum fato contigit, ut quo tempore accensa vel inprimis videntur hominum studia, ad pretiosas illas priscae ac eruditæ elegantæ opes eruendas ac pertractandas, (quod vel editæ a paucis annis in Gallia, Belgio, Germania etiam nostra, eo in genere, aut in quas etiamnum viri eximii incumbunt brevi pro-

H ditu-

dituras, lucubrationes abunde demonstrant) in hanc potissimum laudis & contentionis societatem jure optimo veniat horum studiorum parens & fontina quædam promiconda Italia. Notum siquidem est, & jam præterito sæculo virorum doctrina & ingenio præstantium prædicatione pervulgatum, inter illustria ejus decora cum primis numerari veterum nummorum Gazophylacia, inter ea autem summo in pretio habitum esse FARNESIANUM: quod studio maxime & liberalitate Cardinalis ALEXANDRI FARNESII, Pauli III. Pont. Nepotis, ante seculum circiter & dimidium fuit excitatum. Ita ut præter immensam & exquisitam statuarum, signorum, aut librorum etiam veterum manu exaratorum, copiam, quæ in splendoras illas Farnesianas ædes sunt illata, accesserit quoque insignis nummorum veterum conquisitus undique acervus, seu verius Thesaurus. Cujus utique rei luculentam fidem faciet præclarum illud & divini elogio a Scaligero ornatum, summis etiam laudibus a Spanhemio p. 496. 497. evehctum, Fulvii Ursini Familiarum Romanarum anno 1577 publici juris factum opus, e Musei illius opibus unice depromptum, ac inde merito eidem Cardinali Farnesio, in cujus ille erat clientela, inscriptum. Verum ab eo tempore, ac proinde jam ultra seculum, latebant reconditæ ingentes illius Thesauri opes; nec idem ad eas, in clausis ac obsæcratis scriniis abstrusas, qui ad reliquas obvias & omnium oculis expositas ejusdem Palatii Farnesiani antiquitates perlustrandas, patebat talium avidis aditus. Adeo etiam ut Serenissimi PARMAE Ducis litteris, eo nomine ad Oratorem suum Romæ agentem datis, id se demum obtinuisse tradat in Epistola ad eximium Morellium tertia pag. 150. nuper hic cum reliquis *Specimini rei nummaria* adjectis vulgata, illustrissimus vir Spanhemius, ut abditos illos in ea Gaza Farnesiana nummos Romæ, etsi minus accurate dispositos aut distinctos, coram adspiceret: unde in eruditis Dissertationibus ejus de Præstantia & Usu Numismatum, Romæ primum anno 1664, ac dein Amstelodami 1671 vulgatis, subinde eorum mentionem ab eo factam liquet.

Quapropter haud levis gratia publico nomine, eidem Serenissimo PARMAE Duci RAINUTIO II. nuper admodum, ac post elucubratum hoc Pauli Pedrusii opus, defuncto, habenda est; quod eundem illum Thesaurum Roma ex ædibus ibidem magnificentissimis Farnesianis, ubi ultra seculum, & quod excurret, abditus fuerat ac reclusus, ante

ante annos haud ita multos, Parmam jussu suo delatum, in publicam lucem emitti opportune voluerit. Id enim cum in Epistola ad eundem Principem Dedicatoria, tum in Praefatione huic operi praemissa significat, sibi que ab illo hoc munus gratiose impositum testatur clarissimus ejus Auctor, & quidem ut Italico idiomate illud ab eo elucubraretur. Ad quam etiam spartam obeundam eo magis videbatur idoneus, quod; ut in eadem tradit Praefatione, omnes Cimeliarchii illius nummi in certas easque octo classes, pro recepta ferme consuetudine Antiquariorum, quorum custodix id genus cimelia sunt credita, fuerint ab eodem Herili jussu discreti ac ordinati. Ad quam ferme seriem eosdem a se deinceps divulgandos ibidem innuit; prout ejus rei jam obiter in Novis litterariis ad mensem Novembris anni praeteriti M DC XCIV, e litteris celeberrimi Magliabechii ad nos tum scriptis, facta est mentio, quae paucis hic erit repetenda. Nempe ut primus, de quo hic agimus, Tomus aureos Romanorum Imperatorum nummos complectatur: secundus argenteos eorundem Caesarum: tertius maximos aereos itidem Caesareanos, vulgo *Medaglioni*, & qui iis proximi magnitudine accedunt: quartus mediocres & minores aereos Caesareanos; quintus Consulares seu Familiarum Romanarum: postremus autem nummos Regum exterorum, Syriae puta, Aegypti, Macedoniae, Siciliae, aliorumve Barbarorum, & Graecos insuper, seu veteris Asiae, Graeciae Populorum, Insularum, Urbium; cujus generis Hubertus Goltzius sub Siciliae, Magnae Graeciae, & Graeciae nominibus, superiori seculo, ut notum, vulgavit. Quod stadium ut feliciter decurrat Vir eximius, totque praecclaras ac latentes adhuc opes omnium deinceps visibus exponat, nec Serenissimi Ducis, a quo id munus ei fuit impositum, morte, a complendo illo penso retardetur, optant serio, ut opinamur, nobiscum quicumque suo pretio aestimare id genus thesauros norunt.

Primus autem, qui haud ita pridem clarissimi Auctoris dono ex Italia, curante illustri Magliabechio, ad nos perlatus est, quique solus, quantum equidem nobis constat, est hactenus in lucem emissus, aureos tantum, ut vele modo dictis, aut ex adducto ejus lemmate, continuo liquet, Imperatorum Romanorum nummos, eosque viginti octo Tabulis accurate in aes incisos, & ab eodem Pedrusio luculenter expositos, continet. Quorum proinde conspectu & examine haud parum

TAB. I.

oblectari possunt ac affici, qui non tam pretiosi illius metalli, ex quo iidem sunt cusi, & quorum longe minor suppetit copia, prae vetustis argenteis vel aereis nummis, fulgore; quam singularis illius, quae eosdem aliunde commendat, vel elegantiae, vel, ut loqui liceat, raritatis illecebris capiuntur. Neque jam opus est, vel id institutum nostrum patitur, ut singulos, qui ejus notae ac pretii se hic nobis offerunt, percurramus; quosdam modo contemplantur. Ac ducto quidem a prima Tabula initio, ille qui primo etiam loco collocatus est, inter aureos raro obvios magno in pretio haberi ab Antiquariis solet. Nempe quo hinc *Sextus Pompeji M. filius*, cum inscriptione MAG. PIVS. IMP. ITER. hinc patris *Pompeji & Cneji* fratris majoris natu capita conspiciuntur, addita, quo Sextus fungebatur, muneris designatione, PRAEF. CLAS. ET ORAE MARIT. EX SC. *Præfectus Classis Et Orae Maritima Ex Senatusconsulto*. Bene enim Auctor clarissimus caput in priori nummi area non, ut aliis Antiquariis visum antea fuerat, ad Pompejum patrem, sed ad Sextum ejus filium, post celeberrimum inter Gallos hoc seculo Antiquarium P. Segumum in Epistola ad illustrem Fr. Gottifredi, quod a clarissimo Patino ac illustrissimo Biragio est itidem factum, retulit. In rariorum etiam nummorum numerum referendi veniunt aurei, qui in eadem Tabula prima comparent, vel J. CAESARIS cum laureato ejus capite, vel M. ANTONII, qui vultum itidem ejus praefertunt, nummi: & ille quidem inter hosce, in cujus averfa parte Mars nudus scuto innixus, cum hasta & flagro, caput Herculis leonino spolio obductum gestat; ad denotandam originem gentis Antoniae ab Hercule & infr. L. REGVLVS III VIR A. P. F. Qualem alioquin nummum cum eodem typo, sed cum akerius Quartumviri Monetalis nomine, existisse cum alibi, tum in Cimeliario Cardinalis Barberini accepimus; nempe L. MVSSIDIVS FF LONGVS III V. A. P. F. Neque obvii sunt, quos obiter & strictim in Lectorum gratiam, quibus illius Operis inspicendi facultas nondum contigit, adnotemus, qui in tertia Tabula signantur aurei ANTONIAE AVGVSTAE, Neronis Drusi Niberii fratris conjugis: aut vero CAII CAESARIS seu Caligulae, & AGRIPPINAE MATRIS, in averfa ejus parte, nummi. In Tabula quarta existat magis forte obvius CLAVDII nummus, in quo Castra Praetoria & infr. IMPER. RECEPT. sed ubi *Imperator Receptum*, nempe in castris illis a Praetorianis militibus potius, quam cum claris-

Tab. I.



Tab. III. 2.



Tab. II.



Tab. XI. 8.



Tab. X.



Tab. XIV. 2.



Tab. XI.



Tab. XIII. 6.



Tab. XII.



Tab. XX. 6.



clarissimo Auctore Imperio Recepto legendum, evincit Suetonius in Claudio cap. X. *Ab his lectica impositus, & quia sui diffugerant, vicissim succollantibus IN CASTRA delatus est; mox, RECEPTVS intra vallam.* Tabula septima exhibet GALBAE, OTHONIS, & VITELLII, in hoc quidem metallo singulares nummos; inter quos eximius maxime, quo duo Vitellii liberi, id adstruente ejus inscriptione, consignantur, LIBERI IMP. GERM. AVG. E quo nummo, quem e cimeliis Card. Leopoldi Medicei primus antea prouulerat in Diff. VII. de Præst. & Vsu Num. p. 649. Josephum, qui ἀπαυδα seu sine liberis dixerat Vitellium Lib. V. Bell. Jud. cap. X. erroris redarguit illustris. Spanhemius. Rari itidem aurei NERVAE nummi, uti & TRAJANI cum inscr. FORVM TRAJANI, qui in Tabula undecima comparent, & qualem asservatum fuisse in dicti modo Cardinalis Leopoldi Gaza aliunde accepimus. Adverti etiam debent, ut oppido singulares, in eadem Tabula aurei, vel ejusdem Trajani cum inscriptione TRIVMPHVS PARTHICVS, vel MATIDIAE sorore ejus Marciana genitæ, nummi. In Tabula tertia decima attentione dignus ANTONINI PII nummus, inscriptus LIBERALITAS AVG. III. & alter Tabula decima quarta TEMPORVM FELICITAS, cum sculptis in eodem duobus M. Aurelii & Faustinae junioris, ut annotarunt jam celebres Antiquarii, liberis; quorum capita duplici cornu copiae sunt imposita. Præclari sunt etiam omnes, nec obvii ubique, aurei COMMODI nummi, qui prostant in Tabula decima octava, cum inscr. VOT. SVSC. DEC. aut NOBILIT. AVG. aut HERCVLI ROMANO AVG. &c. & qui postremo in eadem loco CRISPINAM, ejusdem conjugem, exhibent. Quum autem in omni metallo magni fieri ab Antiquariis soleant, ut minus obvii, PERTINACIS, & forte magis præ argenteis, vel aureis etiam, ærei ejus nummi; haud minus spectari merentur, ut singulares in hoc metallo, qui in Tabula decima nona signantur, & præ reliquis forte qui OPI DIVIN. est inscriptus. Qui vero aurei vel GALLIENI, vel POSTVMI, maxime autem VICTORIANI cum inscr. LAETITIA AVG. conspiciantur in Tabula vigesima, singulari loco ac pretio haberi itidem debent.

Plures jam hoc loco non attingemus, quibus eos, quos attulimus, tanquam totidem pulcherrimos in amoenissimo horto flosculos, vel obiter & manu parca delibasse, vel ad eos potius digitum intendisse, fat

erit. Neque eo minus incensa erunt, uti opinari licet, Lectorum studia, quorum oculos primus ille Gazæ FARNESIANÆ in hoc Tomo fulgentis pascet spectus; ut reliqua nempe ejus cimelia felicibus Serenissimi PARMÆ nunc Ducis ODOARDI III. auspiciis, & sedula clarissimi Auctoris, qui jam primo hoc labore laudabiliter est defunctus, cura, in lucem prodeant. Ita rarissimos alios, quos in iisdem Theauris latere haud incerta fert fama, nummos, & inter eos quidem illum quantivis pretii celebratissimum PESCENNIVM NIGRVM, e maximorum seu *Medaglioni* genere, quem unicum ea mole & elegantia recondit eadem Gaza, conspiciemus. CLODIVM ALBINVM præterea cum inscr. MINERV. PACIFERAE, DIADVMENIANVM, uti plures adhuc alios insignes & maximi ipsidem moduli nummos contemplari deinceps dabitur. Ne quidquam de tot luculentis in omni modulo ac metallo, vel Romanis, vel Græciæ Asiæque, aut aliorum etiam locorum nummis hic in medium afferamus; quibus abundare eandem Gazam, e collatis ad eam locupletandam præterito seculo, & quidem in Urbe, in qua memoratus supra Cardinalis FARNESIUS auctoritate ac opibus præpullebat, symbolis ac impensis, licet facile statuere.

D. JO. GEORGII NICOLAI JCTI, ET SERENISS, ELECTORIS SAXONIÆ *Consiliarii, Resolutiones Casuum Juris dubiorum Præctica. In lucem edita ab Augusto*

Coselio, D,

Nozimbergæ, impensis Andreæ Ottonis, A. 1695. in 4.
Constat Alphab. 3. plag. 6 $\frac{1}{2}$.

Quas merito in Actis hisce nostris A. 1685. p. 530. exoptavimus, variorum Casuum & Controversiarum illustrium resolutiones, ab amplissimo Auctore in sup de repudijs ac divortijs tractatu, quem tunc recensebamus, promissas; easdem nunc, sed post illius beatum demum obitum, publici juris factas deprehendimus, postquam in iis ab interitu vindicandis nobilissimus Editor quam optime mereri voluit. Utut autem ipsarum resolutionum numerus quartam Centuriæ partem haud superet, non parum tamen commodi ad eos omnes, qui in foro versantur, exinde redundaturum eo magis confidimus, quo accuratius ubique dubia Civilis pariter Juris & Saxonici, aut nunquam omnino, aut non satis hæcenus explicata, usu tamen forensi frequentissima pertracta-

tractavit Magnificus Auctor, & ita quidem pertractavit, ut rationes dubitandi ac decidendi multis JCorum modernorum auctoritatibus firmare, celebriorum, & imprimis Saxoniorum Dicafteriorum præjudiciis, ac summi, quod Dresdæ est, Appellationis Judicii sententiis exornare studuerit. Quapropter & nos rem B. L. gratissimam facturos arbitramur, si brevem singularum notitiam pro nostro instituto aperuerimus. Veniam tamen nobis ille concedet, si non æqualem unicuique verborum apparatus impendi, sed aliquas strictius tantum referri cognoverit.

Resolutio prima quæstionem excutit: an & quatenus Ecclesia Filia sequatur Matrem, maxime, si hæc & filia in diversis sitæ territorii reperiantur? Ubi generatim transactiones & pacta hac de re inter utriusque Ecclesiæ Magistratum Ecclesiasticum, vel Dominos territoriales Episcopali jure gaudentes conventa, inspicere debere, illisque standum; istis vero deficientibus ad observantiam diuturnam & consuetudinem legitime præscriptam respiciendum esse monet: prætereaque multum heic proficere subjungit possessionem præsentaneam, modo unus alterve actus a Matre fuerit exercitus; quæ tamen omnia suis adhuc limitationibus ulterioribus circumscripta comparent. Postmodum sigillatim atque studiose enumerat, quibus in rebus & quo pacto Mater & Filia inter se copulentur, atque hæc illam sequi soleat? *Secunda* separationem Ecclesiarum & parochianorum, nec non ædificationem novæ ecclesiæ intra parochiam alterius considerat, enumeratisque his, quæ validam ejusmodi separationem constituant, requisitis, ut nempe justa allegetur & probetur causa, ut prioris Ecclesiæ consensus adsit, ut adsit Episcopi autoritas ejusque decretum, nec parochianorum aut saltem majoris partis consensus desideretur; cunctas latius illustrat & examinat, deque juribus tunc competentibus, de emergentibus item oneribus & commodis, aliisque ad materiam hæc pertinentibus prolixè disserit. *Tertia* prohibitionem graduum in matrimonialibus, dispensationem quoque, & materias connexas tractat. Inter alia prohibitionem Lev. XIX. & XX. non nisi ad conjunctiones in eodem pari sive æquali gradu se extendere, juris eam moralis non forensis esse, nuptias cum fratris vidua nec non defunctæ uxoris sorore lege morali & humana prohiberi, in tertio gradu lineæ æqualis Magistratum posse dispensare, & ubi nuptiæ tales permittæ, ubi prohibitiæ sint, declarat. Dispensationem

nem adversus mores Pontificiorum imprimis vindicat, tandemque an & quatenus rescindendum sit matrimonium in gradibus prohibitis contractum, disquirat. Videas hic asseri, quod sponsalia in gradibus jure divino prohibitis, licet publica, dissolvi; matrimonia quoque in aliis gradibus quam in linea recta jure divino interdictis dirimi omnino debeant. Videas alia, & imprimis ad poenam incestu osarum nuptiarum ardentia. *Quarta* matrimonium inter vitricum cum privigni vidua contractum, vel privigni cum vitrici sui vidua, minus concessum esse perhibet, aut matrimonium cum vidua fratris defunctæ suæ uxoris Magistratum omni quidem studio dissuadere, si res adhuc sit integra, sin vero secus, dirimere non posse contendit, & rationes ex utraque parte plurimas allegat, suæ tamen opinioni inservientes magis vindicat. *Quinta* matrimonium contra interdictum Magistratus Ecclesiastici, & pendente adhuc lite & processu matrimoniali inter Cajum & Titiam, cum tertia persona contractum, ac per benedictionem sacerdotalem consummatum regulariter non esse rescindendum edocet. *Sexta* materiam arrogationis enucleat, simulque ejus praxin hodiernam ostendit. *Septima* de molendinis citra specialem Magistratus concessionem ædificari licitis accurate dispicit, & jure quidem civili molendinorum ædificationem rem esse meræ facultatis, neminemque prohiberi in solo proprio absque superioris licentia molam ædificare, licet per indirectum vicinis inferatur damnum, affirmat, & jus Saxonicum cum hoc asserto congruere demonstrat. Uti autem Vasallum in feudo, & alios in privatis fluminibus ædificationem hanc suscipere posse facile concedit, ita an in fluminibus quoque publicis sine concessione Superioris id liceat, difficiliorem quæstionem statuit. Quamvis autem Doctores indistincte eam negent, magis tamen caute sibi procedendum arbitratur, eamque ob rem, formata inter flumina publica navigabilia & non navigabilia distinctione, priori solum casu autoritatem & specialem Magistratus atque Principis concessionem requiri superaddit. *Octava*, an & quatenus testamentum nomine testatoris analphabeti & literarum imperiti ab alio literis mandatum subsistere debeat? sciscitatur, & validum id esse respondet, dummodo isti imperito in præsentia testium prælectum & ab eo approbatum fuerit. An autem judicialis prælectio coram Notario & VII. Testibus facta adeo præcise requiratur, ut illa etiam extrajudicialiter per actum æquipollentem fieri nequeat,

queat, asserere non vult, quin potius in defendenda sententia contraria occupatur. *Nona* Academias Electorales Saxonicas earumque membra, forum in Curiis Electoralibus Saxonis fortiri, ibidemque jure conveniri posse, inficiatur. *Decima* cautelas enumerat, quæ observandæ sint, si disquiratur de donatione mortis causa reciproca ex testamento mutuo, præsertim conjugum, an & quatenus illud invitæ & adhuc vivente altera parte vel illa mortua revocari & mutari possit? *Undecima* sententiam pragmaticorum statuentium, liberos ab acquisitione hereditatis paternæ vel avitæ nonnisi triplicato præscriptionum spatio (90 scilicet annorum) excludi, erroneam esse monstrat. *Duodecima* successionem mariti in bonis uxoris de jure Civili & Saxónico cum materiis eidem cognatis speciatim explicat, simulque eam ad merces in apotheca privilegiata existentes commode trahi negat. *Decima tertia* privilegium civitatum de non vendendo cerevisiam extraneam intra milliare vel extra illud, ei etiam officere perhibet, qui in pago aut villa cauponam instituere vinariam ac vinum velit vendere. *Decima quarta* hanc quæstionem continet: an validum sit pactum inter emtorem & venditorem in itinere, quo venditor fundum vel prædium ab omnibus oneribus realibus tam ordinariis quam extraordinariis liberum vendat, vel illa pacto speciali & expresso in se recipiat? Ubi sane multos negativam tenere ostendit; ast affirmativam tamen veriore jurisque rationibus magis convenientem videri regerit. *Decima quinta* asserit, fidejussorem contra creditorem ex non mota adversus se intra 30 annos actione non præscribere, uti etiam nec principalem debitorem contra creditorem, ubi interea reus aut fidejussor solverit, (nempe usuras vel partem debiti,) aut conventus fuerit. *Decima sexta* hypothecam in foro Saxónico constituere posse in allodialibus possessorem domus aut prædii, licet de eo nondum fuerit judicialiter investitus, testatur. *Decima septima* Advocatum, licet in certum numerum Advocatorum in judicio non sit receptus, ad præstandum tamen patrocinium a Judice inunctum compelli posse affirmat. *Decima octava*, Advocatum ratione promissi salarii vel etiam palmarii, in illa ipsa re, quam patrocinio suo conservavit aut recuperavit, gaudere privilegio prælationis, & omnibus aliis creditoribus etiam privilegiatis præferri debere contendit. *Decima nona* interrogatoria etiam in causa testamentaria admittenda adstruit. *Vigesima* probat, juramentum quodcunque,

sive voluntarium, sive necessarium, aut judiciale sit, pro præstito haberi, si pars altera in termino ad jurandum præfixo coartumaciter emanet, aut juramentum recipere, aut delatum a parte de calumnia præstare nolit. *Vigesima prima* de termino probatorio & ejus observatione distincte agit, ac post plura alia explanat, an actor, si in articulis probatoriis se quoad probationem certi cujusdã articuli ad instrumentum referat, idque inducat, omni vero adhibita diligentia intra terminum probatorium, vel etiam postea, illud consequi nequeat, & post effluxum fatale probationis, ad productionem documentorum æquipollentis ad eundem finem atque effectum admitti debeat? Negativa posthabita, pro affirmativa Noster concludit. *Vigesima secunda* creditorem in concursu, post citationem sub comminatione præclusionis emissam, & publicatam jam distributionis sententiam, si illa transferit in rem judicatam, ad liquidandum vel deducendum ulterius admitti non debere reputat, etiamsi super præclusionis nihil adhuc fuerit specialiter pronunciatum. *Vigesima tertia* materiæ de compensatione consecratur, variasque decidas continet quæstiones, interque illas & hanc: utrum compensatio in concursu creditorum in præjudicium anteriorum creditorum hypothecariorum locum habeat? negative declarat. *Vigesima quarta* agit de venia ætatis a Principe impetrata, & quæstionem: an prædictam veniam consecutus, durante adhuc minorennitate, etiam procuratorio nomine in judicio agere, & aliena negotia judicialiter tractare possit? negative pariter decidit. Denique *vigesima quinta* materiam fideicommissi delineat, & quod in fideicommissio familiæ relicto, filix vel etiam foeminx mascululo descendentes comprehendantur, contra fecus opinantes abnuat.

CAMPEGII VITRINGÆ THEOL. ET HIST. SACR. PROFESSORIS de Synagoga vetere Libri tres, quibus cum de nominibus, origine, structura, præfectis, ministris, & sacris Synagogarum agitur; cum præcipue formam regiminis & ministerii earum in Ecclesiam Christianam translata esse demonstratur.

Franequeræ, apud Joannem Gyzelaar, A. 1696. in 4.

Constant alphab. 6. plag. 13½.

Religionem Christianam initia sua ex Judaismo ducere, cultoribus illius velut magnum probrum a Celso olim objectum est. Nullam
contra

contra gloriationis-ampliolem solidioremque materiam ipsos habere, doctissimus Vitringa asserit; & in præclaro hoc opere demonstrandum sibi sumit, Ecclesiam Christianam primævam, quæ ex Synagoga Judæorum nata ejusdemque filia dicenda sit, in regimine atque cærimonii se, quantum fieri poterat, conformasse consuetudinibus Synagogarum; quod institutum ita exequitur, ut simul antiquarum Synagogarum nomina atque structuram dèclaret, formamque regiminis & sacra earundem latius describat.

Commendata videlicet in Prolegomenis utilitate, imò & necessitate hujus investigationis, sententiam eorum imprimis refert, qui officia & ritus Ecclesiæ Christianæ a cultu Templi Judaici derivent. Ex his allegat Jac. Usserium Armachanum, atque ejus hac de re doctrinam una cum argumentis, quæ is urgeat, proponit. Huic autem opinioni ex autoritate Patrum pondus aliquod accedere, ac istos, quando inter sacra Oeconomiz novæ & veteris comparisonem aliquam efformens, *επιμα* sacrorum Templi magis observare, quam Synagogæ, haud inficiatur; quin rationes potius non paucas adducit, quæ ansam isti instituto pronissimam suppeditarint. Longe tamen plures, ac doctos itidem clarosque Viros, Hugonem puta Grotium, Seldenum, Morinum, Salsasium, Dodwellum, & alios, ad exemplar Synagogarum Ecclesiæ Christianæ regimen dispositum dicere ostendit, & Joannem præcipue Spencerum multa huic veritati præbere ait testimonia; etsi haud dissimulet, quod hanc hypothesein ulterius extenderit, quam ipse cupiat. Rationes vero pro sententia posteriori militantes, ac suo deinceps loco latius deducendas, summam hęc insinuat, & ut constet eo dilucidius, utra ex his præveriori habenda veniat, supponit, primo quidem, in Templo subinde eas quoque observatas cærimonias, quæ in Synagogis usitate fuerint, dein Judæos ipsosmet Scriptores ministerium Synagogarum variis in partibus conferre cum cultu Templi. At nihilotsecius contendit, exercitium religionis Christianæ multo propius accedere ad formam cultus divini, prout in Synagogis celebratus ille sit, quam ad Templi *λατρευσιον*; cum in iis partibus, quibus cultus Synagogæ a cærimonii Templi discrepet, utpote in distinctione locorum, personarum, vestium, ætatis, graduum sanctitatis, & aliis ejusmodi similibus, Ecclesiæ nequicquam cum Templo, sed cum Synagoga faciat, ac insuper Doctores Hebræi Synagogæ cultum,

quatenus ipsi cum Ecclesiae cultu conveniat, a religione Templi distinguant. Denique ad argumenta, quibus patroni primae illius sententiae utantur, respondet, aliteramque velut & in sacris literis optime fundatam isti anteponeit.

Verum isthæc hactenus generatim duntaxat, & vice alicujus Præfationis Auctor ita disseruit. Jam ad tractationem ipsam accedens Synagogam veterem solícite describit, (prout id opus esse ex sententia ejus supra innuimus,) atque hoc labore per librum primum, ac eum rursus in tres partes divisum, defungitur. Initium commentandi capit a nominibus, quæ vel ad loca conventuum Judaicorum, vel ad cœtus qui in illa loca conveniant, vel ad utraque simul referri observat. In postremo ordine vocabulum SYNAGOGA collocat, ac istud adeo præceteris solícite exponit, ejusque cum Hebræa voce סִנְגָּוֹ commercium, ac vim vocabuli סִנְגָּוֹ, quod & ipsum a LXX Interpretibus aliquando συναγωγή reddatur, ostendit, alteriusque hujus convenientiam cum Græco ἐκκλησία, & Latinis, populus, civitas, concio, comitia calata, sub incudem revocat. Prout autem συναγωγήν semper significare ait cœtum conjunctum & congregatum, etiamsi nullo forte vinculo ligatum; & e contra ἐκκλησίαν notare multitudinem, quæ populum constituat, & per leges atque vincula inter se conjuncta sit, tametsi sæpius contingat, ut non coacta sit vel cogi possit: ita facile perspectu opinatur, cur Christus & Apostoli multitudinem Christianorum hoc potius quam illo nomine expresserint; quandoquidem fideles dispersi per varias terræ cujusdam plagas desinant esse סִנְגָּוֹ congregatio, sed non esse desinant סִנְגָּוֹ ecclesia, non desinant constituere unum corpus, quod per Spiritum & fidem arctissimis vinculis compingatur. Post hæc Augustinum notat, quod Synagogam congregationem, Ecclesiam vero convocationem significare, & vocabulum postremum honestius habendum esse dixerit. Hugonis quoque Grotii ad eadem hæc vocabula annotationes ventilat, addita expositione vocis ἐκκλησία, quæ apud Suidam legitur. In verbis Christi: ἵπτι τῇ ἐκκλησίᾳ Matth. XIX, 17. universam credentium multitudinem subintelligi, contra quosvis id negantes, & præcipue adversus Joannem Cameronem ac Ludovicum Cappellum adstruit. De cætero cum posteriorum temporum Judæi vocabula antea examinatis adjunxerint & quasi substituerint hæc binas, סִבְרָה & סִבְרָה sive סִבְרָה, hinc & in hanc sensu investigando

gando occupatur. Licet vero, uti dictum, Synagoga coetum quoque & conventum hominum designet; eum tamen significatum hinc exulare, ac istam pro loco, in quem coetus congregetur, in praesens accipi demonstrat, de fundamentis significatus hujus paulo accuratius disputans. Nec aliarum, quibus Synagogæ insigniri sive fuerint, appellationum obliviscitur, quales sunt *proseucha*, *iegi*, *sabbatna*, *avdōnis*, *προσευχήρια*, *Φερτισηλια* &c. Synagogas vero strictè dictas, quæque apud Hebræos audiant *בתי כנסיות*, distinguendas statuit ab Academiis vel Scholis publicis, licet hæc nonnunquam in scriptis N. T. ex latiori significatu sub nomine *συναγωγη* comprehendantur. Qua occasione aliqua de Scholis Judæorum inspergit, easque vel privatas fuisse dicit, vel publicas. Ista institui solitas in ædibus sapientiorum & aliorum quorumcunque felicioris sortis sanctiorisque vitæ hominum, & in ea quidem parte ædium, quæ dicta fuerit coenaculum, (de quo proin vocabulo multa quoque Noster inserit,) ac præter hæc domestica sacraria apertas etiam refert privatas Scholas alias, vel a Doctoribus per manuum impositionem ad illam dignitatem promotis, vel a privatis pluribus ad ejusmodi Scholas aperiendas conspirantibus. Has vero, sive publicas, per auditoria describit, in quibus summi nominis Doctores publica totius gentis aut civitatis auctoritate muniti legem divinam traditionesque professi sint. Late autem, quicquid ad has spectat, excutit, interque alia quæstionem: utrum discipuli ante mortem Gamalielis Principis stare fuerint soliti? negative determinat. Tacemus, quæ de modo interpretandi, quæ de aliis huc pertinentibus erudite disquirat. Ad Synagogas proprie sic nuncupatas reversus, in iis antè omnia spectandam sistit arcam, librum legis asservantem; postea extractum in medio Synagogæ e regione hujus arcæ suggestum, inque eo pulpitum, unde legis divinæ lectio aut oratio facta fuerit ad auditores, considerat. Ulterius intendit in subsellia, quorum ordinem distinctionemque tradit, ac de separatione virorum a mulieribus apud Alexandrinos aliosque observata Lectorem edocet. Inde lucernas in Synagogis suspensas aut parietibus affixas contuetur; utensilia, quæ vel ad cultum sacrum, vel ad Synagogæ ornatum fecerint, recenset, libros nempe factos cum suis appendicibus, tubas atque buccinas, quarum in excommunicatione, in festo novi anni, in jejuniis, in vespera Sabbati, diversos usus memorat; veltim sacelli librarii; arculam elemosynariam,

&c. Quod Synagogæ in altissimo civitatis loco extrui debuerint, affirmat, & de causis hujus præcepti quærit. Eisdem olim refert conditis extra urbes, idque seu necessitatis ergo, seu commoditatis, seu sanctitatis. Quemadmodum non minus rationes indicat, ob quas ea frequentius olim extructæ apud fluvios & sepulchreta fuerint. Nec omittit Bibliothecas Synagogis quandoque junctas; diverforia item ab iis haud procul remota, arboresque quibus illæ consitæ legantur. Canonem, quod Synagoga ædificanda sit in omni loco, in quo decem reperiantur majorenes & liberæ conditionis homines, explicat. Justum quoque spatium occupat Synagogarum dedicatio & reverentia iisdem debita, nec minus destructio ac honor destructis adhuc reservandus, in superque earum alienatio, seu ea venditione seu donatione contigerit. Unam eandemque urbem plures sæpe Synagogas habuisse observat, in pagis autem eas ordinario repertas negat, & heic inter alia paganos in urbes ascendere iussos notat ad lectionem Megillæ celebrandam, pluraque & perquam curiosa de hac lectione cumulat.

Hæc de diversa appellatione solitaque structura Synagogarum, & de circumstantiis eo referendis Auctor monuit. Sed nunc in parte secunda earum scrutatur originem, quam minime inveniri admittit in antiquissimo illo tempore, quod a creatione mundi usque ad diluvium, atque ab hoc ad Moysen usque effluxit. Nec eam quærendam concedit in illo temporis intervallo, per quod Judæi absque Regibus fuerint; ubi frustraneam eos navare operam contendit, qui lectionem legis divinæ, jam Moysi ævo ex eorum mente diebus Sabbati frequentandam, aliquid huc facere sibi persuadeant. Pari ratione asserit, nihil huc conferre tentorium illud, quod Moyses extra castra fixisse legatur Exod. XXXIII, 7. Nihil etiam solennem istam promissionem Exod. XX, 24. suppeditatam. Nihil postulatam Deut. XXXI, 11. prælectionem legis quovis septennio repetendam in festo tabernaculorum, tametsi hanc pro fundamento Synagogarum Grotius divendat. Nihil obtinere Cornelium Bertrantam, qui ab ingressu Israelitarum in terram Canaan ejusque distributione earum ortum derivet. Chaldæum Interpretem ad Judic. V, 9. non satis apposite in paraphrasi Synagogarum meminisse credit. Nec Kimchium, aut Abarbanelem, aut utrumque secutos Belgas Interpretes vera narrare existimat, quando in urbe Mizpa Synagogas tempore Judicium extitisse conjiciant. Mox ad illa tempo-

ra

ra progressus, quibus Judæi Regibus subsuerint e familia Jessæa oriundis, primo equidem concedit, obtinuisse per universum illud interval- lum aliquod genus institutionis publicæ, cujus modum atque ratio- nem prolixè indicat. Verum dehinc non satis liquere profitetur, quod Synagogæ speciatim dictæ hoc omni tempore apud Judaicam gentem in usu fuerint; expensis eapropter iis, quæ a Viris doctis vel disputata sint, vel disputari possint in contrarium. Et assertio sane, quam pri- mam modo appellavimus, largam ipsi copiam subministravit differen- di de Scholis filiisque Prophetarum, ac de Levitis, horumque in do- cendo officiis. Inter argumenta vero contraria locus imprimis Psal. LXXIV, 8. fusus excutitur. Quibus omnibus accurate pertractatis, tan- dem concludit, Synagogarum originem assignandam tempori, quod fit posteriore captivitate Babylonica: ac licet incertum sit, quo præcise temporis articulo eadem introductæ fuerint, quippe cum ne historia quidem Maccabæorum aliquam heic lucem afferat; dubium tamen nullum superesse putat, quin potissimas illarum cærimonias repetere possimus a solenni illa prælectione legis divinæ, cum adjunctis illi be- nedictionibus, quæ in libro Nehemiæ describatur.

Nondum vero in his libri primi terminus comparet, quippè cum tertia illius pars excursus ad Oratoria Ecclesiæ Christianæ sistat. Au- ctor nempe loca conventuum primæ Ecclesiæ, vel privata fuisse dicit, vel publica. Privata rursus in stata dispescit atque arbitraria. Publica fuisse rariora fatetur, cum multis de causis Christiani in suæ religio- nis exercitio latere voluerint. Interim eos sacris ædibus plane destitu- tos minime concedit; quin potius ad erigendas tales naturalem ipsos rationem instigasse, modum vero in ædificatione servandum exempla Judæorum prævisse. Atque heic manifeste perhibet, quod ædes sacræ primorum Christianorum ad typum Synagogarum efformatæ fuerint, id quod ex instituta comparatione inter nomina, partes, & accidenta- lia quædam Synagogarum & Oratoriorum Christianorum, evictum dare nititur. Ritus vero Christianorum precandi versus Orientem, & inde posticam suorum Oratoriorum partem eo dirigendi, non im- pedire asserit, quo minus Synagogæ horum typus remaneant, licet in- versum in istis situm conspiciamus; rationes enim, cur Christiani hac in parte ab illis abierint, non unas proponit. De cætero accedentem postea sub Christianis Principibus ad Oratoria hæc splendorem atque ampli-

amplitudinem effecisse, ut ea non Synagogis porro, sed Templis similia evaserint. prout & passim ab Auctoribus illorum seculorum cum Templo Hierosolymitano collata inveniuntur.

Synagogæ vero Judaicæ, ad modum hactenus recensitum delineatæ contemplationem ea nunc excipit disquisitionis, quæ & veram formam regiminis Synagogæ veteris declarat, & ejus respectum ad regimen primæ Ecclesiæ Christianæ ex instituto probat. Recenset enim Auctor in secundo libro varias Doctorum idem fere ante se colligentium sententias, primum in his locum Hugoni Grotio concedens. Post diversas de Ecclesiis per Presbyteros directis opiniones enumerat, atque iis adstipulatur, qui statuunt Collegium Presbyterorum ejusdem generis & ordinis, sed non destitutum aliquo Præsidi, qui tamen ipse nulla certa præsidii sui nota aut prærogativa a cæteris distinctus fuerit, cum sane & reliquis omnibus jus docendi æque ac Præsidi convenerit. Dehinc distinctionem Presbyterorum in docentes & regentes sive laicos antiquitati nullo pacto respondere monet, ac universum Presbyterorum primæ Ecclesiæ Christianæ munus uberius delineat. Loca 1. Tim. V, 17. Rom. XII, 8. 1. Cor. XII, 28. quæ pro Presbyteris regentibus de plebe adduci soleant, exponit atque vindicat. Presbyteros Doctores apud Cyprianum nominatos nequaquam cum celeberrimo Dodwello pro viris extraordinaria quadam Spiritus S. gratia ad docendum instructis, sed pro ordinariis e numero Presbyterorum Doctoribus agnoscit, non talibus quidem, qui Evangelium publice in Ecclesia prædicarint, sed qui vel in suis ædibus, vel in aliis quibusque locis ex concessione Episcopi Scholas aperuerint. Seniores plebis, quorum memoria in scriptis veterum conservata habeatur, Presbyterorum regentium causam plus perdere quam juvare innuit, & cuncta hæc præsupposita in locum alicujus normæ substituit, ad quam non Hugonis modo Grotii, sed aliorum etiam de regimine Synagogæ & Ecclesiæ sententias examinare cum fructu liceat. Nempe formam Synagogæ a variis extractam auctoribus considerandam præbet, ac introducit Samuelem Petitem, qui tot fere distinctas Synagogæ functiones attribuat, quot nomina dignitatis in Rescriptis Imperatoris reperiantur, (id quod tamen calculum Auctoris minus obrinet;) Lightfootum, qui supponat, sacra Synagogæ munia inter decem Otiosos fuisse distributa, unde horum descriptionem tum a Buxtorfio tum a Lightfooto & Cappel-

pello adornatam subjungit, & ea, quæ ad posteriorem illustrandam probabiliterque adstruendam idonea videri queant, in medium producit. Officia quoque Synagogæ, prout ea Lighfootus inter decem illos Otiosos distribuerit, enumerat, ac utrum is ubivis firmo satis talo inanitur, disceptat. Posthæbitis vero his & similibus sententiis alienis, suam mentem promere nunc incipit. Ac veteres quidem Synagogas non uno modo rectas esse præsupponit. Alias enim, easque urbium majorum celebriores, gubernasse Senatum doctorum virorum; alias, five quod minus celebres & majoribus subordinatæ, five quod copia doctorum virorum destitutæ essent, rexisse quendam sacrorum Magistrum, דר dictum. Interim ostendit, quomodo cum hisce hypothesibus conciliari possint ea, quæ in Historia novi foederis, statutisque Romani Juris, nec minus apud Epiphanium, & alibi, de regimine Synagogarum inspersa deprehendantur. Postremo definitivum hoc pronunciatum fert: regimen Ecclesiæ Christianæ non esse formatum juxta ejusmodi typum regiminis Synagogæ, quò ei unus solum præfuerit דר, Magister seu Didascalus, sed potius juxta illum, quo plures viri docti unum aliquod Consistorium sive Synedrium sacrum constituentes consilio communi res Synagogæ moderati fuerint.

Hæc thesis cum probatione ulteriores utique indigeat, ideo nec ista in re officio suo deesse Auctor voluit. Præcipuum autem in ea roboranda punctum fert convenientia, quam inter Synagogam & Ecclesiæ qua Rectores qua Ministros manifestissimam efficere conatur. Ad Rectores quod attinet, pleraque hæc in prima libri tertii parte repetita sunt, quæ jam olim Auctor scripserat in Archi-Synagogo observationibus novis illustrato, quem nos in Actis A. 1686. p. 253. sq. exhibuimus; ut proin Lectorem eo nunc merito ablegemus. Hoc tamen insuper monendum est, ea, quæ inibi occurrunt, & aliam hæc induisse faciem, & novis quoque passim accessionibus locupletata legi, maxime, si factam utrinque Presbyterorum electionem atque confirmationem respicias, doctrinam præterea, quod Episcopi idem cum Presbyteris collegium constituerint, ac ejusdem fuerint ordinis, quam a novissimis Henr. Dodwelli exceptionibus Auctor vindicat. Sed numerum quoque Presbyterorum in Presbyteriis tam Judaicis quam Christianis pro locorum & circumstantiarum ratione variasse hæc asseritur, & de honorariis sive stipendiis Presbyterorum tam Ecclesiæ quam Synago-

gæ secum invicem contendendis agitur; ut plura istius generis addita-
 menta prætereamus. Similem in modum, ubi ad ministros Ecclesiæ &
 Synagogæ descendit, istosque cum his comparat, non parvum suis an-
 te hoc decennium dictis augmentum largitur; imprimis quod spectat
 ad materiam de Diaconis, de Liturgiis, de ritu Benedictionis Sacerdo-
 talis, & similia. Ac differentiam sane inter præstinam & hanc editionem
 quivis facili conjectura assequetur, qui ex deductis ibi capitibus XX
 duas heic emeruisse partes cognoverit, quarum altera XIX, altera
 XXII capita complectitur. Ut adeo haud præter rem ipse Auctor ex-
 istimaverit, fore, ut Archi-Synagogus ille, per hunc librum, se substitu-
 tum, manibus hominum excutiat; id quod libenter etiam se permis-
 surum testatus est.

*IO. HENRICI BOECLERI HISTORIA UNIVERSALIS QUATU-
 or primorum a nato Christo seculorum. Cum Præfatione Isagogica D.
 Jo. Fechtii, mutuisque Pauli Sarpis Veneti, & Isaaci Casaubo-
 ni epistolis. Ex manuscripto edidit Jo. Gottlieb
 Möllerus.*

Rostochii, apud Joannem Weppingium, & Lipsiæ apud
 Hæredes Lanckisianos, A. 1695. in 4.
 Constat alphab. i. plag. 8 $\frac{1}{2}$.

Nondum sese nobis obtulit occasio, illustre nomen *Jo. Henrici Bœ-
 cleri*, S. Cæsareæ Majestatis Electorisque Moguntini Consiliarii,
 Palatii Aulæque Cæsareæ Comitæ, & in Universitate Argentoratensis
 Professoris Historiarum, A. 1672. fato suo functi, in Actis nostris ita
 allegandi, ut factum aliquem ab excellenti hujus Viri ingenio profe-
 ctum recenseremus. Nunc vero cum talis nobis, licet posthumus, of-
 feratur, multa quidem de ejus eruditione, deque aliis ad illius vitæ cur-
 sum scriptorumque notitiam pertinentibus dicenda venirent, nisi illa
 doctis quibuscunque satis superque esset cognita, & in his consignan-
 dis solertissimus *Wistenius* in suis, quas vocat, Philosophorum Memo-
 riis, sollicitum se dudum exhibuisset. Itaque sine ambagibus, ad operis
 præsentis recensum accingimur.

Nimirum cum inter suos Professores Academia Argentoratensis
 vivum adhuc Bœclerum veneraretur, privatas ille (ast numero so tamen
 audi-

auditorum confluxui) scholas A. 1659 aperuit, in quibus Historiam a nato Christo universalem exponere aggressus, eum in singulis servavit ordinem, ut primum, quæ ad chronologiam spectant, traderet, deinceps Caesarum nomina resque gestas enarraret, postmodum externa recenseret, tum ecclesiastica curiose panderet, ac tandem quæ ad historiam literariam pertinent, persequeretur. Non defuerunt igitur, qui prompto calamo aurea hæc sui Præceptoris dicta exciperent, juvenes doctissimi, ad amplissimos postea honorum gradus eVecti, potiusque nihil in votis habuerunt, quam ut universa a nato Christo seculi Vir tantus concatenato nexu illustraret. Sed ultra quatuor priora (dubium, ex quibus causis) progredi eidem non licuit. Verum uti viro- rum egregiorum minima etiam quæq; in deliciis merito sunt ac pretio, sic istud etiam historicum Bœcleri fragmentum magni semper a suis possessoribus æstimatum fuit. Ast in paucorum duntaxat manibus, ac præterea nonnisi manuscriptum id haberi, cum deprehendèret Jo. Gottlieb Möllerus, Græcarum literarum in Rostochiensis Universitatè Professor clarissimus & rei imprimis literariæ juvandæ laudabili cum industria intentus, suarum esse duxit partium, ad plurium usus doctrinæ hunc thesaurum e privatis scriniis in lucem liberam protrahere. Nactus autem exemplar ex eo, quod manu sua assignayerat venerandus Ulmensium Præsul, Elias Veielius, (qui & ipse auditorum Bœclerianorum numerum se quondam auxisse fatetur,) descriptum, non beato solum id Morhofio & aliis eruditis viris ostendit, sed & eorum approbatione cognita, ad illius editionem tandem se accinxit, advocatis in subsidium manuscriptis etiam aliis, quotquot nancisci potuit.

Præfationem Hægoticam adjecit Maxime Reverendus Fechtius, qui in eadem laudes Auctoris de se quoque meritissimi decantat, scripta Bœcleri a Witteno non visa addit, interque hæc & *Bibliographiam* illam *Historico-Político-Philologico-Curiosam*, quæ sine Auctoris nomine aliquoties prodit, isti tanquam genuino parenti vindicat.

Memoriam Bœclerianæ vitæ renovavit Editor, repetito exequiali Programmate, quod una cum subjuncta librorum ab eo compositorum Sylloge, ex Wittenii libro superius adducto mutuatus est, ac ne quidquam deesset, structo qua sectionum, qua rerum verborumque Indice amplissimo Lectoris studiosi gratiam inire laboravit.

Sed adhuc Appendix restat, eaque duas complectitur Epistolas, alteram Pauli Sarprii Veneti ad Isaacum Casaubonum, alteramque hujus ad præcedentem responsoriam. Ultramque Gudius cum Korkholto, atque hic vicissim cum Möllero nostro communicaverat. Hic igitur cum nec inter Sarpianas Veronæ, ut præfert titulus, nec Casaubonianas Hagæ Comitum per Gronovium & Francofurti per Grævium vulgatas, istas reperisset, ex manuscripto eas edidit. Epistolarum vero materia in eo versatur, quod uterque scriptor generalem format investivam in Baronium, & ille præterea Jacobo Angliæ Regi commendari se petit, hic commendatissimam jam esse ejus eruditionem regerit.

*THE ART OF PAINTING, BY G. A. DU FRESNOY,
translated into English &c.*

Hoc est:

Ars Graphica carmine Latino tradita a C. A. Du Fresnoy cum annotationibus, ejusdemque pictorum hujus & superioris seculi censura, Anglice reddita, & præfatione, qua Poeseos & Graphicæ artis instituitur comparatio, exornata a GVLIELMO DRYDEN.

Accedit brevis optimorum pictorum tam inter veteres
quam recentiores historia.

Londini sumtibus Jo. Rogeri A. 1695. in 4.

Const. alfab. 2. plag. 7.

Nihil novi in hoc volumine continetur, præter præfationem famosissimi inter Anglos Poetæ, cui cum sua arte pictoriam contendere placuit, & catalogum pictorum veterum & recentiorum, usque ad hæc tempora. Notas enim quod attinet, Autori Gallicæ hujus carminis versionis eas debemus. Criticum autem de pictoribus hujus & superioris seculi celebrioribus judicium, inter chartas Du Fresnoji, manu ejus descriptum reperit, adeoque ejus quoque factum esse existimat interpretis Gallus. Istorum itaque recensione Lectores nostros in præsentiarum non morabimur, veriti ne jam nota harum deliciarum amatoribus occinamus, quos tamen non invitos, quid ingenii elegantia inter suos adeo conspicuus Anglus interpretis in præfatione præstiterit, accepturos esse confidimus.

P. 4.

Dicendorum itaque occasionem accipit Drydenus a Bellorio, qui in Idea, quam scripsit, pictoris, secundum Platoniam philosophandi ra-

di rationem artis illius naturam delineavit; quod tamen planius ipsi fecisse videtur Philostratus in eo quod Imaginibus suis præfixit proœmio, ad pœseos simul & graphicæ artis similitudinem oculos intëndens. Cui addendus est ipse, quem præ manibus habemus Poëta, qui carmen suum non inuenuste ita fuit auspicatus:

Ut pictura pœsis erit, similisque pœsi
 Sit pictura, refert par æmula quæque sororem,
 Alternantque vices & nomina; muta pœsis
 Dicitur hæc, pictura loquens solet illa vocari.

Laxat inde ingenio suo fræna, nec observatis accurate methodi regulis hanc comparationem persequitur, cujus initium facit ab illa Bellorū regula, qua formare sibi jubet pictorem perfectam naturæ ejusque pulcritudinis ideam, e qua in omnia opera sua elegantiam derivare queat. Eandem enim ideam in mente ut pariat poeta, oportet, quæ tamen sicut parum usus habet apud pictores in illis, quæ ad vivum aliquod exemplar efformantur, imaginibus; ita & poeta in tragœdia & comœdia homines ex idea sua descriptos in summò perfectionis gradu non collocabit, quod in epico tamen carmine faciet. In tragœdia enim tales representare homines oportet, qui oppressi virtute sua moveant misericordiam quidem, nœvis tamé sibi adhærentibus catastrophe tragica non plane indigni videantur. Perfectam namq; virtutem videre destructam, ad impietatem proclives reddit mentes humanas; plane autem vitiiis immerfos perire, nemo non siccis adspiciet oculis. Virtuosos itaque, sed homines tamen, hoc est fragilitate circumdatos tragœdia producet. In comœdia autem deformitas etiam aliqua decet, utpote qua acrius populo (qui finis comœdiæ est) vitiorum dedecora exprobari solent. Delectare porro sive placere, tam pœsin quam graphicam artem finis loco sibi habere propositum, noster quoque canit Poëta:

Quod fuit auditu gratum cecinere poetæ:
 Quod pulchrum aspectu pictores pingere cufant.

In eo tamen aliqua est disparitas, quod primarius ille sit pictoriæ artis scopus, cum alium potiorẽ habeat pœsis, qui est instruere. Quamvis si artifices potius quam artem consideremus, poetarum pariter ac pictorum majus placendi est quam instruendi studium. Quem finem suum pari quoque utriusque ratione consequuntur: fingunt enim & fallunt utriusque, placentque, dum oculos, pictores, dum animum & ir-

p. 13.

p. 15.

p. 18.

p. 16.

p. 20.

p. 21-26. tellectum, poetæ suavi quadam incantatione decipiunt. Materiam inde carminis & picturæ fere eandem esse ostendit. Obscœnitate careat utraque, utraque grandis sit & nobilis; quamvis & humiles materiæ sub penicillum æque ac poetæ ingenium quandoque cadant, imo talia etiam quæ plane infra naturæ spheram subsidunt, qualia chimæraz in graphica arte, & chimæricæ ridiculæque descriptiones in poesi esse solent, quas tamen ubi adhibere fas sit, ubi minus, accurate artifici erit dispiciendum. Artis utriusque fundamentum est imitatio naturæ, non qualis in individuis passim conspicitur, sed in idea poetæ vel pictoris ad suæ perfectionis debitum gradum elevatæ. Hæc enim imitatio, ut placeat, sive tabula, sive carmen efficit. Cur autem tantum delectet illa, rationem ab Auctore nostro allatam operæ pretium erit afferre. Displicet enim ei, quod Aristoteles inde illud esse ait, quod ea sedulis rerum scrutatoribus in veritatem vel falsitatem imitationis inquirendi occasionem largiatur, dum cum exemplari, quod imitatur, eam conferunt: hoc enim si verum esset, inquit, omnes naturæ speculationes talem delectationem gignerent. Ipsi igitur vera causa hæc videtur, quod cum mens humana talis etiam, qualis est, naturæ cognitione multum sese delectet atque reficiat, multo magis necesse sit, ut ejus non qualis est, sed qualis in summa sua perfectione esse debet, ab omnibus nævis depuratæ repræsentatione capiat: hæc enim admirationem parit, quam delectationis matrem esse omnes passim agnoscunt. Sed ut ad comparisonem artis utriusque redeamus, tres potissimum picturæ partes constituit Poeta noster, in quibus artificis sese exercere debet industria, quarumve accurata observatio non minus poetis negotii successere solet. Prima *invenio* est, cujus elegantia naturæ potius debetur quam artis regulis utrobique, ita tamen ut ars atque exempla perficere eam & complementum ei addere possint. Huc statim refertur dispositio sive œconomia operis totius, quæ utrobique talis requiritur, ut omnia apte sibi respondeant invicem, & argumenti fidelitas, veterû testimoniis & rerum ac temporis variaz rationi apte conformis. Maxime autem cavendum inane, & quod ad rem a pictore vel poeta delineandam non pertinet: pariter enim carmen dedecorant *versus inopes rerum nugæque canore*, quam tabulam *lucus & æva Diana* loco suo non posita. Ad secundam picturæ partem, quæ *Graphis* sive *positura* vocatur, quod

quod attinet, eam quoque poeta pariter ac pictor observabit. Non minus enim ille quam hic alia facie sistet Æneam Didoni supplicem, alia Lausum, alia Turnum stertificantem. Varietati autem formæ humanæ in picturis, characterû diversitas in poemate respondet, reprehenditurque poeta, qui omnes fabulæ personas ingenio valentes finxerat, iis quoque non exceptis, quas stultitia insignes in scenam protrahere voluerat. Membrorum symmetriæ, characterum inter se harmonia respondet, ut svaro v. g. nihil tribuatur, quod ejus in aurum affectui non conveniat. *Principale picturæ subjectum* in maxima semper luce constituendû est, ut primo aspectui quasi sit obvium: idem de Heroe, quem præcipue celebrat epicum carmen vel tragoedia tenendum est, in quibus epifodia & chori eundem locum tenent, quem minores in tabula figuræ, ab oculis longinquius quasi submotæ. Elegans hic de usu chori in moderna tragoedia instituitur inquisitio, quem recentes nonnulli poetæ non sine plausu adhibuerunt. Quam porto in affectu exprimendo utraque ars maxime laboret, neminem latere potest. Denique, ut finem secundæ huic quoque parti faciamus, sicut in pictura, canente Poeta nostro cavendum est, ut:

p. 44

————— nil sapiat Gotthorum barbara trito
Ornamenta modo,

ita in carmine quoque talia nonnulla, quæ Gothica merito dixeris, sunt evitanda: cujus vitii exemplum, ex elegantissima alias Guarini fabula (*il Pastor fido*) Coriscæ & Saryri personas Autori nostro allegare placuit. *Chromaticen* denique sive *Colorativam*, tertiam picturæ partem Poeta non sicut vocat: illi in poesi, verborum & phrasium selectus comparatur, in quo Homero Virgilium præfationis Auctor anteponebat. Lucis & umbræ locum, tropi & figuræ in carmine suppleat; ut alias quas venatur similitudines taceamus, quæ ad illa quæ a nobis relata sunt capita fere poterunt referri. Cæterum id tacendum non est, acutas passim tam de pictoribus quam poetis præfationi huic insertas legi censuras. Nec propriis poematibus suis parci ingeniosissimus Auctor, & tragoedias imprimis suas censoria passim virgula notat, quas tamen non tam ex suo quam nationis suæ genio se composuisse ait, nec ullam esse, quam contentis theatri plausibus secundum artis regulas efformavit, fatetur, nisi eam quæ Antonii & Cleopatrz fata complectatur. Cæterum festinatæ huic præfationi translationive veniam rogat, utpote cui, poetiæ Virgilianæ

p. 49

p. 54

gilianæ Eneidos metaphrasi intento, paucas solum septimanas impendere licuerit, quas peritissimorum artificum suffragia, omnibus aliis, quæ de graphica arte scripta extant, hoc præferentium, ipsi quasi extorserint.

Catalogum pictorum, qui ab incunabilis hujus artis ad nostra usque tempora floruerunt, quod attinet, ignorari voluit nomen suum, qui eo Anglicam hanc Du Frénoji editionem exornavit. Concinnasse se cum, quantum ad veteres pictores, e Plinio, Junio & Carolo Dati faretur. Ubi vero ad recentiores peruentum est, multorum vitas refert, quas unice ejus diligentia debemus, reliquas vero ex Georgii Vasseri vitis pictorum, & excellentissimo Jo. Petri Bellorii similis argumenti libro exhibet, ut & ex Ridolfi mirabilibus artis, ex Carolo Cæsaris Malvasia Felsina pictrice, Raphaelis Soprani vitis pictorum Geauensium, Felibiani dialogis de vitis pictorum, Sandrarti Academia artis pictoriæ, & similis argumenti libro Carolo a Mander, aliisque hujus generis scriptis. Disponit eos ordine quem tempus & ætas eorum suadebat, virtutes & vitia eorum ingenue exponit, & loca quoque indicat in quibus hodiernum artis eorum monumenta reperiri possint.

**BERNARDI NIEUWENTIJT ANALYSIS INFINITORUM, SEU
Curvilinearum Proprietates ex Polygonorum natura
deductæ.**

Amstelodami apud Joh. Wolters, 1695. in 8.
Constat plag. 22. tab. æn. 21.

PERVENIT paulo serius ad manus nostras hic clarissimi Viri tractatus, in quo ea, quæ in *Considerationibus* in Actis Eruditorum anno superiore pag. 272 a nobis memoratis promiserat, exhibere satagit. Principium nempe, quo mederi difficultatibus, quas in *Considerationibus* proposuerat, se posse sperat, in Præfatione & alibi passim hoc exponit: Quicquid per numerum infinitum multiplicatum nullam quantitatem datam, utut exiguam, adæquare valet, entibus annumerandum non est, & nihilo æquale haberi debet. Unde si voces quantitates

datas a aut b , numerumque infinite magnum m , esse $\frac{a}{m}$ & $\frac{b}{m}$ quantitates

titates infinite parvas & adhuc aliquid; quadratum vero ^{aa} — aut rectan-

gulum ^{ab} — & sic porro, recte pro nihilo haberi. Hinc quoque sequi

^{mm}
illam veritatem maximi momenti, omnem quantitatem vi infinita in nihilum esse reducibilem, eademque vi infinita quantitatem quamcunque ex nihilo produci posse. Et cum varia Geometrarum inventa ex hoc suo principio firmari dixisset, sola, inquit, differentiationum successio (differentio-differentiales, sive differentias rursus differentiatas intelligit) ex eodem cum cæteris principio deduci renuit: quæque eam infestare videntur difficultates D. Autori in Considerationibus ex parte proposui, ac hoc in loco instantia una ac altera roboravi, quarum solutionem insimulque legitimam repetitarum differentiationum confirmationem, ne tantum inventum in Geometria intercidat, summo desiderio merito exoptat Orbis Mathematicus. Cui quidem celeberrimum nostrum Leibnitium doctissimis suis responsionibus cumulate satisfecisse, patet ex Actis Erud. anni superioris p. 310, 369 seqq. Porro doctissimus Autor agit cap. 1 de modo ducendi tangentes, deque puncto flexus; cap. 2 de curvilineis (quæ vere polygonæ esse ait) & Wallisii quibusdam Gregoriquæ & Mercatoris inventis; cap. 3 de genitis per rotationem solidis; cap. 4 de superficiebus talium solidorum; cap. 5 de Hugénianis evolutionibus; cap. 6 de centro gravitatis; cap. 7 de methodo maximorum & minimorum; cap. 8 de analysi infinitorum Leibnitiana, & calculo differentiali seu infinitesimali; cap. 9 de æquationibus infinitesimas involventibus; cap. 10 de methodo infinitesimali inversa pro quibusdam casibus; cap. 11 de miscellaneis, ubi & de causticis & similibus, modo, ut ait, a Tschirnhausiano aliquatenus differente. Sed cum modus, quo hæc ex suis derivat, cum differentiali calculo facile conciliari queat, & in notandi ratione potius quam re differat, prolixè hæc excerptè super sedemus. Quanquam dubitandum non sit, specialia quædam egregia passim in iis laterè. Optandum autem esset, convenire Mathematicos in unum notas usurpandi modum, ne tanta varietas lætore turbet, cumque notatio per summas & differentias & fontem inventionis aperiat, & egregiis viris, ipsique Hugénio, horum optimo, dum viveret, iudici perplacuerit, usurpataque sit, jam-
L
que

que multis præclaris inventis sit comprobata & illustrata, atque augeatur indies; considerandum Geometris proponimus, an non huic infiti consultius videatur.

JOH. BERNOULLI DEMONSTRATIO ANALYTICA ET SYNTHETICA SVA CONSTRUCTIONIS CURVAE BEAUNNIANA IN ABU ERUD.

A. 1693 pag. 234 exhibita.

Quos diu ante desideraveram, D. Bernhardi Nieuventiit bini tractatus de Analyfi infinitorum nuper mihi Amstelodamo transeunti in manus inciderunt; quorum alter, quem *Considerationes circa calculi differentialis usum* inscribit, in eum tantum finem videtur factus, ut clarissimus Auctor difficultates, quas in insolita nostra methodo multis in locis sibi remoram injicere queritur, adimendas nobis proponeret. Eas revera tanti momenti non puto, ut vel minimum illius præstantiæ derogare, vel quempiam remorari queant: quemadmodum enim ex sola non satis clare intellecta methodo suboriuntur, sic nullus dubito, quin debita mentis attentione adhibita sponte dispareant. Ideoque relictis illis (ad quas quidem in universum celeberrimus Leibnitiu solide respondit in ultimo Act. Julio) illud duntaxat tangam, quod me speciatim concernit.

Pag. 41. suarum Considerationum, ad diversitatem ostendendam suam inter & meam methodum, quasi per digressionem & nulla necessitate urgente, sibi impugnandam suscipit meam in Actis anno 1693, m. Maj. publicatam constructionem problematis Cartesio olim propositi. Quod (quamvis optassem, ut exhibuisset solutionem meliorem, quo luculentius constitisset, an eousque sua sese extenderet methodus, nostræque proin anteferenda & ab ea diversa esset) adeo non ægre fero, præsertim cum id summa modestia faciat, ut potius gaudeam mihi occasionem suppeditari satisfaciendi ejus desiderio, quo hanc sui scrupuli enodationem efflagitare videtur. Laudanda enim est eorum ingenuitas, qui quod sibi obstaculo est, candide fatentur, ut illo sublato eo tutius progredi possint; non vero tot alii imitandi sunt, qui malunt ignorare præclarissima quæque, quam edoceri ab aliquo, quem vel ætate, vel dignitate, vel imaginaria quædam nominis celebritate, se inferiorem putant, & proin ipsam, quam nequeunt assequi, artem misere traducunt. Eadem hæc fors inevitabilis fuit novæ nostræ Analyfi, quæ ut sui ignorant

rantes

TAB. II. ad A. 1696. pag: 79. 199.

Fig. 2.




Fig. 1.




Fig. 3.





Fig. 4.



rantes ubique, ita etiam sui osiores, quorum quosdam ipse novi, reperiit. Quod præstantissimus Nieuventiit æquius animatus sit, & nobis & arti nostræ gratulor: spero enim illum, ubi celeberrimi Leibnitiæ responsiones & meam difficultatis suæ illustrationem mature perpenderit, ultro nostram amplexurum methodum; ita ut forte brevi notabile incrementum hinc studiis accessurum sit, præprimis si junctis viribus eo adnizamur.

Sed ne longius a scopo recedam, tantum abest, ut calculus ipse quem instituit, meam destruat constructionem, ut illam potius mirifice confirmet: causa autem erroris in hoc præcipue consistit, quod falsa hypothesi nixus credit, æquales differentiales habere etiam æquales integrales vel summas, id quod absolute dictum non ita se habet: una enim eademque quantitas differentialis, ut jam sæpius innui, infinitas habet integrales; veluti integralis ipsius dx non solum est x , sed etiam potest esse x plus vel minus quavis alia quantitate data; idem quoque valet in omnibus aliis. Hinc si resolvendo aliquod problema pervenitur ad æquationem differentialem, infinitæ semper diversæ nisi omnes interdum coincidunt solutiones satisfaciunt, quod Dn. Leibnitiæ in paracentrica egregie observavit.

Nunc ut applicatio hujus eo melius perspiciatur: Sit AIP curva eo modo constructa, quo in Actis docui; ita nempe ut ad asymptotum AB perpendicularem ad axem AK descripta logarithmica DC, cujus subtangens AF sit æqualis datæ r , & abscissa AK vel BI sit æqualis portioni CH ipsi AB parallelæ, & inter C & tangentem DF interceptæ. Evinçam ex calculo Nieuventiitiano (quem hic paucis repetam) hanc nostram curvam esse eam ipsam quæ quaritur, cujus nimirum applicata IK ad subtangentem KM rationem habet, ut data r ad portionem applicatæ IL resectam a recta AL faciente angulum semirectum cum axe.

Vocentur (ductis lineis ut apparent in schemate) KI; y , KM; t , CB; z , AD; k , AK; x , IL; $y - x$ erunt ex mea constructione AF = QB = r , & CH = BI = AK = x , unde & HG = $y - x$ & DG = $k - z$: tum sit PO = NB = RS = dy , IO = dx , CS = dz . Hisce positis ex problematis conditione $y. t :: r. y - x :: dy, dx$ elicitur $xdy = ydy - rdx$, adeoque sumtis integralibus, omnia $xdy = \frac{1}{2}yy - rx =$ trilineo BIA. Sed ex constructione problematis $k. r :: k - z. y - x$. Unde $ky - kx = kr - rz$ & du-

L 2

ctis

TAB. II
Fig. 1.

Etis omnibus in dy , fiet $ydy - rdy + \frac{rzdy}{k} = xdy$, ac tandem ex natura logarithmicæ factò $rdz = -zdy$ (hic sumitur signum — quia crescente z decrefcit y) erit $ydy - rdy - \frac{rrdz}{k} = xdy$.

Huc usque optime ratiocinatur clarissimus Nieuwentiit, sed consequentia quam inde petit, claudicat, concludit enim quantitatem ydy

$- rdy - \frac{rrdz}{k}$ unicam habere quantitatem integram $\frac{1}{2}yy - ry -$

$\frac{rrz}{k}$ quando facit $\frac{1}{2}yy - ry - \frac{rrz}{k} = omn: xdy = \frac{1}{2}yy - rx$; Ego

autem dico, quod hoc loco $\frac{1}{2}yy - ry - \frac{rrz}{k}$ non potest esse $= omn:$

xdy ; Evanescente enim trilineo BIA seu $omn: xdy$, quantitas $\frac{1}{2}yy - ry -$

$\frac{rrz}{k}$ non evanescit, sed fit $= -rr$. Quod arguit, quod hoc ipsum

quod restat $-rr$ sub signo contrario addendum fit, ut habeatur vera

quantitas integralis hæc $\frac{1}{2}yy - ry - \frac{rrz}{k} + rr = omn: xdy$. Sed re-

geret forsân, qui fit, ut priori integratione $omn: xdy = \frac{1}{2}yy - rx$ non

pariter aliqua quantitas data addenda vel demenda sit? hoc, inquam,

fit quia evanescente trilineo BIA & ipsa quantitas $\frac{1}{2}yy - rx$ jam per se

evanescit absque ut quadam data vel diminuatur vel augeatur. Hoc si animadvertisset, non solum in hoc sed in plurimis aliis locis, & præcipuis suis difficultatibus se facile extricasset, & vidisset nostram constructionem ad nihil plane deducere quod a veritate sit alienum: si enim

æqueretur $\frac{1}{2}yy - ry - \frac{rrz}{k} + rr$ cum superius inventa $\frac{1}{2}yy - rx$, &

dein reducantur membra, prodibit $ky - kx = kr - rz$, quæ omnino eadem est æquatio quam ex constructione problematis elicit. Ergo &c.

Sed

Sed ut ansam habeat, absurditatem quam exinde emergentem credit, si non publice revocandi, saltem probitatem nostræ methodi tacite agnoscendi, subnectam hic Demonstrationem Syntheticam, quam ab illis etiam, qui vix communis Geometriæ limina ingressi, nedum qui penitioris nostræ principia jam degustarunt, intelligi posse puto.

Ductis omnibus lineis, quas jubet in figura sua huc translata, agatur insuper HE parallela axi DAK. Jam $CG = IK$ & ablata $CH =$ (per constr.) $BI = AK =$ (per hyp.) KL , ergo reliqua HG vel $EA = IL$. Quoniam autem per constr. $NP = RX$ & $BI = GH$, erit $NP - BI$ seu $IO = RX - CH$ seu $RS - XV$ idemque PO . $IO :: RS$. $RS - XV :: QB$ (ex propr. logar. AF). $QB - FE$ (EA seu IL) ergo PO . $IO (:: IH$. $KM) :: AF$ (data r). IL. Q.C.D.

RECREATIONS MATHÉMATIQUES ET PHYSIQUES, &c.
id est:

Recreationes Physicæ & Mathematicæ auctore Dn.
OZANAM Professore Mathematicum.

Parisiis apud Joh. Jombert, 1696, in 8. Plag. 39, tab. æn. 84.

NON exiguum facere solent operæ pretium, qui, ut homines ad Mathematicarum disciplinarum severius studium alliciant, ipsis ejus generis problemata, quæ jucunditatis ac delectationis mukum habent, explicant. Fecit hoc non solum celeberrimus Bachetus in libello jucundorum problematum (problemes plaisans) sed passim quoque Kircherus, Schottus, Bettinus, in suis operibus, & ex instituto Auctor anonymus Gallus (Schotto in Jocofer. Cent. 1 p. 41 P. Joh. Leurechon vocatur) qui libellum titulo Recreationum Mathematicarum insignitum edidit, aliquoties in Gallia, postquam notis & animadversionibus Herionis & Mydorgii locupletatus fuit, recusum. Secutus hunc est Daniel Schwenterus, cujus posthumum opus, Deliciæ Mathematicæ & Physicæ, 663 problemata, in quibus illa quoque sunt, quæ anonymus Gallus habet, complectitur. Id autem secunda tertiaque parte auxit Georg. Phil. Harsdorfferus, ut spissum tres illæ partes volumen constituent. Quod cum passim in eruditorum versetur manibus, & unum qui norit hujus generis librum, omnes norit, eo breviores esse possumus in commemorandis Recreationibus Physicis & Mathematicis Dn.

Ozanam duobus tomis comprehensis. Primus exhibet problemata Arithmetica, Geometrica, Optica, Gnomonica & Cosmographica; secundus Mechanica, Pyrotechnica & Physica. Et cum inter Problemata mechanica (Probl. 39) mentio facta fuerit machinæ ope tympani aliquot diaphragmatibus instructi, certa que quantitate aquæ repleti, horas simplicissima ratione monstrantis, accessionis instar adjectus est liber Dominici Martinelli Spoletensis de Horologiis elementaribus, impressus olim Venetiis A. 1663, jamque ex Italico idiomate in Gallicum traductus, instructusque notis non contemnendis. In hoc enim non solum machina prædicta, quam ante paucos annos multi Parisiis tanquam novum inventum mirati sunt, fuse describitur, sed ad alios quoque usus chronometricos transfertur, ac deinde quomodo terræ vel arenæ, aut etiam aeris follibus inclusi, aut tandem ignis ope horæ indicari possint, docetur. Tympani, (cujus descriptionem, quæ extat in Ephemerid. Erud. Paris. A. 1691, p. 273 ff. non satisfacisse curiosi, apparet ex iisdem Ephemer. A. 1692, p. 353,) constructio ususque simplicissimus ita se habet: Paratur commodissime ex laminis stanneis aut orichalceis stanno obductis, ita ut diameter basium sit æqualis palmo vel novem digitis, zonæ vero bases conjungentis latitudo $\frac{1}{2}$ vel $\frac{3}{4}$ diametri. Circularis basis dividitur in quinque partes æquales, in *a, b, c, d, e*, punctaque *ad, be, ca, db, ec* junguntur lineis rectis bisecandis, ut habeantur *af, bg, ch, di, el*, bases diaphragmatum *ef*, in quibus foraminulum acufactum est, quod zonam respicere debet. Trajecto autem per foramen B axe, injectaque per aperturam in base factam & postea obturandam certa quantitate aquæ destillatæ aut spir. vini, experimento cognoscendum est, num motus satis lentus sit, suspenso tympano ex chordis circa axis utramque partem circumplicatis, additaque vel demta aqua corrigendus, tandemque axis muniendus duabus cuspidibus, quibus horas in tignis verticalibus secundum accurati horologii mensuram designatas, descensu suo demonstrat.

TAB. II.

Fig. 2.

Fig. 3.

Fig. 4.

SAMUELIS RETHERI JG. ANTECESSORIS ET MATHEMATUM Professoris in Academia Christian-Albertina, Juridico-Statibmicæ Disseratio, de Tribus argenteis Nummis, in quæ uncialibus antiquissimis.

Kiliae Holsat. typis Joach. Reumann. 1695. in 4. plag. 67.

Qui

Qui Juris divini humanique scientiam eum antiquitatis ac rei nummarie studio recte sapienterque conjunxit celeberrimus Autor, novū ejus edidit specimen, quando tres Nummos argenteos eosq; unciales antiquissimos peculiari explicuit dissertatione. In qua *capite primo* in genere de *argenteorum materia, pondere & valore* disquirat, eosque ait olim quidem crassiores ex purissimo argento fuisse cufos, sed cum adulteratores monetæ malitiæ suæ inde quærerent alimenta, Cyprii æris partem admiscentes, bracteatos seculo VI fuisse in usum datos, & legibus de mixtura metallorum, numerorumque valore cautum. Dum vero de solis illis argenteis, quos *Imperiales* ab Imperatoria auctoritate, *Unciales* a pondere, *Joachimicos, Vallenses & Thalers*, a loco, quo optimi cusi fuerint, Valle nimirum (*Thal*) ut vocant, Joachimica, agere in animum induxit suum, primos unciales argenteos, & quidem æris expertes ac purissimos, in Austria anno MCCCCLXXXIV factos, & ad eorum imitationem anno MD in Mîlnia ejusdem quidem ponderis alios, sed una decima sexta vel decima quinta parte argenti mulctatos admixta æquali æris parte cufos, exque simili materia circa annum M D XVII. Sclicenses quoque paratos esse, contendit, exemplisque dehinc probat. *Capite II.* de adulteratoribus monetæ agit, quos triplici ratione artem flammis ultricibus dignam exercere inquit, nempe quando vel alienum imprimatur signum, vel falsum adhibeatur aut argento aurove admisceatur metallum, vel pondus minuatur; atque isthoc fieri, vel quando ab initio leves cudantur, vel justis ponderis nummi accidantur radanturve, vel alio ipsis modo aliquid adimatur. Ne verò circumcidi amplius possint, quosdam hodie numos literis in margine exteriori positos inquit exornari, idque inventum salubre Cromwellio deberi, qui suis uncialibus inscribi curaverit hæc verba *Has nemo nisi periturus adimat.* Sed ea verba monet simul duplicem admittere sensum: nam aut per *has* intelligi literas extimo limbo inscriptas, quas circumcidendo *nemo, nisi* tanquam monetæ depravator *periturus* adimat; aut per *has* eum indigitasse tres coronas Regnorum Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ uni nummi istius lateri impressas. Inde vero porro de atrocitate hujus criminis ejusque poenis ex codice tam sacrarum quam humanarum legum prolixè disserit. Jamq; *Capite III.* ad *antiquissimum Uncialem Austriacum* accedit, qui & primus argenteorum omnium censetur ab Auctore, estq; cufus A. 1484 a *Sigismundo*

p. 1.

p. 3.

p. 25.

p. 5.

p. 6.

p. 7.

p. 7-20.

p. 21.

do

- p. 23. *do Austriae Archiduce & Tyrolensium Comite, nato anno 1427 ex*
- p. 25. *Friderico Seniore Austriae Archiduce, & fatis functo A. 1497. Capite*
- p. 25. *IV. qui exponitur, Saxonicus est Thalerus, cui una decima quinta pars*
- p. 26. *æris est admixta, circa initium sæculi superioris, nempe anno 1507, uti*
conjicit Autor, factus. Refert ille tres vultus, unum una, duos altera
facie, & illum quidem manu gladium tenentem, & caput Electo-
rali mitra exornatum, hos vero ad se invicem conversos, additis
in marginibus bis quatuor domus Saxonicae insignibus, & hinc
istis verbis: FRIDERI: IOHAN: GEORGI. illinc hisce: MONE
ARGE DVGV M SAXO. Quorum Principum cum Potentissimo hodie
Romanorum Rege Josepho, & Serenissimis Friderico Saxoniae, Gotha-
nae lineae, & Friderico Holsatiae Ducibus (quibus quippe Mathesis
sua Regiam, & hanc dissertationem, aliamque de Nummis Chymi-
cis dedicavit) cognationem tabula singulari exponit Autor, atque por-
ro Friderici III Saxon. Electoris ex G. Fabricii Rerum Misnicarum Li-
bro VII, inde Johannis a Friderici Fratris morte Electoris, tum Geor-
gii denique modo Divitis ac modo Barbati dicti, vitam paucis recenset.
Caput V. & ultimum de tertio, antiquo Imperiali Bohemico nempe sive
Sclicensi agit, cujus generis tres inquit reperiri, quorum primus an-
no careat impressionis, alter anno 1525 & 1526 cusus sit, utrumque au-
tem genus in aversa facie leonem habeat, Bohemici Regni insigne,
cum inscriptione: LVDOVICVS PRIMVS DEI GRAtia Rex BOhe-
miae (ubi conjicit Autor, propter hanc leonis figuram procul dubio a
Turcis omnes Imperiales promiscue Thaleros Leoninos, Löwen Thaler
ser/ appellari) anterior vero facies exhibeat imaginem S. Joachi-
mi, clypeum cum insignibus Comitum Sclicensium tenentis,
cum tali inscriptione: ARMA DOMInorum SLlensium STEfani
ET FRAnscisci COMitum De Basan. Tertium genus paulo ele-
gantius est & nitidius elaboratis expressisque superbit figuris ac li-
teris, dum non nudum, sed tribus galeis coronatum a S. Joachimo
tenetur scutum, cum hac epigraphe: ARMA DOMInorum SLl-
Censium STEfani Et FRAnscisci COMitum DE BASAN, anno
27; aversa facies itidem leonem Bohemicum exhibet cum tali in-
scriptione: FERDINANDVS PRIMus DEI GRAtia Rex BOE-
Miae. Primos autem in valle Joachimica, quae antea Conradesgrün ap-
pella-

pellata est , factos fuisse anno 1518, ex Chronico Vallis S. Joachimi a Johanne Matthesio conscripto, affirmat. Et quod tempore Ludovici I. apud Bohemos , sed II. apud Hungaros , cudi ab Stephano & Francisco Sclick fratribus & Comitibus in Basan cœpissent ; inde & illius & horum , a Caspare Sclickio descendendum vitam, ex Melchioris Adami Vitis Jctōrum Germanicorum , & Ænea Sylvio recenset. Tandem vero casum proponit, qui circa istos Sclicenses contigit, ex Joh. Rebhanii Jcti quondam Argentoratensis Disputatione anno 1664 habita. Nempe , quispiam oppignoraverat alteri Baroniam, summa XX millium Sclicensium thalerorum , dato promisso , de eadem moneta restituenda. Accidit autem, ut cum illius pronepos ab hujus pronepote , oblata mutui summa cum usuris, repeteret pignus, hic vero , pignoris cupidus retinendi , aliam se negaret recepturum pecuniam, quam Sclicenses thaleros, qui illis temporibus erant rarissimi , res tandem deferretur ad Carolum V. (rectius forte, atque ut a tyopotheta scribi debuit, Ferdinandum II, cum seculum esset elapsum) qui illustrissimæ familiz Sclickianæ, facto decreto commisit, ut ad summam debitam exsolvendam, thaleros pristino typo exornatos cuderet, traderetque debitori, qui avitam Baroniam hac ratione redemit. Tandem concludit, post annum 1525 nullos amplius unciales cum insignibus Comitum Sclicensium factos esse , quoniam in Valle Joachimica jus cudendi monetam anno 1528 ad Regem Ferdinandum transferit; tamen ipsi vallem cum fodinis usque ad annum 1545 retinuerunt. Ut adeo eos , qui annum 1526 vel 1527 referunt, recentes esse, vel tales, quibus æs alienum exsolvit ille, de quo supra diximus, existimet Autor.

P. 37. ff.

P. 41.

P. 41.

P. 44.

Johann Casimir Kolbens von Wartenberg Väterliche
Instruction an seine Kinder.

id est:

**JOHANNIS CASIMIRI KOLBII DE WARTENBERG PATER-
na ad liberos Institutio, auctior & melior denuo edita,
cum præfatione nova.**

Coloniz ad Suevum, impensis Jo. Mich. Rudigeri, 1696. in 4.
Constat 2. alph. 2. plagulis.

Eorum etiam qui in aulis Principum , omni deliciarum & voluptatum genere affluentibus , versantur, non omnium animos vanis
M istis

istis & ad pompam ac ostentationem compositis rebus adfixos, aque vera virtute alienos esse, cum plurimorum virtute præstantium exempla ostendunt, tum libri hujus Auctoris documentum præbet. Qui non solum a prima ætate in aula Friderici IV & V Electorum Palatinorum, & in functionibus ab iis ipsi demandatis apud exterorum Regum & Principum aulas summa cum laude egit, & ad vitæ usque finem officiis aulicis functus est; verum etiam ut liberorum suorum animis virtutem in omnibus vitæ partibus colendam, inque omni munere sectandam, cum primis autem nobili genere natis & in Principum aulis vitam transigentibus tuendam instillaret, librum conscripsit, quo eosdem officii sui admoneret, & de omnibus in vita vel agendis vel fugiendis instrueret; fidei etiam & religionis rationem monstraret, adeoque credenda & facienda inculcasset. Primo igitur loco de cognitione hominis ejusque anima præfatus, qua ratione ea lapsu primorum parentum corrupta, excitanda sit, & beneficio probæ educationis reparanda ostendit, simulque docet nobilitatem generis parum conferre ad felicitatem hominis, nisi virtutibus exornetur, & ad decus suum ac dignitatem evehatur. Educationis autem veræ fundamentum in vera DEI agnitione & sui cognitione positum esse affirmat, quibus quæ obstant, animo expellenda esse tradit; eaque occasione de vero DEI cultu disserit, fideique confessionem edit. Felicitatem mundanam minus genuinam veræ Ecclesiæ notam esse, quæ afflictionibus potius exposita sit, ait; patientia igitur & constantia obsirmandum pectus esse Christiano, ut in lucta spiritus carne superior existat. Idololatriam, atheismum, magiam & superstitionem, agnitioni & cultui DEI adversari, nec blasphemiam, perjurium & profanationem nominis divini cum coexistere posse docet. De vera pietate, humilitate, obedientia DEO & superioribus præstanda, veneratione & honore parentibus, præceptoribus, tutoribus & aliis ætate & eruditione præstantibus exhibenda, recta prorsus & DEI verbo ac sanæ rationi convenientia docet. An Principum ministeria ambienda, & aulicæ functiones amplectendæ sint, & qua cautione, disquirat. De amicitia ejusque necessitate, qualitate, cultu, discrimine; internis item animi affectibus, ira, odio & vindicta, altercationibus, homicidio & monomachiis; tum affectibus, qui ex concupiscibili animæ potentia oriuntur, ambitione, avaritia, liberalitate, gratitudine, intemperantia, sanitate-tuenda disserit.

Et.

MENSIS FEBRUARII A. MDCXCVI. 91

Et quum Nobilitati maxime usus gladii conveniat, bellorum justitiam, & an licitum sit bellum gerere, ac quatenus id gerendum & castra sequenda, examinat. De conjugio Nobilis, & qua ratione id ineundum, quodque omnis vitæ impuritas, & quæ occasionem ei suppeditare possint, vitanda; nec cuiquam quidquam, quocunque etiam prætextu, eripiendum, & mendacium ac vani sermones cavendi sint, haud contemnenda præcepta suggerit; tandemque de felici & beato ex hac vita exitu & assidua mortis meditatione monita salutaria tradit.

Libro huic subjecta est a *Georgio Helwichio* adornata & fuscæ exposita series genealogica Gentis Kolbianæ seu Warthenbergicæ, ab anno MCLXIX primoque ejus autore *Merbodo Warthenbergio*, ad *Johannem Casimirum Kolbium*, ultimum & unicum Gentis hujus superstitem hæredem, magna dignitate in Potentissimi Electoris Brandenburgici aula nunc fulgentem, ejusque gratia florentem, usque deducta: in qua de insignibus, nomine accepto *Kolbii*, & familiis claris isti Genti innoxis late differitur. Eidem libro præmissa est elegans, cum styli venustate, tum argumenti dignitate quæ se commendat, Præfatio. In ea de Auctore Kolbio, ejusque ingenii & doctrinæ dotibus, antiquo stemmati quæ ingens decus conciliarunt, & ad splendida in Electorum & Principum aulis munia obeunda viam ei straverunt, deque hoc ejus scripto differitur: istudque in his libris annumerandum traditur, quos *Jacobus Rex Angliæ* sub titulo *δάρει βασιλικῆ*, *Cheuernius* Cancellarius Galliæ, *Hoguettus*, *Limburgius* & alii sub titulis Testamenti aut Thesauri ad liberos, reliquerunt. Argumentum ejus porro, quod in tribus his capitulis versetur, debito erga DEUM & Magistratum, erga proximum, & erga semetipsum, exponitur: & quum lingua Germanica scriptus sit ab Autore liber hic, istius præstantia & aptitudo ad res quasvis ea commode exprimendas, ostenditur. Et quia nobili genere natis liber potissimum dicatus est, virtutem præ cæteris convenire iisdem, & absque ea vanum Nobilitatis esse nomen docetur. Ad Marchicam autem Nobilitatem seu Brandenburgicam librum eum vel maxime pertinere, & virtutes in eo commonstratas summo studio excolendas ei esse, ob Principum & Electorum istius Gentis perfectissimum earum decus & culmen, ad quod Potentissimi *Friderici Wilhelmi Magni* ejusque Gloriosissimi Successoris *Friderici III. & Celsissimæ Conjugis*, prudentissimorumque Administratorum exempla eas evexe-

re, declaratur. Illustre etiam omnium virtutum in hoc libro traditarum, & sibi a Patre velut commissarum, documentum præbere Filium, unicum Dynastiarum non magis quam virtutum paternarum hæredem, Patri cognominem, *Johannem Casimirum Kolbium Baronem a Warthenberg*, de quo supra diximus, Serenissimi Electoris Brandenburgici primum Cubicularium, arcis Electoralis Colonienfis supremum Capitaneum, cathedralis Ecclesiæ Havelbergenfis Præpositum, Equitem Ordinis Johannitarum, Auriaci montis Præfectum, & complurium in Palatinatu inferiore sitorum prædiorum Hæreditarium, fuisse demonstratur; cujus omnia vitæ & domesticæ & aulicæ munia, ad pæternam hanc institutionem composita, virtutibus innitantur, quibus summum gratiosissimi Electoris favorem, & totius aulæ amorem & cultum, omniumque bonorum venerationem sit consecutus.

M. ABRAHAMI FRENCELII DE ORIGINIBUS LINGUÆ SORABICÆ Libri secundi Caput secundum.

Sittaviæ, apud Jo. Willifch, 1695. in 4.
Constat plagulis 27.

Tertium hoc pensum est, quod investigandis linguæ Sorabicæ originibus operam navans clarissimus Auctor cum Orbe Erudito communicat. Institutum universum Benevolo Lectori abunde jam, ut nulli dubitamus, erit cognitum, posteaquam librum primum, secundique caput primum, illum quidem in Actis hisce A. 1693. pag. 305. seqq. hoc vero A. 1695. pag. 36. recensuisse nos meminimus. In secundo autem hoc secundi libri capite ea coacervavit & alphabetico digessit ordine vocabula Sorabica, quæ saltem *אבן ארמונים* seu quoad literarum quarundam commutationem ab Ebræis differre autumat, quorum certe major occurrit numerus, quam eorum, quæ classẽ præcedentem compleverant. Speciminis loco exempla pauca adducimus. Sic namque vocem *Buda* / quæ generatim mansionem & sedem, speciatim tabernam denotet, ab Ebræo *בית*; *Ėjlo* vel *Ėjmo*, funus, cadaver, a *רולל*; *drapu* & *drapam* / item *drapiem*, scabo, scalpo, frico a *שרף*; *horim* & *horin*, ardeo, a *חרדה*; *huba* / bucca, os, labium, a *שפה*; *jeden* / *jena* / *jene* / unus, una, unum, ab *אחד* &c. derivat. Pleno etiam, ut coepit in sectionibus antecedaneis, modio promiscua admetitur collectanea, quæ res per has illasve voces designatas uberius illustrant

strant. Agi nempe ab eo videas de ritibus sepulcralibus, p. 470; de usuris, p. 530; de distinctione Scripturæ S. in libros, capita, & versus, p. 551, de Sabbato, p. 555; de urnis feralibus, p. 580; de serpentibus, p. 599, camelis, p. 614, capris, p. 653, 661, pullis gallinaceis, p. 682, araneis, p. 720, noctuis, p. 774; de diversa ægrotorum apud populos diversos cura, p. 649; de anniversaria Habessinorum lotione, p. 678; de Lusatiæ utriusque finibus, p. 698; de Cosacis, p. 658: ut plura taceamus alia, quæ præter opinionem, ex tituli inspectione hæuistam, legentibus se passim offerent.

LA MERIDIANA DEL TEMPIO DI S. PETRONIO &c.

id est:

Meridiana templi S. Petronii, ducta & præparata ad observationes Astronomicas A. 1655, revisa & restaurata anno 1695, a

JOHANNE DOMINICO CASSINI, Astronomo primario Universitatis Bononiensis, Mathematico Pontificio, & Membro

Academiz Regiz Scientiarum Parisiensis.

Bononiæ, apud Hered. Vittorii Benacci, 1695. fol. Plag. 11. Tab. æn. 4.

COMmemoratum jam alias a nobis fuit singulari laude dignissimum institutum Academiz Scientiarum Regiz in Gallia, quo ex observationis, certiori quam antehac factum methodo, locorum longitudinibus, errores mapparum geographicarum emendare satagit. Harum observationum cum insignem jam adepta esset numerum, comperit, multa loca, quæ in chartis præcis, v. g. Ptolemæi, sub eodem sita sunt Meridiano, jam sub diversis existere, contra quæ sub diversis ponuntur, sub eodem nunc jacere; ita quidem ut observationes recentiores, accuratius comparatæ cum veterum monumentis, suspicionem moverint, Meridianam motu quasi oscillatorio versus ortum & deinde versus occasum lente agitari. Quamvis enim certum sit, paucis annis non mutari sensibilibiter lineæ Meridianæ situm, dubium tamen remanet, annon insigni temporis spatio exigua contingat variatio. Id quod ut tolleretur de medio, jam olim Meridiana Uraniburgica Tychoonis examinata fuit, deprehensaque differentia, inter TychoNICAM & recentissime illo in loco ductam, 18 minutorum. Quæ tamen cum errori in observando commisso tribui possit, recurrendum fuit ad lineam Meridianam, a celeberrimo Cassino in templo Petronii Bononiæ

A. 1655 summa exquisitissimaque, cum diligentia descriptam. Quamvis enim quadraginta annorum intervallo, quod intercessit inter annum jam commemoratum & 1695, fortassis ædificium tam vastum mutationem aliquam in altitudine pati, aut inæqualiter subsidere potuerit, ipsam tamen lineam Meridianam pristinum retinere situm, nisi aliqua polorum mundi facta translatio, erat necesse. Hac ergo de re certiores ut redderentur Astronomi, ipse Caslinus itinervis in se suscepit molestias, deportatisque ex Observatorio Parisiensis accuratissimis instrumentis examinavit. Januario mense & principio Februarii A. 1695, Meridianam jam dictam, deprehendensque ipsam sibi adhuc constare, concludit, spatio 40 annorum Meridianos sensibilibiter situm non mutasse. Quoniam autem crediderunt nonnulli, sæculo præterito insignem accidisse Meridianorum mutationem, inducti in hæc sententiam a Meridiana olim A. 1575 ab Egnatio Dante, ad observanda Equinoctia & Solstitia, designatam eodem in templo, quæ a Cassiniana 9 circiter gradus a septentrione versus ortum declinat; hanc diversitatem Cassinus vitio constructionis tribuendam docet in libro, ex quo præcedentia excerptimus, quique beneficio clarissimi editoris Dominici Guilielmi, curante humanissimo Magliabechio, ad nos pervenit. Neque vero substitit hic Caslini diligentia, sed cum altitudinem foraminis, per quod Solis immittuntur radii, cujusque diameter est unius uncie pedis Regii Parisiensis, nec non partes lineæ columnis vicinas a pristino suo statu defecisse deprehenderet, ita omnia restituit, ut jam exactissimi Heliometri munus obire denuo possit. Est enim hæc Meridiana instar tangentis, cujus radium 100000 particulas comprehendentem refert perpendiculi ex foraminis centro in lineæ meridianæ principium demissi altitudo, 1000 uncis pedis Parisiensis Regii æqualis. Ipsam lineam designat ferrea regula, cujus latus claudunt duæ series marmorum, quarum una numeros habet partium centesimarum perpendiculi, in quas linea divisa, quarumque singulæ in mille partes ope scalæ possunt subdividi; in altera notati sunt gradus integri distantie Solis a vertice, qui tangentis partibus respondent. Scorsim quoque signorum Zodiaci imagines illis locis, in quæ cadit Solis species, cum in principis signorum versatur, additæ sunt, nec non horæ integræ ortus Solaris, ibique insculpta Solaris ellipsis, quo cecidit solstitii æstivi die A. 1655, cum præsentibus multis astronomis, Montalbano, Manzano, Riccio-

Riccioſo, Grimaldo &c. Meridiana ducta fuit; tandemq; notata quoque ſunt ſecunda & tertia minuta peripheriæ terreſtris, cujus partem 600000am linea a principio uſque ad centrum ellipſis Solaris extre-
maz occupat. Facile ergo apparet, tantæ eſſe magnitudinis hanc lineam, ut minuta ſingula probe in ea diſcerni poſſint, quippe cum ſolſtitii æſti-
vi tempore, quando maxima eſt Solis altitudo, (Bononiæ 69 grad.) minuto altitudinis reſpondeant 33 particule tangentis, quæ 4 lineas Pariſienſes æquant, in minima vero ſolſtitii hyberni, quæ eſt 22 gra-
dium, particule 210, quæ efficiunt duas uncias unamque lineam pedis Pariſienſis. Atque uſus fuit in ſigni cum ſuccèſſu hæc Heliometro, quamdiu Bononiæ commoratus fuit, Caſinus, atque ex obſervatio-
nibus ibi habitis deduxit tabulam ſuam refractionum, nec non tabu-
las Solares apprimè cœlo conſentientes, ut obſervationes a Dn. Richer in iſula Americæ Cayenne quinque gradus ab Æquatore diſtante factæ teſtantur; meritoque proinde dignum illud habitum fuit ab il-
luſtriſſimis Senatoribus, templi hujus fabricæ præfectis, ad cujus re-
ſtaurationem ſunt ſuppeditarent, & cujus integritati in futurum quoque proſpicerent. Eum enim in finem non ſolum aſſervari juſſerunt inſtrumenta, quæ ad libellationem ſoli aliasque operationes in reſtaurando Heliometro fuerit adhibita, ſed negotium quoque dederunt Guilielmino, tum ipſarum eorum uſum accurate deſcribendi, quo facilior impoſterum ejus eſſet reſtitutio, ſi a temporis diuturnitate depravaretur. Id quod Vir doctiſſimus abunde præſtitit in appendice ad Caſinianum librum, additis quoque tabulis ad facilitatem Heliometri uſum pertinentibus. Ejusdem quoque curæ debetur conſtructio gnomonis in eodem templo, ad elevationem poli inveſtigandam, quam deprehendit paucis in ſecundis diſferre ab elevatione a Caſino

oſtante ante ſuum diſceſſum reperta, nempe 44. 30. 15, quæ proinde major eſt 1 & 15 illa, quam invenerat anno 1655.

HENRICI TEELMANNI IN CAPUT XVI EVANGELII LUCÆ
*& alias inſigniores utriuſque ſacri Inſtrumenti partes Commen-
tarius Criticus & Theologicus.*

Amſtelodemi, apud Ger. Borkium, 1695. in 4. Alph. 3. pl. 8.
Non.

Non intromittendus videtur in ipsa hujus libri penetralia Lector benevolus, nisi antea sermocinantem in Præfatione Virum celeberrimum *Campegium Viringam* observaverit. Is namque & lucem affudit universo Auctoris instituto, & tale in eadem thema pertractavit, quod in divinarum literarum explicationem intentis proponi, eorumque examini committi mereatur. Dictionum nempe genera in sacris paginis occurrentia, sensumque Scripturæ diversum indagat; ac ista quidem sic distinguit, ut aliud appellet Historicum, aliud Dogmaticum, Ethicum aliud, & aliud Parabolicum, (quo nomine simul omne Tropicum complectitur,) tandemque Propheticum. Imprimis autem occupatus circa Historias in Scriptura enarratas, omnes verbi divini interpretes cordatiores id concedere supponit, multis eas in locis, præter sensum literalem, mysticum quoque sive allegoricum complecti. Verum an id omnibus promiscue in locis deprehendatur? An hoc admisso, plures orationi divinæ attribuantur sensus? An ipse quoque Grammaticus Scripturæ Historicæ, Dogmaticæ, Ethicæ ac Propheticæ sensus plures queat comprehendere sententias? & denique, an mysticus Scripturæ Historicæ aut Propheticæ sensus cujusque loci unicus tantum sit, aut non plures etiam dari possint? hæc ipsa sunt, quæ sub examen ulterius vocanda censuit. Ad quæsitum primum affirmando respondere non sustinet, certisque argumentis demonstrari posse negat, quod omni orationi Scripturæ Historicæ sensus mysticus innexus reperiat. Esse enim alias dicendum, actus statusque omnium hominum, qui vixerint sub Oeconomia vetere, omnes eorum casus, omnes rerum eventus, & casuum atque eventuum omnes circumstantias, ad status, actus casusque hominum sub Oeconomia nova viventium, ita ad se invicem ordinasse divinam providentiam, ut nihil olim factum gestumque sit, cujus imago in Christo, Ecclesia aut mundo non exprimatur sub Oeconomia gratiæ; id quod tamen admittendum ipsi haud videtur, cum solida probatione destitutum sit. Vicissim vero præcipuas historias Testamenti Veteris, quas appareat a Scriptoribus sacris cum singulari quadam cura literis esse consignatas, in censum *ἀλλήγοραμένων* referre nullus dubitat, quarum exempla ponit in Abele, Noacho, Jacobo, Josepho, Mose, Josua, Gideone, Davide, Hiskia, Maccabæis, in diluvio item, structura turris Babylonicæ, subversione Sodomæ, Israelitarum exitu ex Ægypto, & hujus generis aliis

aliis. In Prophetiis præterea & in Psalmis eodem fere modo versandum arbitrat, quo in Historiis, ut fata sive singularum personarum, sive integrarum gentium prædicta, non eventum modo suum in his sortita credantur, sed & pro typis rerum futurarum agnoscantur. Neque Ethicorum sive potius Ritualium, quæ in Scriptura obveniunt, dispar ipsi ratio est. Sicut enim universa illa œconomia vetus a Deo, propter aliam meliorem per istam præfigurandam, instituta fuerit; sic præcepta illi œconomiz subservientia ad mores credentium novi fœderis designandos, aut quemcunque alium illius œconomiz novæ casum aut eventum denotandum comparata esse, totus sibi persuadet. Ex his autem pronam fluere existimat quæsitæ secundi decisionem, & affirmare nullo modo renuit, Scripturam Historicam, Propheticam, Ethicamque sive potius Ritualem, illis in locis, in quibus ea secundum Spiritus Sancti intentionem allegorice sit explicanda, duplicem sensum admittere. Nec circa tertium & quartum dubium negativam audet interponere sententiam, Scripturæque sensus plures grammaticos pariter ac mysticos in uno loco sic admittit, ut eos tamen semper in quodam tertio inter se convenire, & qualicunque vinculo colligatos ac secum unitos esse, proindeque ad communem aliquem conceptum reduci, & sub eo menti proponi posse moneat, sive fundamentum unionis illarum veritatum aut sententiarum lateat in rebus ipsis, quæ affinitate velut aliqua secum conjungantur, sive in subjecto, de quo prædicentur, situm sit. Exempli loco dictum affert Moysis de Noacho, Gen. VI, 9. VII, 1. quod fuerit *vir justus*; eam vero vocem non internam modo justitiam, sed & externam insinuare notat. Similiter plures sensus grammaticos manifeste involvi orationi Rebeccæ de gemellis, de quibus illa dixerit: *Major serviet minori*. Gen. XV, 6. Accipi etenim debere hoc oraculum tam de ipsis Esavi & Jacobi personis, quam de earum posteris, & quidem de prærogativis tam spiritualibus quam temporalibus, quibus altera persona præ altera gauderet. Alia, quæ heic accumulatur, exempla mittimus. Eodem modo procedit circa mysticos Scripturæ sensus declarandos, & præ reliquis in subsidium advocat ipsum Spiritus Sancti effatum, quo ille emblemata quoddam Propheticum explanaturus, uni illi duas adaptavit partes: *septem capita*, inquit, *septem sunt montes, & septem sunt reges*. Apoc. XVII, 9. At enim vero quam certam esse dicit hanc hypothèsin de pluribus Scripturæ

ræ Sacræ sensibus grammaticis & mysticis, tam rursus arbitratur difficile, illam ipsi Scripturæ exponendæ dextre & prudenter applicare; generatim tamen eo annitendum postulat, ne plures sensus grammatici aut mystici uni Scripturæ dicto aptentur, qui cum antecedente & consequente textus oratione simul absque violentia connecti nequeant; alias enim turbari aut infringi sacrorum Scriptorum ratiocinationem, quam illasam semper atque illibatam conservare debeat. De cætero multum sibi etiam placere illos confitetur, qui ex parabolis Christi Domini plus veritatis eliciant, quam generale quoddam præceptum ethicum, per parabolam illustratum atque auditorum animis fortius infixum, & propterea, si parabolæ Christi ita explicari queant, ut singulæ earum partes commode & citra violentas contorsiones transferantur ad œconomiam Ecclesiæ, illud explicationis genus, tanquam optimum, amplectendum cæterisque præferendum existimat; quemadmodum ipse quondam suis auditoribus intra privatos parietes singulas Christi doctoris parabolæ bis explicatas ad calamum dictaverit.

Atque hoc idem fuit studium Auctoris, in cujus gratiam præfati hæc Vitringæ allubuit, *Henrici* puta *Teetmanni*, Verbi divini, dum viveret, apud Nordenses Ministri, post cujus obitum hæc parabolæ quarundam expositiones, ab ipso olim adornatæ, prima vice prodeunt; nisi quod unam illam de Divite & Lazaro, sed Belgico tunc sermone conceptam, anno jam tum 1686 evulgarit. Imo non circa istas modo illius deprehendimus industriam, sed & ad materias quasdam illustriores alias, quas fors illi, dum in argumento suo excutiendo versaretur, obtulit, digredientem ipsum cernimus.

Præmittit ante omnia generalem de *parabolis* tractationem, quidque observandum ei sit, qui ad explicandas cum fructu illas se velit accingere, uberius exponit, regulasque suas exemplis illustrat. Sed his, & quas inspergit, digressionibus satis prolixis, quia brevitas habenda nobis ratio est, nunc misis, ad parabolam de Divite & Lazaro, ex Lucæ decimo sexto capite, quam interpretari præcipuus Auctoris scopus fuit, recta progredimur, utque eam explicari cupiat, paucis edisseremus. Existimat nimirum, quod in ea delineetur Phariseorum Judæorumque contemptus Mosis & Prophetarum, consistens in eo, quod quæ sita propria justitia & confidentialia externi cultus ceremoniarumque gloriatione, ac concessis a Deo bonis unice essent læti, ac præ
nimis

nimia arrogantia Lazarum, CHRISTUM JESUM, in sua paupertate & ardentissimo quærendi semen & saturationis e micis de mensa decidentibus desiderio contemnerent, spernentes unicum illud nomen, per quod oportebat salvari, atque propter hoc adventuræ pœnæ reos sese facerent. Eum igitur in finem sub introducti divitis persona primario Pharisæos, secundario Judæos in Judæa tempore Christi existentes, notari afferit, illudque ut ostendat, Pharisæos ante omnia divites nuncupari posse dicit, eo, quod nihil sibi deesse ipsi crediderint, (Luc. XIIX, 18.) ab ipso quoque Christo ita appellentur, Luc. VI, 24. In Judæos insuper quadrare idem cognomen ob adjuncta talia, quæ nonnisi divites eos fuisse evincant, utpote cum habuerint gazophylacium, Marc. XII, 41. 43. Luc. XXI, 1. Joh. VIII, 20; cum Paulus dicat, eos habere περισσόν, Rom. IX, 4. 5. Purpura & bysso indutos sisti Judæos apud Ezechielem c. XVI, 15. seqq. ac præterea inveniri apud eos personas & res tali decore exornatas, Exod. XXII, 2. seq. Nec esse, cur quis dubitare velit, an sub secundo etiam templo, ævoque Christi in terris obambulantibus, ejusmodi vestes, quales Moses allegato loco descripsit, repertæ fuerint? Imo constare, quod purpuram byssumque viri quoque nobiles inter Judæos gestaverint. Quid? quod per hæc pari modo liceat intelligere gloriam negotiationis statumque urbis Hierosolymitanæ florentem, & confirmationem divitiarum in illam confluentium; quod δικαιώματι λατρείας intelligere per ea liceat &c. Lætatos Judæos non in festis modo solennioribus, sed & in quotidiano cultu, in quo externam collocarint religionem, & animum ita tranquillum ac ad Christum parum respicientem gesserint. Econtra longe aliam esse rationem pauperis, per quem minime innui vult mendicum proprie dictum tempore Salvatoris, neque Regem Davidem, neque omnes pios pauperes, quorum curam haud gerat avaritia divitum, neque allegorice Gentiles; sed Christum Salvatorem, cujus paupertatem multis modis adstruit, & quomodo de eo possit dici: ἐβέβηθη πρὸς τὴν πυλῶνα, disquirat. Nempe non modo expresse ipsum legi ejectum Luc. IV, 29, sed & satis constare, quam parum receptus fuerit in Judæorum cor, intellectum, fidem. Ulcera ejus & vulnera non proprie solum, sed & metaphorice considerat. Desiderium saturationem etiam e micis expetens in eo constituisse, quod ad minimum quosdam e Judæis ad Ecclesiam suam colligere optarit. Canes dicendos Gentiles,

qui velut ejus vulnera lambentes, hoc est, tanquam in ipsum credentes, sistantur. Ex eo, quod pauper mortuus referatur, ad mortem a Christo subitam respici, quæ tunc prophetico more intimata fuerit: Portationem in sinum Abrahamæ, ad umbram ipsius ascensionem & exaltationem. Mortem sepulturamque divitis capiendam de Reipublicæ Judaicæ decremento plenariæque everfione, & ipsa Judæorum rejectione, postquam oculos equidem interdum illi sustulerint, tempore imprimis Barchochabi pro Messia ab ipsis habiti, sed non nisi majora tormenta perferentiscentes. Unde Abrahamum viderint, sed e longinquo, cum ab ipso multum sua culpa discessissent. Unde Lazarum viderint in sinu Abrahami, h. e. Christum Messiam fuisse indirecte agnoscere coacti fuerint. Clamorem vero ad Abrahamum pro mittendo Lazaro directum, palam impletum in assiduis eorum votis quæ & olim pro mittendo Messia ablegarint, atque etiamnum ingeminant. Aquas in parabola commemoratas notare bona illa, quæ in sui refrigerium e Messia adventu expectent Judæi, & quorum sitim quasi optatum linguæ refrigerium insinuet. Perpeffa in flamma tormina reducere nos ad iram divitiarum adversus Judæos savientem, summaque eos afficientem miseria, quæ magis adhuc eorum preces pro Messia exhibendo augeat. Sed ad hæc enarrari beneficia, quorum olim facti participes; revocari ipsis in memoriam neglectum & incuriam Lazari seu Messia, indeque concludi, quod juste crucientur, & ostendi, quam impossibilis sit desiderii ipsorum expletio. Peti tamen ab ipsis, ut mitteretur ad domum patris & ad quinque fratres Lazarus: ubi per domum patris & per quinque fratres intelligi vult decem tribus, quas nondum eo in statu esse credant Judæi, in quo sint ipsi apud nos, uade iis manifestandum Messiam experant. Sed respondere Abrahamum, & earum conversionem ex Mose & Prophetis eorumque auscultatione decidendam; quo tamen contenti Judæi non sint, sed Messiam quoque ex mortuis resuscitandum flagitent, sicuti Gemaristæ Babylonici existimant, Daniele ex mortuis resuscitatum futurum Messiam. Additum autem Abrahami responsum duritiem eorum magis magisque redarguere, & spem omnem voti adimplendi penitus adimere.

Hæc summa est explicatæ ad mentem Autoris parabolæ, quam ita ille amplificat, ut novis denuo digressionibus non parum indulserit. Inter alia inseruit tractationem quæstionis: *an pleonasmus*
reperi-

reperiantur in Scriptura? quam a p. 224. usque ad p. 245. prolixè negavit, sibi que adversarium hac in parte elegit Vorstium, ad cujus exempla in contrarium adducta sigillatim respondet. Insuper, quid voce *κάμηλα* Luc. XIX, 25. denotetur, dispicit. De gazophylacio Judæorum & de Corban multa disputat. Decimum sextum Ezechielis caput illustrat. Vestimenta Sacerdotum Hebræorum cum cura enumerat. Purpuræ usum antiquum declarat. Imprimis vero per nomen Messæ delatus ad Proverbiorum caput 30, hujus versus sex priores amplo commentario prosequitur. Suo etiam loco non nihil de Judæorum, circa infernum statumque animarum separatarum, sententiam in medium adducit. Peculiari etiam dissertatione, congregationem aquilarum ad cadaver, ex Matth. XXIV, 28. explicat. Sed hæc indicasse suffecerit; cum prolixius omnia evolvi, instituti ratio prohibeat.

ΦΑΛΑΡΙΔΟΣ ΑΓΡΙΓΕΝΤΙΝΩΝ ΤΥΡΑΝΝΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

PHALARIDIS AGRIGENTINORUM TYRANNI EPISTOLÆ.

Ex Mss. recensuit, versione, annotationibus & vita insuper Auctoris donavit Car. Boyle.

Ex Theatro Oxoniensi, 1695. in 8. Constanti alphabeto dimidiato.

E Pistolarum scribendarum, non minus quam orationum seu declarationum contexendarum, studiosos cum primis extitisse veteres Græcos, inque artem redegitte *ἐπιστολικὴς χαρᾶς κτήρας*, vel libellus eo nomine inscriptus, qui a nonnullis Libanio, ab aliis Demetrio Phalereo tribuitur, argumento est. Epistolas id genus, a quinque & triginta auctoribus, Basilio Magno, Libanio, Chione, Aeschine, Isocrate, Phalaride, Bruto, Apollonio, Juliano, Synesio, Demosthene, Platone, Aristotele, Philippo, Alexandro, Hippocrate, Democrito, Heraclito, Diogene, Cratete, Anacharsi, Euripide, Theane, Melissa, Mya, Alciphrone, Philostrato, Theophylacto, Achano, Aenea, Procopio, Dionysio, Lyfide, Amaside, Musonio scriptas, ducentis abhinc annis a Marco Musuro collectas, Aldus publici juris fecit, duobus tomis anno 1499 Romæ excusis. Cujus industriam tamen vicit Caldoriana Societas, editis Aureliæ Allobrogum A. 1606 epistolis Græcanicis mutuis centum & quinquaginta auctorum, Latina etiam singularum versione, quæ Jacobo Cujacio tribui-

tur, adjecta. E quibus nonnullæ ab aliis etiam postea doctis & Φι-
 λέλλησι, viris fuerunt editæ; eæ autem, quæ *Phalaridis* nomen præ-
 scriptum ferunt CXLIX, nunc docti Viri in Anglia beneficio nitidius
 pulchriusque ornate lucem adspexerunt. A Luciano eas sub tyranni
 Agrigentini nomine scriptas esse & confictas, existimarunt Gyraldus &
 Burdellorius, inducti fortasse a duabus Luciani Declamationibus *Pha-
 laridarum* titulo nuncupatis; quibus æneum bovem a Perillo fabrica-
 tum Delphos mittere, inter cætera donaria Apollini consecrandum,
 Phalaris fingitur. Sed dissimile admodum in istis Declamationibus &
 his Epistolis orationis occurrere genus, bene annotat Boyleus, adver-
 sis etiam frontibus nonnulla in utrisque occurrere, ut potius Epi-
 stolas ipsi Phalaridi adjudicandas esse existimet. Ad harum accuratio-
 nem quatuor editis jam & impressis codicibus se usum esse profitetur,
 qui additas habeant diversas interpretationes, unam Thomæ Naogeor-
 gi, alteram cujusdem Jesuitæ, & tertiam eamque optimam Francisci
 Aretini. In quibus tamen singulis quum, quæ minus probaret, occur-
 rerent, novam versionem, quæ fideliter Græca verba exprimeret, ad-
 ornavit: Græcum autem contextum cum duobus manuscriptis Bod-
 lejanis, e Cantuariensi & Seldeni museo petitis, contulit: adeoque &
 Græcas eas & Latinas meliores, quam hæctenus extabant, epistolas ex-
 hibuit. Vitam etiam cum ex istis epistolis, tum ex veterum aliorum au-
 torum monumentis adornatam præfixit: e cujus expositione intelli-
 gimus, Phalaridem Cretensis insulæ urbe Astypalæa ortum, patre Leo-
 damante; tyrannidem post Thesea primum occupasse circa Olymp. LII
 Agrigentii, plurimis civibus interfectis; Erythiam uxorem & Paurolam
 filium habuisse; ingenio ac singulari acumine & solertia valuisse,
 ingenuis artibus instructum, liberaliter educatum atque administran-
 dæ reipublicæ non imperitum; humanitatis nequaquam expertem fuisse,
 sapientesque & literatos reverenter coluisse, quod ex epistolis ad
 Stesichorum, Pythagoram & Abaridem pateat; in puniendis improbis
 severiorem extitisse, necessitate imperii coactum, quod tutus esse non
 posset, nisi in adversantes sibi simul existeret crudelis; crudelitatis ni-
 miæ jacta in eum fuisse opprobria ab his, qui liberæ Reipublicæ nimio
 amore tenerentur, nec unum sibi præesse ferre possent; a multis tamen
 scriptoribus, & Cicerone cum primis, execrandæ immanitatis accusari,
 & Siculi Tyranni nomine venire; coctos infantes & proprios liberos ab
 ipse

ipso comestos esse, Athenarum Lib. IX. Dipnos. cap. 12. & Aristotelem Lib. VII. Nicomach. cap. 7. narrare; denique inauditum tormenti genus, æneum taurum, a Perillo inventum, qui recluso latere cruciandos reos intra se reciperet, & supposito igne torreret, ita ut intus vociferantes mugitum emittere viderentur, a Diodoro Siculo, Plinio, Ovidio, Valerio Maximo, & ipso Phalaride epist. 122. memoratum, ipsum ut insigne crudelitatis exemplum ad posteros transmisisse; tyrannidem autem annis viginti octo juxta Eusebium, juxta alios annis sedecim exercuisse; lapidibus obrutum a civium concitata multitudine, Pythagoræ consiliis, eodem die, quo Tyrannus Pythagoræ & Abaridi mortem destinaret. Tzezem Chiliad. V. hist. 31. aliter narrare ipsius interitum annotat, ac si ipse in se oratione sua populum concitarit. Quum enim vidisset accipitrem plurimas insequentem columbas, *videte, dixisse, quid faciat ignobilis timor: si una earum avium qua fugit, resistit, ea qua insequitur, fugeret*; quo audito senem quendam lapide caput Tyranni petiisse, omnemque quæ adstitit multitudinem istius exemplum secutam lapidibus eum obruisse.

**JOANNIS GUILIELMI STUCKII TIGURINI ANTIQVITA-
sum Convivialium Libri III, & Sacrorum Sacrificiorumque
Gentilium Descriptio.**

Lugduni Bat. apud Jo. Hackium, & Amstelod.

apud Boomios, 1695. in fol.

Alph. 10. plag. 14.

NOva hæc duorum doctissimi Jo. Guilielmi Stuckii, SS. Theologiæ quondam in Academia Tigurina Professoris, A. 1607 defuncti, Operum (quorum illud Tiguri primum A. 1582, hoc ibidem A. 1598 prædicit, utrumque vero dudum in officinis librariis disparuit) editio indicari, quin & commendari vel eo nomine meruit, quod curatores ejus studium adhibuerunt insigne, ut quæ in priores, & Antiquitatum in primis Convivialium, editiones magno numero irreperant, menda typographica tollerentur. Sic enim persuasum habemus, rectius utique de Republica literaria mereri, qui dum libros veteres typorum beneficio velut resuscitare annuntiant, quam maxime emaculatos, tametsi nulla accessione auctos eos sistunt, quam qui amplissimis quidem notis scholiisque illustratos dicam an oneratos, sed mendis foedatos Orbi erudi-

erudito obrudunt. Specimen industriæ illius Typographi ipsi in Præfatione ad Lectorem exhibuerunt, indicatis locis quam plurimis, quæ corruptissime & negligentissime olim cusa, in hac editione restituerint. Nos memoriæ Stuckianæ dandum id censuimus, ut quo defunctum olim Stuckium Rodolphus Simlerus honoravit, epitaphium hoc loco legeretur,

Ille ego qui veterum convivia pando Sopborum;

Et quo sint prisca sacra agitata modo:

Mystica qui sacra depromo fercula cana,

Et quo fas diis vescier ore cibus:

Qui Carolum e tenebris magno conamine Magnum

Educo, & reduci sceptrâ beata precor:

Qui Periplum Euxini Ponti & Mæotidis oras

Permeo mente sagax, Angelicosque choros:

Nunc depontanus convivia anhelat Deorum,


Angelico exanimem me comitante choro:

Ut quorum cecinit fatum mea Musa superstes,

Jungier hic possit, post pia fata, viris.

Ad monumenta a Stuckio relicta a Poeta allusum. Et primo quidem distycho Antiquitates Conviviales ac Sacrorum & Sacrificiorum Gentilium Descriptionem designari, nemo non videt. Reliquis notantur scripta ejus alia, quæ commemorari obiter non erit ab instituto nostro alienum. Edidit nempe & Meditationes Eucharisticas, seu de S. Coena, & has quidem Germanico idiomate. Edidit A. 1592 Comparationem Caroli Magni Imperatoris cum Henrico Magno Gallorum Rege. A. 1577 Scholia in Arriani Periplum Ponti Euxini vulgavit. De Angelis, Angelicoque hominum præsidio & custodia librum A. 1595 emisit. In Henrici Bullingeri obitum Orationem funebrem A. 1575, Vitam Josiæ Simleri A. 1577 edidit. Quibus in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanz Palæstinorum etiam, Tyriorum & Sidoniorum populorum Historiam A. 1595, & Gratulationem de Pace in Galliis Henrici IV Galliz

Regis auspiciis sancita A. 1601 evulgatam
adjungi videas.



ACTA ERUDITORUM

publicata Lipsia

Calendis Martii, Anno M DC XCVI.

*APPENDIX DISSERTATIONIS DE HÆRESIARCHIS ÆVI
Apostolici & Apostolico proximi, cui accedit heptas dissertationum se-
lecta quadam historia ecclesiastica veteris & nova capita illustrantium
Autore THOMA ITTIGIO Lipsensi, SS. Theol. Lic. &
Ædi Nicolaitana in patria Archi-
diacono.*

Lipsiæ apud Hæredes Lanckifianos, 1696. in 4.
Constat Alph. 2. plag. 18.

AUtoris Plurimum Reverendi, inque adornandis his Eruditorum Actis Socii nostri dexterrimi, dissertationem de Hæresiarchis ævi apostolici & apostolico proximi alibi recensuimus, cui supplendæ, emendandæ, illustrandæ & vindicandæ Appendicem hanc inservire voluit. A Dositheo iterum auspicatus, inter alia chronici Samaritani de Dositheo fabulas ex Abrahami Ecchellensis in Hebed Jesu catalogum commentario commemorat. Ad Simonem Magum ejusque asseclas progressus, varia huc spectantia colligit, e quibus hoc tantum notare lubet, quod et si fragmentum libelli Marcello attributi, de conflictu S. Petri Apostoli & Simonis Magi, Ludovicus Jacobus a S. Carolo ad calçem bibliothecæ suæ Pontificiæ tanquam ineditum vulgaverit; maxima tamen ejus pars nihil aliud contineat, quam epistolam Marcelli ad Nereum & Achilleum a Surio in actis Sanctorum pridem editam, integer autem Marcelli tractatus a Florentinio in notis & exercitationibus ad vetustissimum ecclesiæ occidentalis martyrologium editus fuerit, qui etiam in notis ad hunc Marcelli tractatum epistolam Pilati ad Tiberium, a cæteris quæ hæctenus prodierunt exemplaribus diversam publicavit. Quis Varisus ille fuerit, quem Autor operis imperfecti in Matthæum cum Si-
mone

mone Mago & Dositheo conjunxit, ignorare se Itigius in dissertatione sua dixerat. At nunc non dubitat, quin apud Autorem illum pro Varisuo Barjesu in Actis Apost. c. 13. v. 6. memoratus legi debeat, cujus nomen etiam apud Augustinum l. 3. contra literas Petil. c. 48. a Benedictinis restitutum fuit, cum hactenus in vulgatis Augustini editionibus *Simonis & Varie* vel *Simonis & Varii sua* pro *Simonis & Barjesu* lectum fuerit. De Hymenæo & Phileto agens Dn. Peterfenium refutat, qui hæreticos illos resurrectionem ad fruitionem regni chiliaistici negasse contendit, & hanc loci Paulini interpretationem variis rationibus stabilire conatus est. Occasione Blasti, qui pascha eodem cum Judæis tempore celebrandum docuit, ad historiam schismatis paschalis, quod secundo seculo exortum fuit, digreditur, ejusque ortum & progressum exponit. Inter recentiores scriptores, quorum de ista controversia sententias adducit, est Jesuita Halloixius, in quo, etsi falsa quædam gratis asseruerit, illud tamen laudandum esse notat, quod ecclesias Asiaticas a fulmine Victoris illæsas steterisse asserat, Victorem potestate sua ad ecclesias innoxias destruendas abusum reprehendat, generosam Irenæi Victorem objurgantis libertatem commendat, variosque Baronii in hac controversia lapsus animadvertat. Post Halloixium etiam Petri Facditi meminit, & qua ratione scriptor ille dissidium paschale inter Pontificem Romanum & ecclesias Asiaticas enatum, cum dissidio quod inter Regem Galliarum & Pontificem Romanum circa jus quarteriorum agitatum fuit, contulerit, breviter recenset. Ad Apellis historiam perveniens iterum observat, quod jam in dissertatione sua monuerat, Augustinum in libello de hæresibus Severo familiaritatem cum Philumena tribuere, cum cæteri scriptores antiqui omnes Apellem Philumenæ oraculis usum asserant. Neque tamen amplius statuit, quod in dissertatione sua suspicatus fuerat, vel Augustinum memoria lapsum fuisse, vel locum illum a librariis luxatum, perperamque ad caput de Severianis relatum fuisse, quæ ad caput proxime præcedens de Apellitis pertinebant; sed mutata nunc sententia non dubitat, quin tota illa pericope de Philumena ex Augustini libello de hæresibus prorsus delenda sit, cum in manuscripto codice bibliothecæ Paulinæ, quam Academia Lipsiensis possidet, omiſsa deprehendatur, & doctissimi Benedictini in nova Augustini editione testentur, quod istam pericopen de Philumena in manuscriptis codicibus 5 Vaticanis & 12 Gallicanis, ad quos illum Augu-

Augu-

Augustini libellum contulerant, non invenerint, unde eam in ipso Augustini textu omittere minime dubitarunt. His expositis, clarissimi Colbergii sententiam de illo Augustini loco adducit, & cur ea sibi minus probabilis videatur exponit.

Omissis cæteris, quæ in hac appendice occurrunt, ad Heptadem Dissertationum miscellanearum pergimus, quæ alteram hujus voluminis partem constituit. Et prima quidem dissertatio de pseudepigraphis Christi, Mariæ & Apostolorum agit. Sunt autem pseudepigrapha Christi, de quibus c. 1. & 2. disserit, epistola Christi ad Abgarum, scripta quædam Christo ab hæreticis afficta, & epistolæ nonnullæ Christi, quæ cœlitus demissæ vel ab eo dictatæ perhibentur. In Mariæ pseudepigraphis, quæ c. 3. referuntur, præter epistolia ad Ignatium, ad Messanenses & ad Florentinos, occurrit liber de miraculis fidei & anulo Salomonis, in plumbeis laminis Granatæ effossis, & A. 1682. ab Innocentio XI. ob falsi crimen damnatis, labente superiori seculo inventus. Reliqua dissertationis hujus capita in enarrandis pseudepigraphis apostolicis occupantur, cujusmodi sunt Jacobi protevangeliæ aliaque evangelia pseudapostolica, acta Pauli & Theclæ aliaque acta pseudapostolica, & varia Apostolorum itineraria, epistolæ pseudapostolicæ, apocalypses pseudapostolicæ, symbolum quod Apostolorum dicitur, didascalix pseudapostolicæ, prædicationes pseudapostolicæ, canones pseudapostolici, constitutiones pseudapostolicæ, liturgiæ pseudapostolicæ & nonnulla alia Apostolorum nomen mentientia monumenta. Ita vero in pseudepigraphis illis memorandis Autor celeberrimus versatur, ut varia veterum & recentiorum de illis judicia inter se conferat, illorum, quæ in lucem prodierunt, varias editiones indicet, aliaque ad pseudepigraphorum illorum historiam spæstantia colligat. Qua occasione modo nonnulla veterum scriptorum loca illustrat, modo errata quædam, quæ vel memoriæ lapsu vel alias ob causas in recentiores quosdam autores irreperunt, corrigenda monet: qualia sunt, quod Ludovicus a Dieu, in animadversionibus ad Xavierii evangelium Persicum, nullam de Abgari lepra mentionem apud Cedrenum fieri scribit; quod Strauchius in amœnitatibus juris canonici inter autores, apud quos Christi epistola ad Abgarum legitur, Damascenum nominat; quod idem Strauchius, eumque sequentes alii Montacutio pro amœbæis Abgari & Christi literis 263 Augusti-

ni epistolam alleganti, tot Augustini epistolas non extare respondent; quod Leusdenius in Philologo Hebræo-Græco Jacobi protevangelium ab Hieronymo Græce redditum asserit; quod Varenius in rationario scriptorum ecclesiasticorum secul. 1. Jacobo Fabro Stapulensi Viennensem episcopatum tribuit; quod Ludov. Jac. a S. Carolo in bibliotheca Pontificia, & Fratres Sammarthani in Gallia Christiana, Johannem Carolum Bovium, Ostunensem & postea Brundusinum Episcopum, cum Carolo Bony Engolismensi Episcopo confundunt; quod Riverus in critico suo sacro Turrianum magno nisu constitutiones apostolicas contra Magdeburgenses defendisse, idque eum in libris 5. adversus Magdeburgenses scriptis fecisse tradit; quod Oudinus in supplemento de scriptoribus ecclesiasticis disputationem inter Athanasium & Arium, quæ Nicææ habita dicitur, & inter Athanasii scripta Græce & Latine legitur, a Vigilio Tapsensi scriptam & a Chiffletio inter Vigili operum editam memorat; ut alia quædam aliorum errata ab Autore sagacissimo animadversa taceamus.

Secunda dissertatio de schismate Donatistarum agit, cujus ortum dum describit Noster, acta Saturnini a Donatista quodam composita, quæ Henschenius posteriorem Surii editionem imitatus non integra edidit, ex Albaspinæo & Baluzii miscellaneis suppleri posse monet. Concilium Carthaginense, in quo a schismaticis Cæcilianus damnatus & Majorinus electus fuit, num a Cirtensi quodam concilio confirmatum fuerit, quod a clarissimo Leydeckerò asseritur, inquit, & Augustini locum a Leydeckerò allegatum non de alio concilio loqui existimat, quam quod septem ante Majorini electionem annis congregatum fuit. Hac occasione Cirtensis illius conciliabuli historiam exponit, & inter alia Garnerium, qui Cirtam & Constantinam unam eandemque civitatem fuisse invitus nec sine relictatione quadam affirmaverat, ab Eminentissimo Norisio inter Romanæ Ecclesiæ Cardinales nuper cooptato in epistola ad illustrem Magliabecum haud immerito notatum observat. Errorem Magdeburgensium, qui centur. 4. pag. 1171. Maternum & Marinum alicubi in Gallia vel Italia Episcopos fuisse scribunt, ex aliis ejusdem centuriz locis corrigi posse animadvertit, & alios quosdam Magdeburgensium lapsus circa Arelatensis concilii historiam corrigendos monet. Arelatense hoc concilium Augustino plenarium audire, cum Launojo statuit. Locum Optati, qui ad Ezechiel.

zechiel. XIII, 13. alludens, in dealbato Donatistarum parietem primum tempestatem, deinde pluviam, & denique lapides irruisse scribit, ab ipso Optato in manuscripto Germanensi, ex quo Benedictini in appendic. ad Tom. IX. Oper. Augustini aliqua excerpserunt, explicari docet, cum in illo expresse addatur, tempestatem sub Urfatio, pluviam sub Gregorio, & lapides sub operariis unitatis Paulo & Macario in dealbato illum parietem irruisse. Et in eo quidem Benedictinis ad stipulatur, quod tempestas, quæ sub Urfatio contigisse dicitur, A. 320, & pluvia, quæ Gregorio assignatur, circa A. 336. vel 337, quo Præfecti munus ille gessit, facta fuerit. Cum autem Benedictini suspicantur, nomina Leontii, Urfatii & Taurini a Donatistis ficta fuisse, ut Præfectis illis & Ducibus Imperatorum, quos sibi graves sentiebant, invidiam facerent, quasi crudelitate sua leones, urfos & tauros adæquarent; conjecturam hanc eo nomine improbat, quod Cresconius apud Augustinum, Urfatium cum Zenophilo, Petilianus apud eundem Urfatium cum Macario; & Donatistæ apud Optatum, Leontium & Urfatium cum Paulo & Macario jungant. Neq; enim dubitat, quin Donatistæ etiam Zenophilo, Paulo, & Macario bestiarum nomina daturi fuissent, si Leontii, Urfatii & Taurini nomina sinxissent. De Pauli & Macarii in Africam legatione dum agit, animadvertit, Marculum Donatistam, quem a Macarii militibus occisum fama tulit, in martyrologia quædam irrepisse, & acta passionis ejus a Donatista quodam conscripta doctissimum Mabillonium in analectis suis edidisse. Intestina Donatistarum dissidia dum recenset, de Tichonio disserit, cui nonnulli præter regulas interpretandæ Scripturæ passim editas, commentarium in Apocalypsin tribuunt, inter Augustini opera sub ejus nomine editum. Verum illum commentarium nec ab Augustino, nec a Tichonio scriptum judicat. Epistolam synodicam Maximianistarum, quæ apud Augustinum conc. 2. in Ps. 36 legitur, & ex concilio apud Cavernas Susis habito data dicitur, non ad Carthagenense Maximianistarum concilium spectare censet, ut post Baronium Schelstratenus, Witsius & alii existimarunt, qui Cavernas Susis locum Carthagini propinquum fuisse statuunt, sed ad concilium Cabarsulitanum, seu posterius Maximianistarum concilium. Quam sententiam ex eo confirmat, quod in antiquis manuscriptis, quæ Baluzius in nova collectione conciliorum retulit, hoc concilium Cabarsusi habitum dicatur. Augustini

scripta contra Donatistas dum commemorat, Sagittarium, qui in introductione sua inter scripta Augustini Anti-Donatistica, quæ perierunt, Augustini epistolam ad Mercatorem retulit, errasse notat, cum illa Augustini ad Mercatorem epistola neque amplius deperditis accenseri debeat, neque contra Donatistas sed contra Pelagianos scripta fuerit. Librum Augustini de unitate Ecclesiæ cur Benedictini *viduas* suspectum habeant, breviter commemorat, eorumque rationes eruditae ponderandas relinquit. Quæ de Donatistarum erroribus, eorundemque & Circumcellionum imprimis sceleribus & flagitiis, de collationibus inter orthodoxos & schismaticos institutis, de conciliis in Donatistarum causa habitis, de Imperatorum adversus Donatistas editis aliisque ad historiam hanc spectantibus gestis disseruit, brevitatis studio omittimus, & tantum Autoris voto, quo hanc dissertationem obsignavit, nostram conjungimus, ut Eminentissimi Norisii historia Donatistica, cujus apparatus jam pridem collectum novimus, in lucem aliquando prodeat.

Tertiæ dissertationis argumentum est ritus festum nativitatis Domini d. 25 Decembris celebrandi, quem ex probatis trium a Christo nato seculorum monumentis probari posse negat. Inter alia notat, quod Hospinianus quidem ritum illum jam seculo secundo cognitum asseruerit, idque ex Theophili Cæsariensis epistola paschali probaverit, verum epistola illa Theophilo Cæsariensi supposita videatur, & præterea verba illa Theophili ab Hospiniano allegata in plerisque epistolæ illius editionibus desiderantur. Johannis Nicæni de ritus hujus antiquitate & origine fabulas explodit. Homiliam Chrysostrami in nativitatem Domini, quæ Tom. V. edit. Savil. p. 511. legitur, etsi a Gretsero & Petavio pro spuria habeatur, genuinam esse non dubitat. Eam tamen non Cpoli, ut post Scaligerum Calvisius pluresque alii censuerunt, sed Antiochiæ habitam observat. Fragmenta de Saviniano ejusque sociis, a quibus hunc ritum introductum fuisse Andreas duSaussay persuasum sibi habet, rejicit. Varias recentiorum de die Christi natali sententias dum recenset, in doctissimo Bynæo desiderat, quod Isaaco Judæo, Christianos inter conceptionem Mariæ & Christi nativitatem 17 tantum dies numerare fingenti respondens, nodum hunc Pontificiis conceptionem Mariæ d. 8. Decembris celebrantibus inexplicabilem statuerit, nec ani-

animadverterit, Judæum illum diem, quo Maria concepta creditur, cum die quo Maria Christum concepisse perhibetur, confudisse.

Quarta dissertatio versatur circa controversiam de æquali Petri & Pauli primatu, quam ante 50 annos celeberrimus Jansenista Arnaldus excitavit. Refert igitur, Arnaldum in præfatione sui tractatus de frequenti communione, quem Jesuitæ Petro de Semaifon opposuit, Petrum & Paulum duo ecclesiæ capita appellasse, eaque de re monitum non solum hanc sententiam non retractasse, sed integris etiam tractatibus defendisse, eosque tractatus a pluribus scriptoribus impugnatos, quin & ab Innocentio X. damnatos & prohibitos fuisse. Recenset quoque argumenta, quibus sententiam suam Arnaldus stabilivit. Inter adversarios Arnaldi Raynaudum fuisse notat, qui singulari Dei providentia Paulum capite truncatum statuit, ut solum Petrum ecclesiæ caput esse constaret. Postremo de imagine Pauli dextri & Petri sinistri in bullis papalibus disserit, variasque variorum ea de re sententias exponit.

Dissertatio quinta occupatur in recensendis actis synodi Hierosolymitanæ anno Christi 1672 habitæ. Cum enim illa in paucorum manibus versetur, studiosæ juventuti non ingratum fore Ittigius existimavit, si compendium illorum exhiberet. Cum autem hæc synodus Cyrillo Lucari ejusque confessioni opposita fuerit, de Cyrillo nonnulla præmittere ipsi placuit. Ipsa acta synodi Hierosolymitanæ quantum attinet, ea primum A. 1676. sub nomine synodi Bethlehemiticæ prodiisse, & cur in altera editione A. 1678. ritulus ille mutatus fuerit, commemorat. Quinto horum actorum capiti insertas esse duas synodos indicat jam olim adversus Cyrillum Cpoli habitas, quarum prior A. 1638. præside Cyrillo Berrhœensi, posterior præside Parthenio coacta fuit. Imprimis vero recensendo sexto eidemque ultimo actorum horum capiti suam operam impendit, cum in eo Hierosolymitanæ synodi Patres ecclesiæ suæ doctrinam juxta ordinem in confessione Cyrilli Lucaris servatum proposuerint. Sicut autem Cyrilli confessione non tam Græcæ quam Reformatæ ecclesiæ doctrinam contineri notat; ita synodum Hierosolymitanam, quam instigante Gallico ad Portam Ottomannicam oratore a Patriarcha Dositheo congregatam fuisse patet, ad synodos a Græculis papizantibus emendicatas referre non veretur.

Sextam

Sextam dissertationem Photini Sirmiensis Episcopi historiae impendit, in qua de ejus nomine, patria, præceptore Marcello, functionibus ecclesiasticis, imprimis vero de erroribus ipsi attributis & de conciliis in quibus damnatus perhibetur, nec non de ejus scriptis, adversariis, exilio, obitu, & Imperatorum contra Photinianos legibus disserit. Quæ de singulis istis capitibus observaverit recensere, præfixi brevitatis limites nobis non permittunt. Quamobrem ea tantum notare placet, quæ in additamentis ad hanc Photini historiam adjecit. Dixerat in ipsa dissertatione, diversas fuisse Hilarii & Athanasii circa confessionem Sirmiensem A. 351. editam sententias, dum Hilarius eam ut orthodoxam explicavit, Athanasius autem hanc confessionem cæteris adversariorum confessionibus adjunxit; & quamvis Dorscheus statuat, quod Athanasius hanc confessionem suis potius quam ecclesie adversariis tribuerit, probari tamen id commode non posse, nec aspernandam eorum videri sententiam, qui plerosque Sirmiensis illius concilii assessores Semiarianos fuisse, & subdolis ac ambiguis verbis hanc confessionem condidisse arbitrantur. His addit, Hilarium non simpliciter synodum Sirmiensem & quasdam alias orientalium confessiones pro orthodoxis habuisse, Quod imprimis elucescere ait ex Hilarii responsis apologeticis adversus Luciferum & alios reprehensores sui tractatus de synodis, quæ Benedictini in nova Hilarii editione nuper ediderunt. Ex his enim manifestum esse dicit, quod Hilarius formulas quidem Semiarianorum sano sensu intellectas quodammodo ferri posse putaverit, nequaquam tamen Semiarianos pro orthodoxis habuerit. Unde & Benedictinos in vita Hilarii & in præfatione ad Hilarii tractatum de synodis animadvertisse refert, quod Hilarius orientales ea ratione tractandos judicaverit, qua solent convalescentes ægri, quibus nec pristinae ægritudinis reliquæ, nec spes recuperandæ sanitatis deest, ideoque illis ad veram fidem aliquid deesse non dissimulaverit, interim tamen veritatem illis blande insinuaverit, eosque modo excusaverit, modo laudaverit, & a convitiis abstinerit, ut & orientalium benevolentiam sibi conciliaret, & occidentales in eorum favorem inclinaret, utrosque autem ad concordiam ineundam præpararet. Eosdem Benedictinos observasse notat, quod Hilarius ante Ariminensem synodum, Athanasius autem post illam synodum scripserit, quo tempore eccle-

ecclesiæ utilitas offlagitaverit; ne orientalium confessionum vitia amplius dissimularentur.

In septima eaque ultima dissertatione de Aramo agit, quem & obscurissimum & celeberrimum autorem appellat; obscurissimum quidem, quia ipsi Photio, cui Arami memoriam debemus, nomen hoc obscurum minusque perspectum fuit: celeberrimum autem, quia Hieronymum sub isto nomine delitescere Reverendissimus Norisius in Historia Pelagiana, & doctissimus Garnerius in dissertationibus ad Marium Mercatoremprehenderunt. Cæterum hac occasione etiam de Theodoro Antiocheno, qui Hieronymum sub Arami nomine confutandum suscepit, ejusque scriptis & erroribus, & imprimis de ejus Pelagianismo disserit, tandemque inquit, quam ob causam Hieronymus a Theodoro Aram cognominatus fuerit. Recensitis autem aliorum opinionibus, celeberrimi Cave sententiam amplectitur, qui Hieronymum a Theodoro Aram, hoc est Syrum dictum arbitratur, quia Hieronymus maximam vitæ suæ partem in Syria transegit.

MOSIS PROPHETÆ LIBRI QUATUOR; EXODUS, LEVITICUS, Numeri, & Deuteronomium, ex translatione JO. CLERICI, cum ejusdem paraphrasi perpetua, commentario philologico, dissertationibus criticis, & tabulis chronologicis ac geographicis.

Amstelodami apud Henricum Wetstenium, 1696. fol.

Constant alphabetis 6 & plagulis 13, tabulisque æneis 3.

Biennium effluxit, ex quo *Genesis* Autoris in lucem prodit. Sequuntur nunc Mosis libri quatuor residui, eadem cura translati atque illustrati. Operis totius, quod ad omnes Scripturæ V.T. libros extendetur, prolegomena anno clō lxxiv mense Januario, ipsum vero commentarium in *Genesin* cum appendice mense Martio ejusdem anni recensuimus. E præsentī, quem scripsit ad *Exodum*, *Leviticum*, *Numeros*, & *Deuteronomium* commentario philologico, brevitatis studiosi nonnisi quatuor observationes, quæ librum perlustrantibus forte se nobis obtulerunt, curioso Lectori speciminis loco exhibebimus, & quidem ex singulis libris unum.

Nimirum *Exod. XV* canticum *Israelitarum* ad mare *Erythræum* per vocabula ὁμοιοτέλευτα rite disposita sine ulla mutatione, dua-

bus voculis exceptis, dum vers. 14 ad וְיִרְגְּזוּ additum est ; paragogicum, ac vers. 16 pro וְיִרְגְּזוּ scriptum est וְיִרְגְּזוּ metricè descripsit. Idem præstitit Num. XXI, 16 in cantico breviori, ab Hebræis in memoriam puteorum plurium inventorum facto. Sed & Deut. XXXII canticum Mosis prolixius metricè a se descriptum exhibuit, additis quibusdam notulis. Quam bene autem sint inter sese ὁμοιοτέλευτος illa comparata, hoc in loco non aggreditur dicere, sed in dissertatione de Hebræorum pœsi, Psalmis addenda, rem totam aperire promisit.

Ad Lev. XVI, 8 refutat Jo. Spenceri de voce חִזְזִיז *Hazazel* opinionem. Nam cum ibi legamus, pro duobus hircis ostio tentorii admotis duas sortes ex mandato divino jaciendas fuisse, unam *Jebova*, alteram חִזְזִיז *labazazel*, is opere erudito de Legib. Hebr. Ritual. L. III. diss. IIX vocem hanc compositam esse putat ex nomine יָז *potens*, & participio חִזְזִיז *abiens*; signarique ea cacodæmonem, ad quem amandaretur hic hircus quasi immundus ob peccata, quæ ei velut imposta fuerant. Sed quicquid pro hac sua confirmanda sententia dicat Spencerus, nunquam effecturum esse scribit Noster, ut cum Mosis legem conveniat, duarum victimarum piacularem alteram Deo obnari, immolatum ad altare & rite oblatam; alteram vero vivam, quasi peccatis populi onustam ad cacodæmonem mitti, qualis sacri nulla fiat alibi mentio. Nullū enim occurrere sacrificium, cujus pars Deo offeratur, altera vero viva, quasi peccatis populi onusta ad cacodæmonem amandetur. Solide equidē confutasse ait Spencerum eorum sententiam, qui per modum sacrificii oblatū hunc hircum cacodæmoni volunt, indeque conjicere, non ut oblationem sacrificialem ad eum amandarum fuisse, sed ut isto symbolo fors peccatorū denotaretur, & signaretur immundities dæmonum, ad quos hircus peccatis onustus mittebatur; verum hæc distinctio cum in Mose non habeatur, & hircus alter dicatur esse *Hazazel*, alter vero *Jebova*, summum periculum fuisse contendit Clericus, ne Hebræi verbis Mosis eo adducerentur, ut crederent cacodæmoni illo die sacra fieri, & victimam mitti. Neque hoc a se temere dici, duobus ostendit argumentis. Primum est consuetudo gentium, quæ dæmonibus malis sacra faciebant, teste Mose c. XVII, 7, ex qua hanc legem sine dubio interpretati fuissent Hebræi, si piacularem victimam ad cacodæmonem mittere jussi essent. Alterum est, revera eos ex Judæis, qui *Hazazel* nomen esse cacodæmonis existimarunt, credi-

credidisse etiam, hircum quasi hostiam ad eum mitti, ut ostendit ipse Spencerus Diff. IIX c. 2. His de causis ejus sententiæ non assentitur Clericus, quin potius nomen hoc deducens ex duabus vocibus Arabicis, quarum altera *הַרְצִי* hazazon *terram duram* (ex radice *רַצַּ* hazza *durum fuit*) seu *petrosam*; altera *מַזְלוֹן* mazelon *locum angustum* (ex *מַזְלָן* azala, quod apud Arabas est *in angustia versari*) sive *arctum* significat, versiculum 8 & 10 sic interpretatur: *In ambos hosce hircos fortes jacies, unam Jehovæ, alteram præcipitio. Hircus vero super quo jacta fors ascenderit præcipitio, statuetur vivus coram Jehova, ut expiet eo Sacerdos, eumque mittat ad præcipitium, in desertum.* Quam versionem suam confirmat ex commate 21 & 22, ubi is hircus dicitur mitti in desertum, *in terram abscissionis*, h. e. in locum præruptis scopulis cinctum, sive præcipientem; additque DEUM hoc ritu significasse, non magis se velle peccatorum Israelis rationem habere, quam pecudis habeatur, quæ in desertum amandata eque præcipitio dejecta periiit.

Cum omnia quæ Num. XXII, 28 de asina Balaami commemorantur, huic in visione visa fieri crediderit Maimonides, nihil esse in hac narratione contendit Noster, quod vel minimam suspicionem creare possit somnii narrati. Idem enim efficere potuisse DEUM in asinæ ore, quod facit in organo, qui ejus instrumenti certis motibus varios modulatur sonos, non magis incredibile ipsi videtur, quam creatos initio homines, quos loquendi facultate ornavit. Nec quicquam huic historię obijci posse scribit, nisi mirum videri, propter rem tantillam factum esse prodigium, cui nunquam postea simile contigerit; cum tamen consilia & fines DEI nemo dicere possit se ita perspexisse, ut quid illis conveniat, quid contrarium sit, semper judicare valeat. Quid quod brevissimam hic habeamus antiquissimi ævi historiam, ex qua de hominum ejus temporis Balaamique ipsius animi affectione sat plenum judicium ferre nequeamus. Quod autem homo, tanto prodigio territus, loquente asina, non prorsus obmutuerit, sed ita responderit bruto animanti, quasi non tum primum cum eo esset collocutus, hoc nescio cui de brutis sententiæ (quam sciremus, si libros, qui philosophiam Orientalem illius ævi complectebantur, haberemus) tribuit. Interim Balaamum fortasse mentium humanarum transmigrationem in brutorum corpora credidisse conjicit; cum enim, qui in Mesopotamia finitimisque oris *μεταψύχων* propugnabant, ut fidem suæ face-

fent doctrinæ, vulgo, quanquam falso, narrarent bruta sæpe esse locuta, hac aut simili opinione fieri potuisse dicit, ut Balaamus asinam suam voce, humanæ simili, loqui minus miratus sit. Neque huic suæ conjecturæ, de migratione animarum a Balaamo credita, officere ait verba ejus: *nam te jam occidissẽm*; cum Herodotus varia pecudum genera ab Ægyptiis, *μετεμψυχωσι* credentibus, occisa narret, Lib. II cap. 123.

De sepultura Mosis Deut. XXXIV, 6 expendit verba Josephi: *Cum salutaret Eleazarum & Josuam, & cum illis loqueretur, nube subito super ipso stante, in quandam vallem raptus, inconspicuus factus est. Scripsit vero se in sacris libris esse mortuum, timens ne ob eximiam virtutem, ad DEUM abiisse auderent dicere.* Nimirum a Mose hoc caput esse vult Josephus, quod in eo non confutat Clericus. Qui quis enim, ait, lecto hoc capite, ei sententiæ suffragium adscribere potest, is frustra rationibus oppugnatur. Saltem miratur, quare periculosum iudicet, si credatur Moses *ἀναχωρῆσαι πρὸς τὸ Θεῖον*, modo ne ipse colatur: id enim quod Henoch & Eliæ contigisse narrant sacræ literæ sine periculo, de Mose æque innoxie credi potuisse. Ac sane id credidisse multos Judæos, tum ostendit ex libro olim ab ipsis scripto, cui titulum fecerunt: *Ἀνάληψις Μωσέως*, tum ex paraphraste Chaldæo ad Pf. LXIIX 19 & Cant. c. I, 5. Antiquioribus tamen temporibus vere mortuum fuisse creditum Mosem, ex hoc Deuteronomii capite apparere ait; sed non negare Scripturam eum resurrexisse, quin potius videndum, annon huic sententiæ faveat locus qui habetur Matth. XVII, 3.

Paraphrasi & commentario quatuor librorum duas subjungit *Appendices*, unam in Exodum, alteram in Numeros. Appendix commentarii in Exodum sistit nobis Dissertationem de *Maris Idumæi trajectione*, in qua longe maximum miraculum copiosius illustrare instituit. Post occasionem dissertationis, quam sibi præbitam fuisse narratum ab illis, qui superstitiosa quadam credulitate, DEUM hic ordinem naturæ consuetum prorsus immutasse perperam credant; tum ab istis, qui ex insita quadam pertinacia & superbia, DEUM nihil hic novi aut ab ordine naturæ alienum egisse velint; ante omnia verba Mosis Exod. XIV extantia interpretatur: nec statim ad vim Numinis omnipotentem confugit, sed quid institutarum ab rerum initio causarum efficacia fieri poterit, inquirit. Postea quid earum viribus, quidve a DEO factum fuisse videatur, exponit, & adversariorum objectionibus respondet.

det. Ex solitis naturæ legibus factum fuisse dicit, quod ventus septentrionalis, quo sinus Arabici fluctus in oceanum sunt rejecti, auxerit æstum maris in oceanum reflui, non dividerit aquas utrimque coæcervatas, ut perperam intellecto Mose, vulgo credatur; australis vicissim fluctus vi boreæ primo suspensus, magno impetu & brevissimo tempore retulerit. Inusitata vero divinæ potentæ efficacia contigisse existimat, quod (cum fortasse nullus ordine naturæ oriturus esset ventus, neque æstus solitum modum excessurus, aut in meridiem satis procul recessurus, ut vada ea, qua oportebat, amplitudine nudaret, viamque latissimam tot myriadibus aperiret) Deus singulari voluntate concitaverit ventum primo septentrionalem, qui fluctus longius quàm alias fieri solebat, rejiceret, deinde australem, quo fortiter flante incitatisimo cursu in suum locum redirent, totumque Ægyptiorum exercitum tegerent, ut fundum ille peteret, Exod. XV, 10. Suadere hoc illi miraculum videtur primum vis venti plane insohita, v. 21 cap. XIV, & reciprocatio maris tanta v. 27, quanta nulla unquam forte inspecta est. Deinde, si nihil hic præter solitum contigisset, non erat, inquit, cur Ægyptii gauderent, aut cur Israelitæ usque adeo terrerentur, cum se clausos viderent inter mare & montes; expectato enim refluxo maris motu, quem tot myriades non procul ab hoc mari nuper habitantes, haut ignorasse videntur, evadere poterant. Denique ea in re addit etiam fuisse miraculum, quod Moyses, qui alioqui nihil nisi solitum æstum expectare potuit prædixerat Israelitis, exitum instare Ægyptiis, ipsos vero incolumes evasuros. Voluit huic adjicere Autor duas alias dissertationes. alteram de *Lepra*, alteram de *Synedrio*, quarum in commentariis interdum meminerat. Sed cum hujus voluminis crassities multum crevisset, nec plane necessariae essent ad intelligendum *Mosen* in aliud eas volumen distulit. Magis necessaria ipsi visa est, quæ in appendice commentarii in *Numeros* comparet; Johannis Seldeni dissertatio de *Decimis* (cum ille primus totum hoc negotium secundum leges Mosaicæ feliciter expediverit) a Clerico ex Anglica lingua in Latinam translata, & notis illustrata. Ex qua nihil desumpsit, præter antiquissima illa *Decimarum* exordia, quæ vel ante legem, vel ex lege apud Hebræos exsolvebantur, nec non secundum ethnicorum instituta inter Græcos potissimum & Romanos vigerunt; & prioribus tribus dissertationis capitibus comprehenduntur. Quæ enim de

de decimis inter Christianos perfolutis in sequentibus habet sectionibus, ad institutum Autoris non pertinebant.

Adduntur *tabula*, non modo *chronologica* in historiam quatuor posteriorum librorum Mosis, cum notulis nonnullis; sed & *geographica tres*, quarum prima ad illustrationem potissimum *decimi Geneseos capituli* spectat. Eam ex Sam. Bocharti Phalego nonnihil emendatam, resectis, quæ ad rem suam non faciebant, desumpsit. Duas alias cum *deserta & petrea Arabia*, tum *Cbananea*, in usum eorum duntaxat, qui Mosem legunt, confecit; in iis enim nullius loci nomen assignatur, nisi ejus meminerit Moses. Situm urbium partim ex Mosè, partim ex Locis Hebraicis Hieronymi collegit, & Hebraico quidem more nomina scripsit, quod multa sunt in Græcis & Latinis codicibus ita depravata, ut vix agnosci queant. Indices etiam concinnavit tædioso quidem sed necessario labore. Animadversiones varias, quibus Latinus index illustrari potuisset, diuturni laboris pertæsus, in alia loca, prout se in posterum occasio dabit, rejecit. Quæ possunt haberi regularum vel axiomatum loco, ad interpretationem Scripturæ, ea, prima voce majusculis literis descripta, ab aliis distinxit, ut a studiosis facilius animadvertentur.

Quam denique Autoris commentatiunculam ad XIX priora commata capituli I Evangelii S. Johannis, Bibliopola voluit huic majori operi præmittere, ne parvitate sua periret, ea jam superiori anno Amstelodami ab Henr. Wetstenio minori forma edita, & a nobis mense Augusto recensita fuit.

CAJETANI DE MORETTIS, CANONICI REGULARIS,

Firmamentum novissime demudatum.

Bononiæ, typis Petti-mariæ de montibus, 1695. in 4. Alphab. 5. plag. 10.

INTER eos, qui studiis suis nobilissimam scientiarum Astronomiam exornarunt, merito etiam suo collocandi, debitisque defraudandi non sunt laudibus, qui insuavem tabularum cœlestium condendarum laborem subire non detrectarunt. Quanquam vero strenua horum opera, quantum ad inerrantium stellarum motus & phænomena, primique mobilis tabulas, nihil videretur reliqui fecisse: invenit tamen in hoc argumento clarissimus Autor, in quo industriam suam non exigua cum utilitate Astrophylorum poterit. Enimvero decrant

Astro-

Astronomiæ abaco adhuc tabulæ, quæ singularum fixarum differentias ascensionales, ascensiones descensionesque obliquas, amplitudinem ortivam, ortus & occasus, arcusque semidiurnos ad singulas poli elevationes, hoc est pro quibusvis Terræ locis, consignatas exhiberent. Defunctus autem est præsentis opere, cujus exemplar celeberrimi *Magliabechii* beneficio ad nos pervenit, immani hoc labore Autor, eundemque publico orbis commodo invidere noluit. Et nunc quidem ejus tomum primum Lectori benevolo sistimus; alterum operis complementum, quod propediem in lucem proditurum Autor pollicetur, ab ejus fide & ingentitate expectaturi. Sicit autem tomus præsens in limine catalogum, cum generalem imaginum sive asterismorum cœlestium cum numero, (elegit autem 1580 fixas, P. *Vitali* notatas) magnitudinē & natura stellarum uniuscujusque; tum specialem singulorum, singulas eorum stellas figuratas informesque, singularumque magnitudines & naturam exprimentem. Sequuntur præcepta primi mobilis, pro determinandis fixarum accidentibus, quorum gratia tabulæ subductæ sunt; index etiam latitudinis locorum celebriorum, & tabulæ log- & mesologarithmicæ præceptis præmemoratis inservientes. Ipsæ fixarum tabulæ pro singulis singulæ conditæ sunt, iisque brevis descriptio sideris, & fabulæ, cui figura ortum debet, præmittitur. Latera tabularum, dexterum declinationem, ascensionem rectam & mediationem coeli; sinistrum longitudinem, latitudinem, magnitudinem & naturam stellæ, insuperque elevationis gradus ab uno, per singulos ad trigesimum, vel binos ad sexagesimum usque, prout scilicet stellæ conditio postulat, referunt; atque vero ascensiones, descensionesque & cætera supra indicata, siderum quidem Borealium & Zodiacalium. Fixæ sunt tabulæ ad annum 1680, & usui esse possunt ad annum usque 1750; ultra quem æquatione, beneficio tabularum logarithmicarum appositarum irvenienda, opus est Astrophilo. Usus earum præcipue astronomicum, astrologicum, geo- & hydrographicum non est ut hic commemoremus; cum harum rerum gnaris idem obscurus esse nequeat. In gratiam tamen eorum qui astrologicis scitis & experimentis delectantur, notamus Autorem nostrum plurimum efficaciam tribuere stellis locorum verticalibus & horizontalibus. Sic conversionem rerum Lusitanicarum defectionemque ab Hispaniæ Rege, refert in stellam tertie magnitudinis in capite Medu-

Medusæ, naturæ B & Z anno 1640 Ulyssiponæ verticalem factam; lucidam in capite Draconis, Saturninæ, Jovialis & Martialis naturæ, Londino anno 1648 imminente, ad feralem in Carolum Regem sententiam concitasse subditos; dextrum humerum Aurigæ Martio-Mercurialem secundi honoris, per verticem plurium Italiæ urbium anno 1630 incedentem, pestiferam cladem atulisse; Helicis deforme sidus secundæ magnitudinis Neapoleos depopulationem; Persei latus dextrum Saturnino-Joviale anno 1650 Parisiis verticale, plurimum mali Ludovico Regi, & denique borealem stellam Ursæ majoris tertiæ classis Martii genii, damna non exigua subjectis anno 1642 Venetiis intentalse memorat,

COLLECTIO MAXIMA CONCILIORUM OMNIUM HISPANIAE & Novi Orbis, epistolarumque decretalium, nec non plurium monumentorum ad illa spectantium, cum notis & dissertationibus, quibus S. canones, historia disciplinaque ecclesiastica & chronologia illustrantur. Tomus I. Cura & studio JOSEPHI SAENZ DE AGUIRRE S. R. E. PRESB. CARDINALIS.

Romæ, typis Jo. Jac. Komarek, 1693. in fol.

Constat alphab. 8. plag. 12.

Magnum opus longisque multorum annorum desideriis expectatum, jam demum in Lectoris Benevoli conspectum producimus. Ex quo enim instituti, nunc tandem ad finem omnibus exoptatum feliciter perducti, cognitionem ad literariæ reipublicæ cives proceresque, impressa Salmanticæ anno 1686 *Conciliorum Notitia*, pervenire Eminentissimus Autor voluit (quæ & a nobis in Actis Erud. anni 1688 p. 71. optima fide fuit representata) nemo rerum ecclesiasticarum paulo ardentior fuit amator, qui vitam, vires & otium vasto huic operi perficiendo necessarium, Viro occupationibus Aulæ, inter Europæas facile negotiosissimæ, satis præpedito non præcicaretur. Cujus voti cum tandem damnati simus propitiis fati, ita ut manibus contrectare utilissimum opus nunc liceat, ejus primum tomum Lectorum nostrorum oculis jam duximus subjiciendum, dilata reliquorum representatione in menses proxime secuturos.

Non possumus autem non sub initium statim Lectores nostros monere, mutata paulum animi sententia, non omnia illa monumenta, quorum

quorum editionem in *Nortia Conciliorum* pollicitus fuerat, operi isti inseruisse Eminentissimum Autorem. Sed visum illi fuit pleraque istorum amandare in aliud opus, tam quod, ut ipse loquitur, minus opportuna fuerint presenti instituto, tum etiam quod illis capiendis vix quinque ingentia volumina sufficere potuissent. Rerum quoque ordo ab eo, quem olim animo conceperat, nonnihil est immutatus. Cum enim in exhibendis Hispaniæ conciliis ad annum usque 569 procedere deberet ex veteri instituto tomus primus, ultra concilium Eliberritanum ille non progreditur, imò quædam ad illa tempora adhuc pertinentia in tomum II differuntur.

Ut vero rectius tomi hujus primi œconomia pateat, sciendum, post Præfationem, qua operis rationem reddit, & perniciosam *probabilissimi* doctrinam nata sibi forte occasione impugnat, (quam etiam ipsum Sfortiam Pallavicinum, magnum ejus quondam defensorem, relicto authentico retractationis suæ testimonio Nicolao Mariæ Pallavicino, tandem condemnasse ait;) veterem Garfiæ Loaisæ exhiberi Præfationem, ut & rarissimam Antonii Augustini ad Hieron. Blancam de rebus Cæsaraugustæ Epistolam, & de Conciliis Hispaniæ ineditis Dialogum. Succedunt deinde Gasparis Quirogæ Cardinalis & Toletani Archiep. & Jo. Bapt. Perez Segobricensis Episcopi de Conciliis Hispaniæ Epistolæ; Chronologia porro hætenus inedita Conciliorum Hispaniæ usque ad Hispaniam a Saracenis occupatam, & alia Gotthorum Regum sub quibus concilia ista celebrata fuerunt, ex pluribus codicibus conciliorum MSS. & ex inedito D. Isidori de Gotthis libro, ac Vulsæ Episcopi chronico, veteribusque nummis concinnata. Adjicitur istis Catalogus Pontificum Romanorum, qui ad medium usque seculi IX Petri, & aliis Præfulum, qui prioribus seculis Toletanam cathedram tenuerunt. Hæc excipit novus Cardinalis ad Concilia Hispaniæ Apparatus, quo Præfationis & Collectionis Isidorianæ Conciliorum & Decretalium Epistolarum, ad Hispaniam imprimis spectantium, prolixum satis examen instituitur. Quod cum præcipuam fere tomi hujus partem constituat, veniam Lector dabit, si ei paulisper immoremur.

Abit Apparatus ille in tres partes, in quarum prima novem dissertationibus Præfatio Isidori in suam Canonum & Conciliorum Collectionem illustratur. Cum vero Collectio illa a pluribus eruditis insigni illi deceptoro Isidoro Mercatori hodie tribuatur; Hispanensi

Q

Isido-

p. 27.

- p. 34. Isidoro argumentis, ut ait, ἀναντιρρήτως eam vindicaturus Autor noster, neminem inter Isidoros, sive Græcos sive Latinos, de quibus erudite disserit, extitisse, cui Mercatori dicto Collectio hæc tribui possit, probare nititur. Quod enim Isidorum, Setubensem sub finem seculi IIX Episcopum, Mercatorem cognominat Chronicon Juliani, nullius ponderis est: nullam enim esse illius Chronici auctoritatem, post alios viros doctos aliquot argumentis denuo evincit. Isidorum itaque Hispalensem autorem illius Collectionis esse concludit, non quidem totius, sed ad Concilium usque Hispalense; quemadmodum eum nec Epistolarum omnium collectorem esse certum sit, siquidem illas, quæ a Gregorii successoribus sunt, alium addidisse oporteat; imo nec Præfationem totam ab eo esse, ex § illius 18 pateat. Priorem itaque partem & potiorem partem ab eo esse, primum ex Vaticano 830 annorum codice Collectionis Isidorianæ probat, in quo ISIDORI EPISCOPI adscripto nomine Præfatio invenitur; quæ etiam ad verbum in Isidori Etymologiarum VI. 6. exhibeatur, nisi quod § 1 fuerit omissus. Accedere, quod eodem in loco Etymologiarum, cum de quatuor conciliis generalibus locutus esset Isidorus, de reliquis postmodum nonnulla addat, *eorumque gesta in hoc corpore condita contineri* dicat. Indequè manifestum Autori nostro videtur, collegisse Isidorum omnia concilia eousque approbata, quæ certe in eo volumine exscribenda curaverit; ut postinde alii super venientes nova solum post mortem ejus celebrata addiderint. Omittimus quæ ex Braulionis de Etymologiis Isidori loquentis loco pro hac causa adducit; levibus enim conjecturis ea niti, ipse fateri cogitur. Cum autem inquit Braulio: *sunt & alia ejus viri multa opuscula* &c. nihil vetare existimat, quo minus ad illa referatur ista Collectio, præsertim cum teste Joanne Grial, Cyprianus Suarez invenerit in ipsa Prænotatione Braulionis, in antiquo quodam codice hæc verba: *In canonico quoque & civili jure per maxima composuit instrumenta*; quibus Collectionem illam canonum, pariter ac apud Sigebertum per librum de *Dogmatibus Ecclesiasticis*, quem is Isidoro in libro de Viris illustribus tribuit, significari contendit. Præcipue autem inniti videtur Hincmari Remensis auctoritati, qui cap. 12 ep. VII expresse Hispalensi Isidoro Collectionem Epistolarum Pontificum Romanorum a S. Clemente usque ad B. Gregorium tribuat. Imo & paulo post obitum S. Isidori, & ducentis circiter ante Hincmari
- p. 36.
- p. 37.
- p. 38.

etatem annis celebres fuisse Epistolas, hinc patere putat, quod Patres Toletani Concilii X, A. 656, & XVI, A. 693 ad quasdam earum respicere videantur. Respondet postea doctissimorum criticorum, qui aliter sentiunt, objectionibus, quæ singulatim exequi sine prolixitatis vitio licere non arbitramur.

p. 41.

Secunda partis hujus primæ dissertatio de Canonum Collectionibus Isidoriana antiquioribus agit. Aptæ hic nascitur, occasione Dionysii Exigui, qui 50 Canones Apostolorum Collectioni suæ inseruit, de sententia Isidori circa illos loquendi opportunitas. Hæsenim cum in Præfatione Collectionis, prout ea in vulgatis editionibus habetur, probare videatur Isidorus, cum tamen alibi eos ad apocrypha rejiciat, existimat Autor, ea verba fuisse assuta ab alio interpolatore seu corruptore germanæ Præfationis ab Isidoro editæ. Prolixius illa materia tractatur tota dissertatione III, ubi & de auctoritate Canonum illorum Apostolicorum, propositis & excussis in utramque partem argumentis, prolixè & accurato studio disceptatur. Dissertatione IV, occasione verborum Præfationis Isidorianæ: *deinde quarundam epistolarum decreta virorum Apostolicorum inseruimus: id est, Clementis, Anacleti &c.* Epistolarum Pontificum Rom. ad Hispanos præsertim scriptarum examen instituitur. Epistolis illis neminem ante annum 865 litteram intentasse Autor tradit, quin potius in summa eas apud omnes fuisse veneratione, ita ut Riculphus etiam Moguntinus Episcopus eas ab Isidoro Hispalensi collectas, & ex Hispania allatas describi, ac in Germania vulgari, teste Hincmaro Remensi in Opusculo ad Hincmarum Laudunensem c. 24, coll. ep. 7 c. 12, curaverit. Imo etiam antequam a Riculpho in Germaniam accerferentur illæ epistolæ, in Galliis jam notas fuisse; siquidem præcipuæ illarum, & ob quas potissimum impetantur, sententiæ, inveniuntur totidem pene verbis inter Capitula Hadriani I Papæ (tomo VI Collect. Concil. Labbeanæ fol. 1828) ab Ingilramno Mediomatricum Episcopo in Gallias translata circa annum 785, adeoque biennio ante Riculphi episcopatum. Horum manuscriptum, literis Gallicis Nicolai I temporibus exaratum, in Bibliotheca Vaticana etiam extare, & ex illis ipsis in Capitularia Regum Francorum pleraque translata fuisse: quod argumento denuo sit, in pretio fuisse apud Gallos decretales illas epistolas. In transitu hic quasi exploditur Petri de Marca error, qui judicia Synodorum Provincialium

p. 42.

p. 46.

p. 52.

p. 69.

p. 70.

Q 2

irre-

- irreformabilia esse contenderit. Sed ut ad rem redeamus, constare hac ratione arbitratur Reverendissimus Autor, ad seculi usque IX dimidium inconcussam stetisse harum epistolarum autoritatem, donec inclinante eodem seculo Hincmarus Remensis eam, quod appellationi Rhotadi Sueffionensis & Hincmari Laudunensis ad Pontificem Romanum faverent, sollicitare tentaverit. Nec illum tamen plane eas rejicere ausum fuisse, utpote quas *suscipiendas esse ad instructionem venerabiliter* dicat, sed eas solum infra autoritatem sacrorum canonum collocasse. Ista vero procella transacta, non tantum a Pontificibus sequentis ævi Leone IX & Innocentio III, sed ab omnibus scriptoribus ecclesiasticis canonumve collectoribus, Anselmo, Ivone, Gratiano, & aliis, qui recensentur, quamplurimis, Epistolas illas Isidorianæ collectionis allegatas fuisse. Examinantur in sequentibus Magdeburgensium, Petri de Marca, Hincmari Remensis & aliorum contra has epistolas argumenta, quarum *γνωσιότης* porro ex Capitulis Hadriani I Papæ, notisque ad ea Antonii Augustini, quem perperam pro sua opinione P. de Marca & Phil. Labbe allegaverint, ostenditur. Quamvis autem autoritatem harum Epistolarum tueatur Reverendissimus Autor, negare tamen non potest, plerasque earum interpolationibus aliisque defectibus misere esse deformatas. In corruptionum illarum autorem peculiari capite inquiri, quem neque Isidorum illum Mercatorem, neque Setubensem esse, ex Diss. I manifestum putat. Theodisclo Isidori Hispalensis successori ut eas tribuamus, Ildephonsum Toletanum forte persuadere posse ait, qui alia quoque antecessoris sui scripta eum in odium fidei turpiter corrupisse dicat. Verum cum ille locus Ildephonsi in Continuatione ad Chronicon Isidori quædam minime cohærentia & falsa contineat, eum ab aliquo sciolo allurum, adeoque parum conjecturæ ei innixæ fidendum esse, persuasum Autor habet. Et reliquis quidem omnibus contra illam Ildephonsi narrationem objectionibus, quæ suspectam eam reddunt, forte responderi posse monet; illam autem insuperabilem videri, quod dicatur Theodiscus Christum cum Patre & Spiritu S. non unum verum Deum, sed adoptivum solum statuisse; id quod omnino falsum sit. Nec ullam Theodiscli seculo VII reperiri mentionem, ne in Isidori quidem Pacensis Chronico, in quo Hispalensium Episcoporum res, ab initio fere seculi VII usque ad medium octavi, ex instituto enarrantur. *Istam itaque de*
- p. 71.
- p. 72.
- p. 74. 77.
- p. 81.
- p. 83.
- p. 85.
- p. 86.
- p. 87.
- Theo-

Theodisco narrationem, adulatoris cujusdam Toleranoꝝ Præfulum esse assumentum, qui duodecimo seculo in exemplar Continuati-
onis S. Ildephonsi ad Chronicon S. Isidori illud intruserit. Ignotum
autem esse interpolatorem harum epistolarum tandem concluditur, &
huic dissertationi, postquam Binii quoque suffragia pro illis allata fuis-
sent, finis imponitur.

p. 88.

Dissertatio V tota Petro de Marca & Stephano Baluzio opponi-
tur, qui illis epistolis antiquatos fuisse sacros præscz Ecclesiæ Canones,
& novum jus obtrusum existimant, ille L. 3. de Conc. Sacerd. & Imp.
cap. 5, hic in Præfatione Dialogis Antonii Augustini, anno 1672 Parisiis
cum notis ab eo editis, præmissa. Solicite hic Patribus IIX & IX seculi
ignorantiæ & negligentię labes, qua eos Baluzius præcipue adsperserat,
detergitur, opponunturque ei Patres horum temporum eruditione
non minus quam zelo pro ecclesiæ disciplina conspicui, Gregorius II
Papa, Beda, Damascenus, Andreas Cretensis, Agobardus, Servatus Lupus,
Ado Viennensis, Hincmarus Remensis & alii, qui longo ordine
recensentur. Deinde & Autori errare videtur Baluzius in eo, quod
primum omnium Ingilramnum Metensem Archiepiscopum contra di-
vinos Canones jus antiquum convellere ausum fuisse dicit, *quando pro
sui causa agebatur*; interposita nimirum appellatione ad Hadrianum I
Papam, & oblatis ipsi Capitulis collectis ex novitiis veterum Pontifi-
cum Epistolis. Multo enim, inquit Noster, antea Hadrianus Capitula
prædicta tradiderat Carolo Magno, anno scil. 774, quod constat ex T.
VI Collect. Labb. Concil. col. 1800. Deinde autem multis post annis
idem Hadrianus tradidit Capitula Ingilramno anno 785, *quando pro
sui negotii causa agebatur*; ut habetur tomo citato VI col. 1828: ut diu
adeo ante litem Ingilramni, inductum fuerit jus Baluzii opinioné no-
vum. Omnium inde illorum seculorum Pontificum historiam percur-
rit, & sub illis nihil tale commissum, quale cum Marca Baluzius obje-
cit, ostendit. In specie vero sub Nicolao I ex istarum Epistolarum Col-
lectione novum obtrusum jus haud fuisse, dissertatione VI tota pro-
bare nititur, Nicolaique in causa Rhotadi & Hincmarorum proceden-
di modum e Cabasutio potissimum vindicat. Jus enim Episcoporum
appellandi ad Sedem Apostolicam a Synodis Provincialibus, in hisce
Epistolis, præcipue verò Melchiadis Papæ ad Episcopos Hispaniæ, sta-
bilitum quod attinet; non novum illud fuisse, Autor dissertatione VII

p. 91.

f. 92.

p. 94.

p. 97.

p. 103.

p. 105.

contendit; utpote quod ipse, alieno licet ab Ecclesia Romana animo, agnoscat, istudque appellationis forum Occidentalibus Episcopis concedat Balsamon, in nota ad Canonem III Sardicensem. Orientales vero etiam ad sedem Romanam appellare solitos fuisse, ex Montani, Floriani & Blastii historia apud Eusebium H. l. 5, c. 15. & 18, ut & Praxæ apud Tertull. l. 1. adv. Praxæam, patere sibi persuadet. Prolixi essemus nimis, si omnia hujus rei exempla & testimonia ab eo allata recenseremus. Insistit tamen præcipue Canoni IV Concilii Sardicensis, quem semper Pontifices, qui post illud Romanam sedem tenuerunt, in praxi sua observasse ostendit. Indeque merito etiam Nicolaum I contra Hincmarum Remensem, qui in Rhotadi Romam appellantis locum, alium ordinaverat, eum tueri, non vero novum, ut Baluzius putet, jus invehere voluisse tradit.

p. 110.

p. 117.

p. 118.

p. 124.

Dissertationi octavæ materiam ei dedere verba Præfationis Isidori, quibus Capitulorum Concilii Nicæni numerum vicenario majorem facere videtur; quod cum eruditorum fere omnium opinioni contrarium sit, utriusque partis, tam Isidori scilicet, quam eorum qui aliter sentiunt, argumenta proponit. Et Isidori quædam levia quidem esse fatetur, firmiora tamen etiam nonnulla ipsi videntur, quæ confirmat, & nova aliqua illis addit. Inter postrema insuperabile fere esse judicat, quod ex Julii I & Leonis I Pontificum Romanorum duabus epistolis depromit. In priori enim, quam referat Athanasius in Apologia II, Julium meminisse decreti cujusdam Concilii Nicæni, de prioris concilii actis in posteriori concilio examinandis, indeque probare, ritè susceptam fuisse a sede Apostolica causam Athanasii, post judicium Tyria Synodi. At nihil ejusmodi legi inter XX Canones Nicænos nunc extantes; unde alium ab iis Canonem initio Nicææ editum fuisse pateat; quod & allegata Leonis epistola, quæ scripta sit ad Theodosium Juniores, confirmet, utpote in qua eadem e Nicænis Canonibus allegentur. Equidem respondet ad posteriorem locum Petrus de Marca, nomine Canonum Nicænorum intelligi Sardicenses; verum obstare illi exceptioni epistolam Julii Autor monet, quæ plane eundem Canonem citet, & ne effugiis locus sit, in MAGNA SYNODO eum Nicææ sancitum dicat, quo nomine solam Nicænam Synodum apud veteres vocari nemo ignorat. Ut taceamus expresse a Leone quoque nominari *Canonem Nicææ habitorum decreta*, quæ a totius mundi Sacerdotibus con-

siunt

sicut a sint; quod idem in Sardicensem Synodum nevitquam quadra-
re Autori videtur. Ne autem Julius etiam errasse dicatur, pro Sardicensi
Concilio Nicenam allegans, appellationem Athanasii ad eum, cujus
occasione epistolam illam scripserit, ante Sardicensem Synodum fa-
ctam fuisse, ex Theodoret H. E. L. 2. c. 4. aliisque argumentis ostendi-
tur. Præterimus alia antiquitatis testimonia, quibus verum numerum
Nicænorum Canonum vicenariio majorem fuisse probare nititur, (li-
cet supposititios canones a Turriano & Abrahamo Echellensi reliquis
ex Arabico adtextos rejiciat) ut & ea quæ de judicium Provincialium
Synodorum contra Petrum de Marca prolixius disserit: ad ultimam
enim primæ hujus Apparatus partis dissertationem pergendum.

p. 125.

p. 126.

p. 127.

p. 129.

p. 134.

In ea de Conciliis Hispaniæ, prioribus tribus seculis a Jacobi A-
postoli discipulis congregatis, agere constituit. Cum enim nec in Isi-
dorianæ Collectionis ullo manuscripto, aliquod Eliberritano antiqui-
us Concilium invenerit Garfias Loaisa, nec in editis ullis Collectioni-
bus tale compareat; & tamen nonnulli eorum, qui post annum 1594
Hispaniæ res descripserunt, plurima, Toleti præsertim & Hispali ante
illud celebrata commemorant; operæ pretium visum fuit, in horum
historiam inquirere. Et primo quidem de Concilio, quod Ilberi sub
Aloto Neronis judice seculo primo coactum Lucius Dexter ait, agitur,
ut & de alio in Cherronenſi urbe prope Valentiam eodem seculo ha-
bito. De illis tamen Conciliis, præter Dextri Chronicon, nulla allega-
ri monumenta videmus, quod licet ipsi Reverendissimo Autori sit lu-
spectum, ob Neronianæ tamen persecutionis in Hispaniis tum favien-
tis, (teste notissimo Hispaniæ marmore, Neroni *ob provinciam latroni-
bus, & his, qui novam generi humano superstitionem inculcarant, pur-
gatam* sacratio,) furores, firmandæ fidei gratia concilium fuisse coactum,
non improbable illi videtur. Cum vero a Jacobi discipulis concilia il-
la celebrata Lucius Dexter addat, ista occasione ad examinandum Ja-
cobi in Hispanias adventum delabitur, quem constanti Patrum a se-
cundo ad XIII seculum traditione ex instituto confirmat. Dubitasse
quidem de illo Jacobi ad Hispanos Apostolatu ipsum Baronium
in Annalibus fatetur (licet antea in Martyrologio eum confirmasset)
sed iis præcipue seductum, quæ apud Garfiam Loaisam de contentio-
ne inter Rodericum Toletanum Archiepiscopum ab una, & Bracca-
rensem, Tarracensem ac Compostellanum Archiepiscopos ab altera
parte

p. 136.

p. 137-149.

parte, in Concilio Lateranensi generali anno 1215 celebrato, circa primatum ecclesiarum Hispaniæ, relata vidit, in qua Rodericus illum Jacobi in Hispanias adventum negaverit. Verum Baronianum istud fundamentum jam evertit, totamque illam concertationem confictam esse ostendit, præter Franciscum Macedo, Marchio Mondexarenfis, libro anno 1682 Hispanico idiomate in lucem edito *de Predicatione S. Jacobi in Hispania*. Nec quicquam post Baronium attulisse Natalem Alexandrum Eminentissimus Autor existimat, ad quod in modo laudato opere responsum non fuerit. Repetit tamen interea ejus pariter ac reliquorum adversariorum objectiones præcipuas, & responsiones ad illas solícite subnectit. Quo factò ad Concilia primorum seculorum, de quibus agere cœperat, redit, de quibus tamen cum ex aliis monumentis, quam suspectis Dextri, Maximi, Helecz, Luitprandi, Juliani Perez, & Hauberti Hispalensis Chronicis, ipso agnoscente nihil constet, non est, cur illis ulterius immoremur, quin ad secundam partem Apparatus partem transeamus.

Hæc tota vindicandis & illustrandis summorum Pontificum Isidorianæ collectionis ad Hispanos epistolis, quas una exhibet, impenditur. Absolvitur autem dissertationibus quinque, quarum prima, quæ decima est numeratis omnibus Apparatus dissertationibus, Anteri Papæ ad Bæticæ & Toletanæ provinciæ Episcopos literæ, contra criticos modernos, Ferdinandum imprimis Mendozam, qui lib. 1 in Concil. Eliberit. c. 3 eas impugnavit, defenduntur. Cumque in illis translatio Episcoporum ab una sede in aliam stabiliatur (unde etiam Emmanuel Schelstratus argumentum ad impugnandas illas desumpsit, quod totis novem prioribus seculis concessam eam haud putet fuisse) occasio inde Autori nascitur tota dissert. XI de illa translatione agendi, quam, nisi temere fiat, licitam tum fuisse, exemplis ex Auxilio, Nicephoro, Toletanoque concilio X, XII & XVI petitis, ut & ex quamplurimis seculi VII Canonibus & Decretis Romanorum Pontificum confirmare nititur. Dissertatione vero XII de translationibus Episcoporum, ambitione aut avaritia suadente factis agit, quas quam tum Anteri literæ, tum alii quoque Ecclesiæ Canones severe prohibeant, fuscè demonstratur. Id quod ex doctrina Romanæ Ecclesiæ de conjugio spiritali Episcopi cum sua Ecclesia confirmatur, causis indicatis quæ legitimam translationem reddere queant. In dissertatione sequenti

ti XIII, Lucii epistola ad Gallia & Hispania Episcopos vindicatur, Difficillimum est, quod ei opponitur ex subscriptione argumentum; ad quod tamen ita respondet Autor, ut cum Chronotaxi tam Baronii quam Onuphrii Panvini & aliorum eam conciliet, sive secundum sive tertium Galli & Volusiani Consulatum pro hypothesium diversitate in illa intelligens. In dissertatione denique XIV, de Basilidis & Martialis causa, ex Cypriani epistola ad Felicem Presbyterum & Laelium Diaconum, primum agit, de qua prolixè Baronii verba allegat; in quo tamen non probat, quod Felicem Cæsaraugustæ faciat Episcopum, quem *Felicem* quidem *de Cæsaraugusta* in allegata epistola Cyprianus vocaverit, non Episcopum tamen, sed Presbyterum dixerit, Manifeste enim duos Felices a Cypriano distingui, quorum ille quem *de Cæsaraugusta* dicit, non nisi ejus urbis Presbyter fuerit, alter vero Legionensis forte vel Asturicensis Episcopus, propterea, quod cum Sabino in Basilidis & Martialis locum, quorum ille Legionensem, hic Asturicensem sedem, antequam condemnarentur, tenerant, surrogatus fuisse videatur. Porro epistola Cypriani allegata cum paucis quibusdam notis exhibetur, cui Xysti II, Dionysii, & Eutychiani ad res Hispania pertinentes epistolæ subnectuntur vindicanturque. De postrema fatetur, eam, prout nunc jacet, non nisi difficillime defendi posse; scriptam tamen ab Eutychiano contra hæresin Pauli Samosatani probabile esse putat; tamen nec id inficiatur, vehementem suspicionem esse, quod interpolata postmodum ab alio fuerit.

p. 205.

p. 225.

Apparatus denique pars tertia ea, quæ Ordinem in Conciliis Hispania servatum, Viam item Regiam, & Exhortationem ad Regem, quæ tria in Collectionibus Conciliorum tum manuscriptis, tum excusis, præmitti solent, exhibet; quæ unica & decima quinta quidem dissertatione a Reverendissimo Autore illustrantur.

Apparatu hæc ratione finito, Ferdinandi Mendozæ, (qui delicatius licet a parentibus, Joanne Hurtado de Mendoza & Agnete a Ribera, Ducibus *del Infantado* & *de Alcala* progenitis, esset educatus, ad summum tamen eruditionis pervenit fastigium, disputationibus de Pactis anno 1586 editis & ab eo juvene admodum conscriptis etiam clarus) de concilio Illiberritano confirmando ad Clementem VIII Libri tres exhibentur integri. Illis præter Garfiaz Loaisæ in idem Concilium notas, Binique, Gabrielis Albaspinazi, & Emmauelis Gonzalez Tel-

p. 241.

lez observationes, quæ jam olim typis excusæ fuerunt, etiam novæ Autoris nostri adjiciuntur. Finire sic liceret nostram de primo hoc tomo relationem, nisi ex postremis specimen aliquod mensæ quasi secundæ loco Lectoribus nostris apponendum esse censeremus.

p. 295.

Inter Episcopos itaque, quorum nomina Illiberritano Concilio præmittuntur, primo statim loco comparent Felix Accitanus, & Sabinus Hispalensis Episcopi. Esse illos eosdem cum iis, quorum in paulo ante memorata epistola sua mentionem fecit Cyprianus, Binii fert sententia. Verum aliter Autori nostro videtur. Illos enim in Legionensi & Asturicensi Episcopatus Basilidi & Martiali libellaticis subrogatos fuisse. Quomodo autem, inquit, credi potest, eosdem fuisse postea translatos ad Accitanam & Hispalensem Ecclesiam? Nec enim illo tempore in occidentali Ecclesia translationem illam fuisse in usu, nec aliquam illo tempore hujusmodi translationis deprehendi necessitatem; nec probabile esse, duos illos viros, Cypriani ætate ordinatos Episcopos, ad annum usque CCCIII, quo celebratum fuit ex mente

p. 303.

p. 309.

ejus hoc Concilium, vitam extendisse. Patricium Malacitanum Episcopum, cujus nomen inter eos, qui Concilio huic subscripserunt, etiam extat, eundem cum Patricio celebri Hibernorum Apostolo existimantes, miseratione potius quam refutatione dignos esse monet. Theodiscum illum, cui tribuitur falsatio Isidoriani de Scriptoribus Eccl. libri, & inter alias ea quoque, quæ ad denigrandam Osii famam in eo reperitur, nunquam extitisse, supra Autor docuerat. Illam igitur de Osio ejusque exitio miserabili fabulam a Marcellino Schismatico inventam videri putat, posteaque in librum Isidori irrepisse. Id vero prætereundum minime arbitramur, quod Autor candide moneat, fraudibus & falsationibus innumeris scatere Pseudo-Chronica illa Dextro,

p. 321.

Maximo, Helece, Luitprando & Juliano Perez a *P. Hieronymo Roman de la Higuera*, omnium illorum artifice & totius Ecclesiasticæ Hispaniarum Historiæ, quantum in ipso fuerit, corruptore supposita. Quem admodum & in *Tamayum de Salazar* invehitur, qui ex turbidis illis & fæculentis lacunis figmenta innumera in Martyrologium suum Hispanum derivaverit; imo qui non contentus aliena venditare commenta, de suo plurima adjecerit, & Maximo aliisque viris gravissimis affixerit scripta, quæ tamen partim ab ipso, partim ab aliis ejus convictoribus in domo illustrissimi D. Didaci de Arce Reynoso, absque ullo inge-

ingenio composita fuerint. Sed ut ad alia progrediamur, subdubita-
 verat Mendoza in Commentariis ad Canonem Iliberitanum 33, an
 Paphnutius ille, qui in Concilio Nicæno iis indulgit usum matrimonii,
 qui nuptias rite contraxerant ante sacrum ordinem susceptum, cum eo,
 qui postea in hæresin Meletianorum lapsus est, teste Epiphanio Hær.
 LXIIX, idem sit. Diverfos existimat Autor, quod nihil eorum, quæ de
 illo Ruffinus, Theodoretus, Sozomenus & Nicephorus narrant, de
 hoc ab Epiphanio referatur. In nota ad Canonem Iliberitanum 34,
 ubi de cereis in cœmeteriis per diem non incendendis agitur, docte
 ostendit, ante seculum undecimum in templis cadavera fidelium non
 fuisse sepulta, ne ipsorum quidem Regum & Imperatorum, & de ce-
 reorum quoque ad eorum sepulcra usu differit. Contra Joannem
 Morinum, qui l. 8. c. 23. de Sacram. Pœnit. adductis aliquot Patrum lo-
 cis, Sacramentum istud a Diacono in necessitatis casu administrari posse
 existimat, ostendit loca illa Patrum nihil aliud probare, quam quod
 absente Sacerdote & urgente extrema necessitate, ex delegatione Epi-
 scoporum audiverint lapsorum confessiones quandoque Diaconi, non
 ut illos absolvent, sed ut veram eorum contritionem explorarent,
 qua cognita in articulo mortis pacem ipsis dare ac subinde Eucharisti-
 am administrare potuerint.

Cæterum sicut disciplinæ ecclesiasticæ Reverendissimus Autor
 est studiosissimus, cujus restaurationem hoc opere præcipue animo a-
 gitasse videtur: ita nullus Hierarchiæ gradus est, qui sua passim hic
 non inveniat monita. Duo saltem adhuc, quæ Missionarios spectant,
 loca allegare liceat, quorum altero reprehendit eos, qui *Ἐρησοφάρται*
 quadragesimalem orientalium ecclesiarum improbare sustinent; altero
 eos, qui nimium faciles sunt in admittendis ad baptismum infidelibus
 nondum satis instructis. Sed jam satis est. De illo tamen quo minus Le-
 ctiores nostros adhuc moneamus, impetrare a nobis non possumus,
 quod trium librorum Bibliothecæ Hispanæ Nicolai Antonii, qui in-
 editi adhuc apud Autorem extant, propediem editionem sperare nos
 jubeat.

APOLOGIA PRO ACTIS SANCTORUM CONTRA ADM. R. P.
Sebastianum a S. Paulo, Provinciale Carmeli Flandræ-Belgici.
Auctore CONRADO JANNINGO, e Societate JESU.

Antuerpiæ, apud Henricum Thieullier, A. 1695. in 8.

Constat plag. 11 $\frac{1}{2}$.

ETiamli, qui Acta Sanctorum jam ab annis bene multis singulari studio illustrant, Societatis JESU Patres, multis se subinde dictis pariter scriptisque contrariis impetitos fenserunt; diu tamen ad ea tacendum sibi rati sunt, præcipue, cum hanc eorum mentem suffragia illustrium Viroſum non pauca confirmarent. Ast primus tandem rumperere silentium instituit Conradus Janningus, quem post decessum Henschenii a clarissimo Papebrochio socium laboris assumptum esse, dudum in Actis nostris A. 1689. p. 58. indicavimus. Ordinis nempe Carmelitani in Belgio Provincialis, P. Sebastianus a S. Paulo, Romam A. 1683 ad Innocentium XI transmiserat *Libellum Supplicem pro origine & antiquitate Ordinis Carmelitarum, variisque illius historiis*, eum quidem potissimum in finem, ut quereretur de Daniele Papebrochio, qui Bullas Pontificum in favorem illius Ordinis publicatas, tanquam commenta & imposturas exploderet. Verum cum nihil obtinisset hic libellus, secuta est post decem annos ab eodem concinnata *Exhibitio errorum*, quos in Sanctorum Actis Papebrochius commiserit. Accessit etiam *Motivum juris* pro hac Exhibitione, Motivumque insuper *Appendicem* peculiarem nactum est. Cuncta autem hæc Innocentio XII. Ecclesiam Romanam hodiernum moderanti Auctor obtulit. Singulis ergo quædam opposuit Janningus, & Libello quidem Supplici *Inſtructionem* suam brevem, Exhibitioni errorum *Epistolam familiarem*, Motivoque juris *Expoſtulationem amicam*. Quæ omnia uno hoc volumine complecti, & quodam, ceu appellat, *Post-Scripto* ad Appendicem Motivo juris annexam directo, augere ipsi placuit.

In *Brevi Inſtructione* ad Libellum Supplicem, quæ primo loco heic comparet, Janningus ante omnia vindicat silentium, quod Patres Acta publicantes circa antiquitatem & originem Ordinis Carmelitarum tenuerint, ubi ad S. Bertholdi primi Carmelitarum, quem ipsi ita nuncupent, Prioris Generalis Acta pervenissent. Provocatos tamen eos per P. Francisci Bonæ Spei *Historico-Theologicum Carmeli Armamentarium*, rationes silentii Tomo I. Aprilis pag. 769 seqq. exposuisse notat. Quo ipso a suis, quos defendendos suscepit, declinat factam in Libello Supplici imputationem, quasi ipsi primum offensionis lapidem posuissent. Cæterum a Papebrochio, per minorem reverentiam Bullis ali-

quibus

quibus delatam, lædi negat majestatem Pontificiam, cum istas apocryphas esse pridem demonstraverit. Libelli Supplicis Auctorem, dum ex Bulla Papali hæc verba pro se allegat: *Carmelitas sanctorum Prophetarum, Elia, Elifui, & Enoch successionem hereditariam tenere*; non obscure Carmelitici Ordinis institutorem ait constituere ipsum, qui septimus ab Adamo fuit, Enochum, & adeo longius adhuc transcendere Eliæ tempora. Nihil facere ad evincendam antiquitatem Officia Ecclesiastica per sacram Congregationem Rituum aut permissa aut approbata; cum nihil certe impediatur, quo minus falsum subesse possit historiis subtili approbatione legi permissis, aut eruditis circa illas disputare liceat: uti v. g. Congregatio patitur, quæstionem agitari de Dionysio, Parisiensium patrono, an scilicet is idem sit (quod Breviarium Romanum manifesto asserat ad d. 9. Octobris,) cum Arcopagita, an vero diversus? uti & de aliis, quæ allegat, disputari ne utiquam veterit. Multo minus illum injurium censeri posse Ordini cuiuspiam, qui ab ejus Breviario ac traditione particulari, nixus bona ratione & autoritate Historicorum alicujus notæ pene omnium, recedat. Nec attendenda testimonia scriptorum in Libello Supplice pro Carmelitis allegata. Antiquiores enim, qui citentur, auctores fidei suspectæ aut omnino nullius esse; recentiores vero neque ex professo ac studio proprio, sed unius fere Abulensis fide antiquitatem prætentam obiter attingere. Quid? quod plerique asserant, Eliam *tanquam* patronum atque institutorem esse Carmelitarum, Carmelitas *quasi* posteros Eliæ esse, nem hanc *quasi* hereditariam successionem in monte Carmelo tenere. Nihil autem horum negare Papebrochium, qui Carmelitas Eliam suum *ducem, patrem, auctorem*, & si ita velit, *institutorem* vocare posse doceat eo sensu, quod per revelationem Prophetæ & jussu ejusdem Ordo Carmelitanus tempore Bertholdi initium sumserit; quemadmodum Ordo Servorum S. Mariæ ob similem revelationem hanc *fundatricem suam* nuncupet. Unum interea deprecari ipsum, ut ne rem incredibilem, & Acta Sanctorum scribenti maxime importunam admittere cogatur, videlicet, Ordinem religiosum a Christo nato duodecim fere seculis extitisse, & toto illo tempore nulli Scriptorum distincte innotuisse; eundem continuatum sine interruptione a temporibus Eliæ, ad duodecimum usque Christi seculum; idque auctoribus aut domesticis traditionibus seculo duodecimo multum junioribus debere credi. Quod superest, affirmare

R. 3 quidem

quidem ait Sebastianum in Libello Supplice, interdictam esse Papebrochio ulteriori circa rem controversam scriptione; sed hoc nimis temere affirmasse monet, quamvis re ipsa Papebrochius silentium sibi imposuerit, existimans, hactenus allata a se argumenta ad eliciendâ quæstionis veritatem satis esse veritatis amantibus; nulla satis unquam fore aliter affectis.

In *Epistola familiari* respondet ad Exhibitionem errorum, quam inter alia Patribus Jesuitis in Actis hifce occupatis id exprobrare docet, quod Constantinum Magnum non a S. Silvestro Papa Romæ, sed ab alio Nicomediz, sub vitæ finem salutari fonte lavatum affirmant; quod Evangelistam Lucam fuisse pictorem medicumque, sibi haud persuadeant, quod imagines omnes, quæ a Luca pictæ ferantur, revera tales esse, non admittant; quod historiam inventionis sanctæ crucis repudient, & quod istius generis plura suis scriptis immisceant. Sed talia passim ab eruditis laudari atque assumi respondet, æ imprimis de baptismo Constantini id ostendit, varia in medium adducens suffragia, quæ antiqui pariter ac recentiores eidem tantopere ab accusatore taxato præbeant. Objici deinceps notat Papebrochio, quod per imposturam agat. Sed uti crimen hoc ab ipso amolitur Noster, ita ejus potius Carmelitanos reos arguendos docet. Objici Papebrochio, quod nonnulla teneat in re historica, quæ Lutherus, Calvinus, Læunojus, ac Natalis Alexander docuerint. Sed cur e Scriptoribus prohibitis (quam Lutherum Calvinumve nunquam legerit Papebrochius,) ea, quæ vera sunt, colligere non liceat, nondum se perspicere fatetur; quinimo & ipsos Carmelitas pro se adducere auctores ab Ecclesia proscriptos ostendit. Dixerat adversarius, quod Papebrochius Antverpienses a præputii Christi, quod apud ipsos esse hactenus quamplurimi crediderint, possessione detrudere videatur. Enimvero tantum id ab ejus mente abesse Noster regerit, ut contraria potius omnia disertis illum verbis adstruxisse deprehendas. Metum, quem ille Præmonstratensibus incusserit, quod in Tomo Junium mensem inchoante eorum Ordinem Patres impugnaturi sint, pro frustraneo latius declarat. Denique quam nihil valeant conquistæ Censorum auctoritates ad conciliandam dicterius antagonizæ veritatem, sub exitum epistolæ demonstrandum sumit.

Sequitur *Amica Expostulatio*, quæ præcedentem epistolam adversus Motivum juris, quod eandem excepit, tuetur. Atque heic non
 adeo

adeo prolixè indicabimus, quo pacto Janningus suo adversario obedientiam Sedi Pontificiæ non satis præstitam objiciat; ut eum tanquam juris admodum imperitum ex ipsa Motivi juris editione sistat; ut, quæ de præputio Christi Antverpiensibus a Papebrochio minime negato, deque nulla Præmonstratensibus illata ab hoc injuria ibidem scripsit, defendat; ut Censores Exhibitionis errorum partem alteram inauditam condemnasse prober. Ea potius, his missis, referemus, quæ maximam hujus Expostulationis partem conficiunt. Denuo nimirum agitur controversia de baptismo Constantini. Eusebio enim cum fidem negasset adversarius, hinc illius sanctitatem non minus atque fidem historicam Janningus defendit. Ille auctoritatem Socratis, Sozomeni, Theodoreti, Athanasii, & Synodi Ariminensis trecentorum & amplius Patrum Catholicorum affirmantium, sub finem vitæ Constantinum fuisse baptizatum, evertere se posse existimaverat, dicendo, Epistolam illam Synodicam, quæ a prædictis recitetur auctoribus, intelligi debere de Constante, non de Constantino, sub finem vitæ baptizato; id quod Baronii idem sentientis calculo firmaverat. Ast respondet hic, Baronium inductum in hanc mentem, quod in Athanasii Latina versione A. 1564 edita Constantis nomen legerit; qui si textum Græcum A. 1600 primo impressum & ex novem codicibus manuscriptorum concinnatum, si eandem quoque epistolam apud Labbeum & Cossartium Græce extantem evolvisset, viso utrinque Constantini nomine sententiam suam procul dubio mutaturus fuisset. Postquam dehinc loca Hieronymi & Ambrosii, pro baptismo Nicomediensi facientia, explicuit & illustravit, rationes illas dissolvere aggreditur, quas pro baptismo Romano in medium antagonista produxit. Provocavit is ad fidem Concilii Romani sub Silvestro coacti; sed illius Canones dudum ceu supposititios rejectos Noster obtendit. Laudaverat ille Acta Silvestri, quæ similem in modum pro sua militent sententia; hic vicissim ea pluribus deturpata dicit mendacis, etiamsi puriora fuerint ab initio. Provocaverat ille ad auctoritatem Adriani Papæ, (qui, ut observat Noster obiter, non IV sit, ut eum cum errante vocet Ciacconio Sebastianus, sed I;) ast hic ipsummet Papam Actis Silvestrinis jam corruptis usum contra innuit, tamen si primus ille sit idoneus auctor, qui de baptismo Constantini Romano ex Actis Silvestri meminert, & Gregorius Turonensis ei anteponi vix queat, cum verba hujus

hujus in hoc negotio vulgo allegari solita aliud quid inferant. Postremo tabulæ in basilica Lateranensi fidem appellarat ille; verum hic parum eam fidei mereri observat in re antiquissima, quandoquidem ipsam initio hujus seculi primum scriptam esse satis pateat. Præter excussam ad hunc modum de baptizato Constantino quæstionem, observationem de Enocho subnectit Auctor. Reprehensus is in Juris hoc Motivo fuerat, quod per Enochum, in allegatis superius a Libelli Supplicis conditore Bullis Pontificiis, nominatum intellexerit Enochum veteris Testamenti, cum certe innuatur potius Enochus de Amathim, qui septimus inter discipulos LXXII a Christo electos cum S. Marco Evangelista perrexit in Ægyptum, & post martyrium S. Marci reversus in montem Carmeli ibidem sanctissime vixerit, annoque Domini LXIV obierit. At enim vero fieri haud posse Noster reget, ut prudens quisquam talem credat intelligi a Sixto IV, cum hic Bullam suam A. 1477 publicari fecerit, Enochi vero de Amathim primus omnium Palæonidorus anno demum illius seculi 97 in edito tunc absque se Fasciculo tripartito mentionem injecerit. Insuper vero hæc observat, quæ processu vulgo canonizari Sancti solent, quos aliqui exoptent tales esse. Enochum enim hunc ignorasse dicit Patres Carmelitas paulo antiquiores, recentiores induxisse in mundum, recentissimos etiam invexisse in coelum, atque inter Sanctos auctoritate sua collocasse. Anno nimirum 1627. Petrum Thomam Saracenum in Menologio Carmelitarum inter Sanctos ac Beatos recensuisse Beatum Enoch Episcopum. Deinde in libello Gallico Valencenis A. 1659 impresso, & A. 1681 Namurci tertium edito auctoque cum nomine Auctoris, R. P. Philippi a Visitatione, Religiosi Carmelitz, sub titulo: *Breviaire des Confreres Et Confreres du S. Scapulaire de N. Dame du Mont Carmel*, h. e. Breviarium confratrum & confororum sacri Scapularis S. Mariæ de Monte Carmelo, inter præcipuos Ordinis Sanctos referri Enochum, Episcopum Confessorem. Extare etiam alium librum, secundo editum Valencenis A. 1670, qui contineat Martyrologium Sanctorum Ordinis Carmelitarum, ubi in Calendario præmissò ad d. VII Julii legatur S. Enoch de Amathim, Episcopus Nicopolitanus. Hujus ergo sanctitas si ejusmodi porro augeatur incrementis, metuendum esse, ne mox etiam collocetur in Breviario Ordinis, atque Officio & lectionibus propriis ornatur is, de quo nondum constat, an in mundo fuerit. Plura quoque

addix

addit obvenire in eodem Calendario, quæ risum sibi & commiserationem moveant, quando v. g. inter præcipuos Sanctos Ordinis Carmelitani legat diebus 9, 19, 22, 27, 28, solus Januarii, *Telesphorum ac Dionysium*, Pontifices Romanos, *Anastasium Persam* Martyrem illustrem, *Joannem Chrysostrum* Doctorem Ecclesiæ, & *Cyrrillum Alexandrinum* Episcopum; quorum tamen nullum fuisse Carmelitam notissimum sit. De cætero per commodam occasionem delatus Auctor clarissimus ad inimicos, qui unquam impugnarunt edita hæc Sanctorum Acta, vulgatos ab ipsis contra ea libellos maximam partem recenser, nosque adeo Lectorem, qui cognoscendis illis studet, ad paginam Apologiæ hujus 100 & sequentes remittimus.

In Appendice ad suum Motivum Juris infimularat P. a S. Paulo Janingum, quasi ausu valde temerario & successu pudibundo astute molitus sit defensionem Papebrochii; damnarat eum illa in re imposturæ manifestæ; accusarat, quod ineptissima glossemata apposuerit summorum Pontificum Bullis; objecerat ipsi, quod sit malevolus criticus a passione sua excoecatus, eo, quod intellexerit in Bullis Pontificum Enochum Prophetam veteris Testamenti. Ab intentatis his criminibus sollicitè se purgat Auctor in Postscripto, & opus quidem non est, ut quæ ad membra singula reposuit, cum tædio fortasse Lectoris allegerimus aut repetamus. Hoc saltem exin decerpimus, multa ipsum disserere de sensu decreti, quod Gelasius Papa in Concilio Romano cum Episcopis LXX congregatus super Scripturis quibusdam qua probis qua apocryphis concepit; multa quoque monere circa quæstiones, an in illo decreto Acta Silvestri cum honore omni suscepta perhibeantur, & an ibi de Historia inventæ crucis Dominicæ idem formetur judicium? Et utrinque negativam propugnare sententiam. Latissime vero Enochum rursus contemplandum sumit, cum inter reliqua id etiam male habuerit Appendicis structorem, quod Noster primam illius mentionem Palæonydoro transcripserit, parum curans, quod ipse hic ad *Historiam Alexandrinam*, librosque *de institutis monachorum*, & ad *Supplementum Sigeberti de illustribus viris* provocarit: idcirco responderetur, constare primo e contextu Palæonydori, quod isthæctrium horum monumentorum allegatio non necessario ad factam de Enocho narrationem, sed ad alia totius tractationis puncta spectet; deinde postulat ex ipsis monumentis afferti loca Enochum de Amathim repræsentantia

tantia; porro incertum esse, quam intelligat Palæonydorus *Alexandrinam historiam*, editamne typis, an nondum editam. Si editam, exhiberi locum postulat. Habere enim se Chronicon Alexandrinum a Radero editum; habere se Chronicon Orientale Latinitate donatum & publicatum ab Abrahamo Ecchellenfi Syro Maronita; habere se manuscriptum codicem de rebus Ecclesiarum Orientalium deque eorum initis & Patriarchis agetem: sed nusquam apparere ullum narrationis de Enocho vestigium. Quod si autem ineditam historiam a Palæonydoro citari Sebastianus a S. Paulo regerat, disquirendum, an ea multum hoc scriptore sit antiquior. Ad eundem modum prolixè dispicit: an *libri de Institutis monachorum* pro idonei auctoris foetu haberi debeant? Asseri eos quidem Joanni Carmelitæ, factò dein Episcopo Hierosolymitano XLIV, a quo Græce seculo ineunte quinto scripti sint. Sed contra, alios inque illa re omnino versatissimos Scriptores auctorem eorum pronunciare hominem non tantum recentiorem, sed & mere Latinum; e quorum numero adducit Theologos ac Professores Universitatis Colonienfis, qui Bibliothecam veterum Patrum A. 1618 Coloniz curarint; Joannem Mariam Brasichellensem, ex Ordine Prædicatorum, Magistrum Sacri Palatii Romæ, ac deinde Episcopum Polymnianensem in Apulia, qui iudicium suum de isto opere A. 1607 in Indice librorum expurgandorum tulerit; Philippum quoque Labbeum Baroniumque prioribus se associantes. Trithemium, encomiasten alioquin Ordinis Carmelitici effusissimum, ad seculi IIX tempora auctoris ætatem notat rejicere, & satis ex eo posse confici, quam incertum adhuc sit, quisnam ille aut qualis fuerit? Imo & in testimoniis Trithemii multa occurrere, quæ cum serie historica communi calculo probata conciliare nullo pacto valeas, usque adeo, ut & Beatus hic Johannes efficiatur, qualis tamen ille a nullo Martyrologorum agnoscat; quamvis ultimum hocce monstrum posterorum potius pepererit religio. Non enim in editione Trithemii prima A. 1494. aut paulo post curata hunc titulum inveniri observat, sed colligit, ab iis esse additum, qui Carmelitica Trithemii A. 1643 Coloniz recudi fecerint. Ultimo, quod ad *Sigeberti de illustribus Viris supplementum* atinet, istud tantum non pro spurio confectoque venditat. Nosse quidem se Sigebertum de illustribus Viris, & esse hunc illum ipsum librum, qui tractatus de Scriptoribus ecclesiasticis vulgò audiat, qui que a Sigebert-

geberto ipso vocetur libellus de illustribus viris. Nosse autem nec se nec quenquam alium eorum, qui ex instituto de libris Sigeberti supplementisque egerint, Supplementum ejus ullum de illustribus viris. Existere tamen Supplementa Sigeberti, sed Chronici ejus; hæc ergo nunc citentur a Palæonydoro, ut inquirat adversarius, in votis habet Auctor; sibi enim non vacare eadem evolvere, ut Enochum de Amathim ex iis eruat. Quibus ita deductis, filum suæ dissertationis abrumpit, testatus adhuc antea, quod neque Patres Jesuitæ minas de libris hisce suis, quibus Acta Sanctorum exhibeant, Inquisitioni Romanæ subjiciendis metuant, nec ipse Janningus proposito Sebastiani a S. Paulo de alio posthac in sui locum ad protrahendam hanc contentionem substituendo terreatur.

*THE HISTORY OF THE TROUBLES AND TRYAL OF THE
Most Reverend Father in God and blessed Martyr WILLIAM
LAVD &c.*

Hoc est:

Historia motuum & inquisitionis contra Reverendissimum in Christo Patrem beatumve Martyrem GVLIELMVM LAVDVM Archiepiscopum Cantuariensem, ab ipso in carcere castri Londinensis consignata. Cui præmittitur Diarium vitæ ejus ex ejus autographo: subnectitur Supplementum ad illam Historiam pertinens.

Londini apud Henricum Chiswell, 1695. in fol. Alfab. 7.

Non potest non magni illius Ecclesiæ Anglicanæ Præfulis Historia commendatissima esse omnibus illis, qui vel suo censu similes illi viros æstimare norunt, vel penitus turbulentorum, sub Carolo Imaginæ Britannicæ Rege, temporum conditionem introspicere cupiunt. Quamvis enim ejus Vitam jam olim a viro in Ecclesia Anglicana satis conspicuo D. Petro Heylino conscriptam habeamus; multum tamen illius fides infra monumentorum, quæ nunc præ manibus habemus, auctoritatem subsidat oportet. Ut illud enim taceamus, quod Vir ille reverendus eorum, quæ in regis conciliis agitata fuerunt, tam accurata instructus esse non potuerit cognitione, quam qui ipse iis interfuerat Præsul venerandus; pluribus in locis ille innititur Diario vitæ Laudianæ

na, prout a Gul. Prynnes insigni falsario juratoque summi illius Viri hoste, q̄tippe a rebellium parte ad ruinam ejus conducto, anno 1644 corrupte publicata fuit. Fateamur igitur nos obstrictos memoriz Whartonianæ, ejusque cineribus quietem occasione ista precemur. Ille enim præmaturo fato patriæ & literariæ reipublicæ ereptus, ultimum quasi vale istorum publicatione dicere mundanis rebus voluit. Præfixit autem universo operi præfationem, in qua partim malevola Prynnei scripta, tum proprio tum Parliamenti seditiosi instinctu in hac causa evulgata recenset; partim ubi tamdiu ista omnia, quæ ipse nunc edit, delituerint, & quomodo ad suas manus pervenerint, exponit, ut facile de fide & autoritate eorum nemo ulterius dubitare queat. Quin ut certior istis omnibus fides constaret, ipsa Reverendissimi Archiepiscopi autographa, ad Collegii S. Johannis, quod Oxoniæ floret, Bibliothecam post fata sua Whartonus transire voluit. Id saltem dolendum, præproperam doctissimi Viri mortem, quo minus secundo volumine aliorum monumentorum ad istam historiam spectantium editionem, quam moliebatur, absolvere potuerit, obtinisse. In quo laudabili proposito, ut alius quispiam inter eruditos Angliæ viros ipsi succedere velit, omnium votis erit expetendum.

Contenti interea iis, quibus permittentibus satis frui nunc licet, pauca ex Historia Laudiana excerpemus, alibi non facile adeo obviam, ut intelligant Lectores nostri, quid emolumenti inde illis liceat expectare. Ut autem de tempestate, quæ lamentabili ictu eum ferit tandem, rectius ante omnia constet, causas adduxisse non pigebit, quibus ipse concitatam eam primum fuisse existimat. Mukum nimirum in animo agitabat Rex, Londinensem adhuc Episcopatum tenente, de quo omnis ille nobis instituitur sermo, Laudo nostro, certæ alicujus in ecclesiis Scoticis Liturgiæ stabiliendæ consilium. In illo promovendo, quæ suæ tum fuerint partes, ingenue fatetur, ubi ad articulos, a Scotis in Parlamento contra ipsum exhibitos respondet. Persequatur deinde istud consilium suum Rex majori cum zelo, postquam ad Cantuariensem sedem Laudus evectus fuisset, idque tandem Scoticæ ecclesiæ Episcopis quibusdam dabatur negotii, ut Liturgiam, ad Anglicanam quam proxime accedentem conficerent. Illa sollicite postmodum examinata & a Rege approbata, typis anno hujus seculi trigesimo septimo mandabatur. Non dissimulat Laudus, Episcoporum illorum errore, qui

P. 75.

p. 88.

P. 75.

qui in generali conventu tractare ista, vel alias vias legibus consentaneas sequi debuissent, Liturgiæ istius introductionem eventu destitutam fuisse, ita ut occasione inde sumta in summam rabiem populus illius regni exarserit. Quamvis veram causam illorum motuum hanc non fuisse, ex processu contra Balmerinum e Scotiæ Magnatibus unum, capitis supplicio paulo ante affectum, manifestum plane reddat. Interea tamen arripiebant Scotiæ Proceres ad seditionem proclives religionis involucrum, quo dudum agitata consilia honeste tegerent, & plebem quoque ad funestam eorum executionem disponerent. Cujus etiam furores anno 1637 in apertam seditionem erumpebant, quam in ipsa Anglia radices suas habere multi suspicabantur. Componebatur tamen ea Bardovici, quo anno 1639 cum exercitu ad comprimendos Scotos rebelles Rex sese contulerat, suatore pacis præcipuo Laudo nostro, qui tamen a rebellibus pro incendiario passim traducebatur. Cum autem nihilo secius tumultuari pergerent Scoti, Parliamentumque ea occasione in Anglia convocaretur ad d. 13. Aprilis anno 1640, mox vero die 5 Maji dissolveretur iterum, Laudo statim omnis dissipati Parliamenti culpa tribuebatur, ad quem vulpis instar venandum libellis famosis plebs Londinensis passim excitabatur. Interea licet Parlamento finis esset impositus, Cleri tamen convocatio jussu Regis & JCorum sententia continuabatur, ubi canones inter alia concinnabantur, in quibus postea nonnulla inventa fuerunt, quæ in crimen Laudo vertentur; licet nemo initio subscribere eis abnueret, præter Glocestriensem Episcopum Gottfridum Goodmannum Papistarum fautorem; qui tandem quidem subscripsit, ab Rege tamen non ideo tantum quod initio renuisset, sed ob alias quoque causas, custodia domui apposita observari jussus est. Hoc tempore, mense scilicet Augusto anni 1640, de novo rebelles Scoti arma Angliæ inferebant, a quibusdam male sententibus Angliæ Magnatibus clam adjuti, tandemque eo rem perducebant, ut Rex congregatum in Scotia Parliamentum confirmare, & in Angliæ quoque aliud convocare versus diem 3 Novemb. cogerebatur. Sub illius initium statim membrorum ejus prodebaturscopus; die 10 enim Novemb. accusatus Straffordix Comes carceri includebatur. Quod negotium ideo tanta festinatione agitatum est, quod ad ipsius notitiam pervenisse constaret perniciofa quorundam consilia, quos criminis majestatis reos peragere propterea volebat. Sed illi rebus astute præsen-

p. 87.

p. 78.

p. 80.

p. 85.

- p. 86. tientes, ruina ejus tegenda sua scelera esse existimarunt. Paulo post d. 16. Decemb. Canones, quorum paulo ante meminimus, *Communium* votis, tanquam legibus & libertati Angliæ contrarii imo seditiosi condemnabantur; & Laudi autoris eorum gesta ut examinarent, quibusdam dabatur negotium, simulque Scotorum contra eum proponebantur gravamina; quorum fersli contra eum scripto, Historiæ huic inserto, *κατὰ νόδα* ita respondetur, ut satis de ejus innocentia constare possit. Nec minus omnes in *codicillo* scripto illi annexo contentæ calumniæ, solide diluuntur, Papiſmum potissimum motasque in ecclesiis Scoticis turbas Viro Reverendissimo impingentes. Hæc tamen qualiacunque essent, efficiebant, ut carceri addiceretur, in quo etiam duo illi cum dimidio menses abierunt, priusquam *generales* saltem contra ipsum conficerentur *articuli*. His, qui ad tria potissimum capita reduci posse videntur, ad propensionem nimirum in religionem Romanam, cujus jugum Angliæ denuo imponere voluerit; ad conatus evertendi leges regni fundamentales, stabiliendiq; absolutum tyrannicumque in Anglia imperium; & denique ad eversionem privilegiorum & jurium Parliamentorum, singulatim respondetur. Audiamus eorum saltem nonnulla, quæ pro sua in religione sinceritate adducere voluit, de qua non Numen solum & quicquid sanctum est, in testimonium advocat, sed rerum quoque a se gestarum narratione eam evincit. Nemo illis temporibus tot, illustres quoque & dignitate conspicuos, a Romana ad Anglicanam ecclesiam homines reduxit: nemo tanto zelo, ac ipse in libro contra Fischerum, Jesuitam, eam impugnavit: nemo majori periculo ob odium in Romanam religionem obnoxius fuit, utpote quem etiam ante Regem, tanquam consiliis suis maxime perniciosum, e medio tollendum judicaverant Conci in conspiratione Papiſtica complices. Quid quod ipsi Scoti, qui publico libello eandem dicam ipsi scripserant, falsitatem rei agnoscentes prosequi eam non fuerint ausi? Id enim, quod ipsius Reginz odium fere liberioribus contra Pontificios in Regiis Conciliis sermonibus meruerit, nunc taceamus. Verum equidem est, nec in Diario dissimulat Illustrissimus Archi-Preful, Cardinalitiam aliquoties sibi a Romana parte, si eam amplecti vellet, oblatam fuisse dignitatem; verum & generosa mente respuit purpuram, & Regi quoque quid ea in re actum secum fuerit, statim aperuit. Nec quisquam sibi persuadeat, plus verisimilitudinis reliquas

liquas accusationis Laudianæ partes habere. Ut illud enim saltem adtingamus, quod Parliamentorum convocacioni eum semper adversatum fuisse dicunt, viam scilicet absoluto imperio in Anglia prætrudendum; (quod crimen Straffordianæ etiam Comiti sunt qui impudent, eum cum Rege, simul ac primam in aula dignitatem esset adeptus, de nunquam cogendo Parlamento pactum esse fingentes;) manifeste falsum id esse evincitur inde, quod in Diario vitæ suæ aperte moneat Laudus, primos Parliamenti A. 1640 convocandi auctores, præter Hamiltonianæ Marchionem, se cum Comite Straffordianæ fuisse. Sed infortunati Comitis hujus cum facta a nobis hoc loco sit mentio, abs re haud fore existimamus, si monuerimus, occurrere ad historiam ejus spectantia quam plurima capite IX Historiæ Laudianæ, vix aliunde petenda. Talia sunt, quod 33 votis in *Demo Communium* absolutus fuerit ille, quorum nomina sub Straffordianorum titulo sequenti die, ut excitaretur contra eos popularis furor, emporio Londinensi fuerint affixa; quod promissum fuerit illi a præcipuis *Communium* capitibus, fore ut eripiatur, quæ illi imminebat, morti, si impetrare autoritate sua a Rege velit, ut Episcoporum ex Ecclesia Anglicana tollatur ordo, quam tamen conditionem generosa mente recusaverit; ut alia nunc taceamus. Accedendum autem nunc esset ad ipsum inquisitionis Laudianæ processum, cum ultra triennium in carcere exegisset Archiepiscopus, demum coeptum, & a 12 die Martii anni 1644 ad finem usque mensis Julii continuatum, actore præcipuo Gul. Prynno, bis antea ad publicum populi spectaculum condemnato, & auribus ob crimina male mulctato; iudicibus vero, qui exiguo semper numero comparebant, Domus superioris Magnatibus. Verum ejus particularia ita sunt comparata, ut, nisi quod ubique fere constantiam, patientiam & probitatem Laudi mirari liceat, non possint non, paucis exceptis, Lectorum tedium movere. Visum tamen fuit inter tot accusationum capita unam seligere, quam ob muratum coronationis juramentum in solenni Caroli I inauguratione, ei intentarunt, cujus mentionem faceremus. Cum enim in illo de *prærogativa Regis* aliquid esset, additum id a Laudo fuisse, præcipue criminabantur. Verum ut taceamus, nullam hac in re, licet etiam aliquid admissum fuisset, ejus extitisse culpam, utpote qui Decani Westmonasteriensis munere tunc fungens, tanquam causa solum ministerialis (licet enim isto nunc uti verbo) in illis so-

lenni-

p. 172.

p. 216.

p. 218.

p. 318.

lennibus versabatur; contrarium apparuit, postquam productus esset liber, quo observatæ in coronatione Jacobi I cæremoniz erant descriptæ, ad quem statim a Laudo, qui ob hoc solum crimen capitis supplicio dignus judicabatur, fuit provocatum: obstiterat enim divina providentia Prynnii consiliis, qui librum istum cum aliis hujus generis malitiose intervertere annis fuerat. Nos vero hujus rei mentionem vel ideo faciendam esse putavimus, quod accusationem istam, monente in præfatione Whartono, nuper admodum (anno nimirum 1693) in sua ad *Majorem* civitatis Londinensis compellatione, repetere placuerit Baroni Atkinsio, qui non absimile quid in coronatione Jacobi II admissum esse addit; quo ipso si Sanctroftianam memoriam lædere voluit Nobilis ille Vir, non minus facile eam Whartonus quam Laudianam vindicari posse existimat. Sed satis de his. Inquisitionis historia finita, brevis Laudianæ defensionis recapitulatio exhibetur, cui subjungitur trium celeberrimorum JCorum, quibus Laudiana causa defendenda data fuit, quos inter magnum postea Angliæ lumen Matth. Hales etiam erat, deductio, qua ostenditur majestatis criminis reum secundum Angliæ leges (statutum imprimis 25 Eduardi III, quo, quid pro majestatis crimine habendum sit, definitur) Laudum ex intentatis illi accusationibus peragi non posse. Nihilominus Domus Communium Laudum, postquam eum contra jura Angliæ, utpote Baronem regni, ad causam etiam coram ipsa dicendam citasset, tumultuosis votis hujus criminis reum pronunciabat, missaque ad Magnates sententia eam confirmari volebat. Hi re diu deliberata, trium supra memoratorum criminum reum quidem eum esse judicabant; ut tamen crimen majestatis ei impingerent, neque Pembrocii Comitæ clamores, neque minæ de populi motibus impetrare potuerunt, cum Judices semper Angliæ leges obtenderent. Cum tamen *Communes* quosdam sui ordinis ad Magnates delegassent, qui & ipso Laudo & Advocatis ejus absentibus, de hoc negotio agerent, illud quoque tandem obtinuerunt. Sed quam paucis ex Magnatibus, quibusve terroribus circumventis id extorsum fuerit, ex Heylino & Ruswortho, (ipsæ enim Archiepiscopus historiam suam hic finit) Supplementum adtexens ostendit Whartonus. De Heroica autem ejus constantia, & patientia, quæ ne Martyrum quidem secula dedeceret, si non aliunde, ex ultimis certe verbis, in theatro, antequam capitis supplicio afficeretur, effusis, abunde

de

de constaret. Exhibentur illa integra una cum testamento ejus ad calcem hujus Historiæ, nec non responsio ad Sayi, unius ex Angliæ Proceribus, orationem, qua in Parlamenti confesso Liturgiam Anglicanam oppugnaverat. Postremo subjunguntur & huic volumini relationes, quas dum Archiepiscopalem cathedram tenuit Laudus, de ecclesiarum provinciæ suæ statu Regi quotannis exhibuit, ab anno 1633 usque ad annum 1639; & Prynii liber occasione conspirationis Cuneanæ de evertenda Angliæ libertate & religione scriptus, cum notis marginalibus Laudi, quibus adspersas sibi eo libro calumnias absterfit. Nactus erat posterius opus a Viro clarissimo Antonio Wood doctissimus Whartonus, qui dignum id judicavit, quod hoc in loco compareret, utpote multa ad historiam Laudianam spectantia præclare illustrans. Coronant denique totum opus tres Laudi epistolæ, quarum duæ priores ab eo, cum Cancellarii Academiæ Oxoniensis adhuc munere fungeretur, scriptæ sunt, ut scilicet iis moneret Vice-Cancellarium suum, ne a Pontificiis emissariis detrimenti aliquid capere pateret academicam juventutem; tertia ad Virum celeberrimum Kenelmum Digbæum exarata est, ut eum a Romana ad Anglicanam Ecclesiam reduceret: quæ sane universæ non extremum locum inter argumenta mereri videntur, quæ alieno eum ab Ecclesia Romana animo fuisse evincunt.

G. G. NOTATIUNCULA AD ACTA DECEMB. 1695.

pag. 537. seqq.

INiquus sim, si non agnoscam, excellentis Mathematici Jacobi Bernoullii Basileensium Professoris meditationibus plurimum debere scientias istas profundiores, & me potissimum ipsi pariter ac fratri ejus ingeniosissimo, Johanni Bernoullio, nunc apud Groninganos Professori clarissimo obstrictum esse, quod qualiacunque a me jacta Analyseos cujusdam superioris fundamenta ad varios usus applicuerè, suisque inventis mirifice auxere, & ut magis magisque innotescerent ac celebrarentur effecere. Virum autem celeberrimum Jacobum Bernoullium, cujus nupera me ad hoc schediaisma invitavere, persuadere sibi velim, longissime a me abesse animum de meritissimis ejus laudibus detrahendi. Gloriam inventarum figurarum Elasticarum (ex hypothesi scilicet valde verisimili) ipsi illibatam relinquo. Theoremata de

T

radius

radiis circutorum osculantium, etsi mihi non ignota, ne attigissem quidem, nisi originem eorum pariter ac similium aliorum, ex singulari quodam differentialis calculi genere simplicissimam exponendam occasione data putassem. Ut iis in Elasticis figuris uterer, in mentem non venit, quod figuris illis quærendis nunquam animi adjecissem, non quod res non sit pulchra & inquisitu digna, sed quod in tanta agendorum copia, quæ ab illo recte acta putavi, nollem denuo agere, incertus etiam, an possem. Itaque non est, cur imputet theorematum de osculis defectui, cum ipse agnoscat, etiam publicatis illis, nondum vel Hugenum vel me de lineis illis Elasticis satis meditato fuisse. Ac ne nunc quidem, exposita Analyfi Viri egregii, a me impetrare possim, ut hunc campum licet pulcherrimum ingrediar; cujus rei plures habeo rationes, quam vellem. De cætero video eum a mea de constructionibus sententia vix dissentire, optaremque ipsum, si vacat, ulterius cogitare de constructione transcendentium, per puncta Algebraice inventa: id enim magis analyticum fuerit, etsi non æque sit in potestate hactenus, ac reductio quadraturarum ad Euthynses. De numero radicum osculi candide professus sum dudum, me re diligentius excussa sententiam ipsius amplecti. Quod instantiam a me postulat curvæ ordinariæ rectificabilis in se redeuntis, succurrit nunc Epicycloidalis, quam punctum describit fixum in circulo provoluto super alio circulo. Hanc rectificabilem esse, a celeberrimis Viris, Hugenio & Tschirnhausio est ostensum; esse autem in se redeuntem, hæc constructio ipsa monstrat, cum circumferentiæ sunt cõmensurabiles. Præclare faciunt Bernoulli fratres, si conjunctis, vel etiam separatis studiis velariæ figuræ contemplationem cœptam absolvant. Quod medias Directiones attinet, de quibus ego in Ephemeridibus Gallicis Sept. 1693, cum tendentiæ puncti mobilis sunt infinitæ, puncta tendentiarum inter vallulis æqualibus assumi arbitrarium putem. Diversis autem punctis tendentias exercentibus, ex punctorum progressibus habetur & progressus cõmunis centri gravitatis, nempe conferendo ejus situm ante progressum, cum situ proximo post progressum punctorum elementarem. Quod si punctorum impulsorum tendentias consideremus, quæ sæpe ab impellentium tendentia diversa est, tendentia media ab iis recepta eodem modo definitur. Ea; omnia pro re nata sunt varianda, sed in his prompte eleganterque exhibendis a V. ro clarissimo non vulgaria expe-

cto,

cto, ac publico eum nomine rogandum cenſeo, ut ſua de fluidorum motibus aliſque meletemata præclara diutius non premat. Quod controverſias attinet inter D. D. Hugenium & Renaudum ingeniari- um rei apud Gallos marinæ generalem, ipſe Hugenius (cujus certe ſummi Viri amiſſi & ipſe deſiderium tanto fero ægrius, quanto propi- us mihi cum eo commercium erat, notioresque maximæ dotes, in qui- bus viſ animi candorque certabant) me ſententiam rogare dignatus eſt; ſed tunc nondum erant ad manus utrinque agitata. De re ipſa alias. Re- cte notatur, eundem ventum magis impellere navem quieſcentem, quam procedentem, & diſcrimen aliquando non eſſe negligendum. Puto etiam, diverſa venti vi, declinationem, (*derive*) ſecus quam D. Renaudus ſuppoſuit, non eſſe æqualem; ſed eo majorem quo major eſt venti violentia. Modum generalem conſtruendi tangentium inverſas Auguſto ſuperioris anni p. 373, ipſe non niſi pro Mechanifimo venditavi. Utiliſſima cogitatio eſt, de iisdem ad quadraturas redigen- dis, ſeparandiſve ab invicem indeterminatis. *Problema* de eo præſtan- do circa æquationem differentialem $ady = ypdxt^by^n. qdx$ ſolvere poſ- ſum, & reduco ad æquationem, cujus forma eſt $\dots dx \uparrow \dots vdx \uparrow \dots dz = 0$, ubi per punctata intelliguntur quantitates utcunque datæ per z . Talis autem æquatio generaliter per me reducta eſt ad quadraturas, ra- tione jam dudum amicis communicata, quã hic exponere neceſſarium non puto, contentus effeciſſe, ut acutiſſimus Autor problematis agno- ſcere poſſit methodum (ut opinor) non diſſimilem ſuæ. Neque enim dubito & hoc ipſi innotuiſſe. Et ſunt a me in iſtis multa olim tentata, non pauca etiam præſtita, quæ jacent diſperſa in ſchedis, nec mihi ipſi in numero habentur, copia inopi, ut ſimul habere videar & non ha- bere. Hæc tamen facilius ſuppeditavit memoria, ea ipſa die qua Lipſi- enſia Acta Decembris proximi ſum nactus, id eſt heſterna, in ipſis ſci- licet nundinis Brunſvicenſibus, ubi hæc inter diſtractiones utcunque in chartam conjeci.

DAVIDIS GRÆBNERI URATISLAV. PHIL. ET MEDIC. D.
*Medicina Vetus Reſtituta, ſive Paragraphe Hippocratico-Gale-
 nica in Theodori Craanen Tractatum Phyſico-
 Medicum de Homine.*

Lipsiæ, apud Davidem Fleischerum, A. 1695. in 4.
 Constat 4. Alph. 8. plagul.

NOli mirari, L. B. Medicinam novam Cartesianam, quam *celeberrimus* quondam, *Craanius* in eruditissimo de Homine tractatu A. 1689 p. 535 a nobis recensito fuit professus, in Commentario sive Paragrapho præsentis sub Medicinæ Veteris Restitutæ exhiberi titulo. *Nobilissimus* quippe *Grabnerus* ex assidua Autorum lectione perspectum habens, multa, si non omnia, in scripto laudato pro novis venditari, quæ tamen nec ipsos veteres licet acerbius paulo tractatos latuerint, strenuam horum in se vindicationem hic suscipere annititur, simulque evidenter ostendere, quod placita omnino majorum a Craanio non improbata, sed multo magis comprobata fuerint illorum dogmata, quamvis recte, recte tamen explanata; uno verbo, Medicina prisorum pristinam in dignitatem restituta. Quem in finem, ut pauca pro instituti ratione excerpamus, corporis animalis cum machina vel horologio comparisonem non Cartesio demum, sed Apulejo dudum, Aristoteli & Galeno innotuisse, e textibus, quos adscribit, convincit.

Præfat. Neque novum Autoris esse dogma, quod vapores in cavitate abdominalis obvelitantes vesicam penetrent partemque aliquam urinæ ibi constituent, cum idem olim Heraclitus Philosophus, teste *Aristotele Sect. 13. Probl. 6.* tradiderit, ejusque vestigia Asclepiades, a *Galeno lib. 1. de natur. facult. c. 13.* ideo refutatus, legerit. Qualitates occultas vel ipsi *Galeno* suspectas fuisse advertit, quod nihil scientes ad alterum de duobus confugere, vel ad nomina ignota, vel ad qualitates occultas, *lib. 3. de Præfag. ex Puls. c. 5.* is pronunciet. Quemadmodum in respirationis doctrina, qua pulmones passive tantum sese habere, aerem autem a ventre & thorace propulsum ob vacui defectum ingredi pulmones declaratur, tum *Galenum* pariter, tum *Platonem* in medium adducit. Illum quidem, quia *lib. 5. de loc. aff. c. 4.* respirationis actionem ad thoracem referat, omnemque pulmonibus actionem deneget; hunc vero, quod in *Timeo c. 17.* respirationem per circumpulsionem sive periosin eodem ex fonte explanet. Dumque pulmo ab *Hippocrate de Resect. antrifus*, ac lien a *Galeno lib. 4. de usu part. c. 15.* rarus admodum & instar spongiæ laxus describuntur, non aliam viscerum horum texturam innui allerit, quam qualem Malpighius postmodum distinctius enodaverit.

p. 6. 7. 706.
 p. 100. 625.
 p. 147.
 p. 232.
 p. 240. 555.

verit. Hinc inde nihilominus Craanio contradicere Noster haud veretur, quatenus e. g. non modo historiam cultivatori Prussiæ, in dubium vocatam, ex Ephemeridibus Germanorum ipsaque inscriptione Regiomonti in Bibliotheca Elector. Brandenburg. a se visa confirmat, sed & œnanthis succum virosum esse Botanicorum testimonio suffultus pernegat, vasisque lymphaticis, quæ ex abdomine ad intestinum rectum tendant ac flatus & vapores eo deponant, fidem omnem derogat. Præterea tamen recentiorum quoque monumenta spissè citat, anasque loca parallela evolvendi uberrimam subministrat, propriis quandoque observationibus interspersis; prout v. g. febrem septanam, nonalem & annalem, imo febrem in die natali ægri perpetuo invadentem, picam iidem in cane prægnanti, a se annotatas commemorat. Tandem locupletissimum rerum Indicem cum duplici numero, quorum prior Craaniani operis, alter autem hujus libri paginam indigitat, curavit adjici.

p. 66.

p. 148.

p. 217.

p. 269.

p. 380.

TITI LUCRETII CARI DE RERUM NATURA LIBRI SEX;

quibus Interpretationem & Notas addidit THOMAS CREECH.

Collegii omnium Animarum Socius.

Oxonii e Theatro Sheldoniano, 1695. in 8.

Constant. Alfab. 1. & plag. 7.

Quamvis qui recte de facultate poetica existimare novit, illorum opinionioni minime subscribere potest, qui eas *Tito Lucretio Caro* virtutes gaudent attribuire, quæ consummatissimum Poetam & constituere & exornare possunt; neutiquam tamen eas ipsi invidet laudes, quibus harum rerum periti ex ipsa etiam antiquitate prosequi eundem non subverentur; ex quibus *artem* Cicero; *sublime carmen* Ovidius; *ardua* Statio *furorem* admirati in Lucretio nostro fuerunt. Nam res ipsa docet, elegantissimum pariter & gravissimum eum esse Poetam, præsertim cum eo tempore carminis scribendi gloria floruerit, quo ingeniorum probatissimorum Roma fuit feracissima; eo ipso nempe extinctus die, quo Virgilius natus in hoc mundi theatro comparuit, veluti lampada a se accensam Maroni traderet Carus. Interim plurima huc usq; obstiterunt, quo minus sine impedimentis legeretur Poeta noster; utpote quem non lectio tantum monstrosas subinde voces & absurdas sententias lectoribus offerens, sed & ipsa materies & argu-

menti ratio reddebat difficilem. Cum enim Lucretii Epicuri philosophiam versibus exornare constituerit, patet, neminem auctorem istum evolvere cum intelligentia potuisse, nisi cui istud philosophandi institutum admodum fuerit perspectum. Sed quis nescit, antequam eruditissimus *Gassendus* eam Philosophiam tam feliciter ex totius antiquitatis monumentis erueret, suis tenebris veluti obvolutam a paucissimis fuisse gustatam & cognitam? Equidem non defuere viri docti, qui manus afferre medicas lacero veluti Lucretii corpori allaborarunt, sed vix unus fuit & alter, qui aliquod operæ fecerit pretium; ex quibus *Lambinus*, multis codicibus manu exaratis usus, Lucretium omni ex parte maculosum atque deformem feliciter multis in locis restituit, adjectis brevibus, non tamen inutilibus in eum commentariis. Hunc *Giphanius*, & porro *Pareus*, & *Nardius* aliique, quanquam ex sententia doctissimi *Creechii* haud æquis passibus secuti sunt; nisi quod in *Tanquillo Fabro* excellens ubique eruditio, cum admirabili iudicii acuminè emineat. Cæterum quæ in commentatoribus desiderari posse videntur, ea non ipsorum negligentia aut incuria, sed subsidiorum, unde meliora peti poterant, defectui sunt adscribenda.

Sed nunc spes est, melius Poetæ nostri evolutionem successuram esse, postquam *Vir clarissimus Thomas Creech* eundem nobis & emendatissimum, & notis ac interpretatione perspicua ornatissimum dedit. Quamvis enim jam pridem *Fayus*, homo Gallus, idem in Lucretio perpoliando tentaverit, tam infeliciter tamen, censente *Creechio*, isto in negotio sese dedit, ut *Gassendi* & *Lambini* labores nunquam eum inspexisse abunde demonstraverit, & barbara interpretatione Latinissimum Auctorem infuscaverit potius, quam lucem eidem affuderit. Igitur *Creechius* id efficere summa ope studuit, ut sine offensione procederent omnia; eumque in sinem *Lambini*, *Giphanii*, *Vossii*, *Salmasii*, *Gronovii*, *Fabri* aliorumque observationes hinc inde collectas digessit, non tamen ita probatis omnibus, ut suo interdum non fuerit obsecutus animo. Imprimis vero apparet, sedulo ipsum consuluisse *Gassendum*, tam doctum, tam elegantem interpretem, ut præcipuam lucem, quam *Vati* nostro attulit, huic sese debere libenter fateatur. Verum *Grammaticorum* illas de vocibus contentiones seposuisse ipsum facile constat, ubi expedita per se ipsa videbatur sententia. In margine vero apposuit ad imitationem illorum, qui in *Delphini* usum Auctores concinna-

cinnarunt, interpretatione paraphrastica, in qua stylo purp, dilucido & suavi Lucretii genus dicendi obscurum aut difficile clarissime eloquitur.

LES BATAILLES MEMORABLES DES FRANÇOIS,

Id est:

Præliorum a Francis ab initio eorum Monarchiæ

usque ad hæc tempora editorum Historia.

Amstelodami, apud Georg. Gallet, 1695. in 12. Alph. 1. pl. 8.

Sexaginta & unum prælia hoc opere enarrantur, quibus omnibus victoriam aut reporearunt ipso facto, aut certe jactarunt Franci. Primum eorum est, quo Clodoveus ad Tolbiacum A. 489 Alemannos profligavit; ultimum, quo in Pedemontio Franci, Catinato duce, Federatorum exercitum A. 1693 in fugam conjecerunt. Neque pugnacissimæ Genti triumphorum multoties actorum gloria invideri debet, & fatendum urique est, Tacticam illam, seu instruendæ aciei artem, omnemque militarem scientiam ad summum fastigium nostra ætate e-
 vectam ab ea esse. Sed nec id dissimulandum, sæpe præliis quidem victores, est bello victos Francos fuisse; sæpe etiam ingentibus cladibus ipsorum Regum captivitate insignitis affectos. Has ab Auctore nostro plane & consulto quidem prætermisissas fuisse, facillime quisque deprehendet. Ut specimen tamen ejus rei qualecunque exhibeamus, videas, prælium Furnense, quo A. 1296 Franci Flandros devicerunt, nec non illud, quod A. 1303 ad Montem Pabulanum (Pucille) confertum fuit, Flandris itidem funestum, justo ab Auctore studio enarratum; prælii autem Cortracensis, quod inter duos illos conflictus intercessit, quo flos Nobilitatis Francicæ periit, adeo ut inter spolia alia octies mille inaurata calcaria, qualia gestare non nisi nobilitate insignibus fas tunc erat, victoribus Flandris in prædam cesserint, mentionem obiter tantum & paucis verbis factam. Videas, de duobus celebratissimis præliis, Cresiacensi & Pictaviensi, quorum illo A. 1346 Francorum triginta millia ceciderunt, Anglis victoribus; hoc, quod A. 1356 commissum fuit, ab octo Anglorum millibus, Francorum quinquaginta millia profligata fuere, Rege ipso Johanne capto, altum esse apud Auctorem nostrum silentium: prætermisissam etiam videas pugnam Azincurtianam A. 1415 pugnatam, qua Henricus V Rex Angliæ luculentam de Francis
 victo-


Joannes de
 Busfieres
 Hist. Franc.
 L. IX. §. 19.

L. X. §. 11. 12.
 18. 19.

L. XII.
 §. 4. 5.

- victoriam reportavit , etsi impar adeo confligentium numerus esset; ut Anglo uni sex septemve Franci opponerentur. Videas, prælium ad Ravennam A. 1512 confertum , quo victoria etsi cruenta satis penes Francos fuit, illud item quo ad Marinianum A. 1515 victi a Francis Helvetii fuere , accurate satis & copiose Auctorem nostrum descripsisse; ast præteruisse silentio prælium intermedium ad Novariam A. 1513 confertum , quo insigni victoria potiti fuerant Helvetii, cæso Francorum exercitu , & Mediolanensi Ducatu Sfortiæ restituto. Videas & mireris, omissum ab Auctore decantatissimum illum ad Ticinum sive Mirabellum conflictum , quo A. 1525 non exercitus solum Francicus devictus est, sed Rex ipse Franciscus I captus ac in Hispaniam abductus. Videas diligentem satis Auctorem fuisse in repræsentanda pugna ad Rentiacum A. 1554 inita, qua Henrici II Franciæ Regis fortuna prævaluit ; sed oblitum fuisse famosissimi ad Sanquintinum prælii A. 1557. conferti , quo Franci horrendam cladem acceperunt. Tacemus multas alias , quæ infaustæ Francis cecidere, dimicationes ab Auctore nostro dissimulatas. Unicum ex recentiori historia exemplum si addere fas est, videas prælium ad Atrebatum A. 1654 commissum, quo victoriam Turænius Francici exercitus ductor consecutus est, Dunense item, quo A. 1658 Franci Anglis sociati Hispanos Dünkerkam liberare conatos repulerunt, in theatrum produci; sileri prælia ad Valentinas A. 1656, & Cameracum A. 1657 conferta, quibus de Francis triumpharunt Hispani. Sed suæ forte Auctori causæ fuerunt, cur nonnisi exhibere victores Francos voluerit, nobis quidem non facile divinandæ. Nam cladium, quas perpesi subinde sunt, memoria, quam tot historiarum ab ipsis Scriptoribus Francicis, e quibus solum hic Bufferrum produximus, conditarum monumenta servant, deleri nunquam poterit; & Francis hodiernis laudi potius decorique est, quod majorum suorum temeritatem errataque alia, quibus cladem subinde sibi met ipsi attraxerunt, in cautelam vertere didicerint. Nisi forte peculiare opus Auctor destinavit enarrandis præliis, quibus Franci seu culpa sua, seu victorum virtute succubuerunt. Interim cum fructu lecturi librum hunc sunt, qui militaribus studiis ducuntur, & eorum imprimis præliorum, quæ præsentī bello conferta fuere, rationes ac eventum, ejusque causas scire desiderant.

Scire Lectorem Benevolam cupimus, Tomi II. Supplementorum Sectionem X una cum mense Martio prodidisse.



ACTA ERUDITORUM

publicata Lipsiæ

Calendis Aprilis, Anno M DC XCVI.

TRAITE' DE L' INSPIRATION DES LIVRES SACREZ

du Nouveau Testament, i. e.

Tractatus de Inspiratione librorum sacrorum Novi

Testamenti, auctore C.G. DE LA MOTHE M. D. S. E.

Amstelod. apud P. Brunel, 1695. in 8. plag. 16.

Quæ inter Johannem Clericum & Richardum Simonem de Inspiratione librorum sacrorum disceptata sunt, adeo in ore omnium versantur, ut neminem temere fugere possint. Clericus quippe, dum sub nomine Theologorum Hollandiæ, quorum Judicia de Richardi Simonis Historia Critica V. T. A. 1686. mense Sept. pag. 432 recensuimus, latitans, Richardum Simonem impugnat, de *Πρωτεύσια* librorum sacrorum talia protulit, quæ a receptis Christianorum placitis plane abhorreere videbantur: cumque Richardus Simon responsum, a nobis eodem anno & mense pag. 439, indicatum, ei opposuisset, in Defensione Judiciorum quorundam Theol. Holl. a nobis anno 1687. mense Julio pag. 363 commemorata, suam sententiam firmandam magis stabiliendamque sumpsit. Hinc non tantum ipse Richardus Simon, in Responso ad dictam Defensionem, quod ibidem pag. 367. exhibuimus, sed & ex Batavis Witfius, ex Anglis Lowth Theologus Oxoniensis, ex Gallis Le Vasseur, quos Noster in Prefatione laudavit, hanc Clerici sententiam strenue oppugnarunt. Nec sibi defuerunt Viri doctissimi, iudice Auctore nostro, sed partibus suis egregie functi sunt; solum hoc desiderari poterat, ut doctrina de Inspiratione librorum sacrorum ita explicaretur, ut in Systema aliquod apte formatum & artissime connexum & colligatum consurgeret, inde ut eo promptius Spinozæ & Clerici opiniones refelli & confutari possint. Atque hic quidem est, quem subire De La Mothe voluit labor, cujus nunc specimen orbi erudito exhibuit, librorum sacrorum Novi Fœde-

. U

ris

ris inspiratione exposita & asserta: eo quod hac evicta, Veteris Fœderis libri itidem salvi sint, & supra profanorum hominum ausu positi.

Part. I.
CAP. I.

Postquam igitur Auctor doctissimus non de veritate, quippe de qua inter omnes hodie convenit, sed de divina inspiratione librorum sacrorum Novi Testamenti litem esse monuit, sententiam adversarii, quo cum in certamen descendere constituit, edisserit. Cuncta huc redeunt, Apostolos scivisse & retulisse equidem quædam, quæ sint divinæ autoritatis, quæ videlicet aut ab ipso Servatore oretenus acceptæ, aut DEUS illis revelarit: neutiquam vero eos, dum scripserunt, fuisse *θεοπνεύστis*, fallique adeo eos omnes, qui scripta eorum divinitus esse inspirata credunt. Arduam omnino rem esse, quæ vocetur in dubium, hancque assertionem ad maximam impietatem munire viam, pluribus Noster probat; & ipsos Socinianos unquam eousque audaciæ progressos esse, ut tale quid affirmaverint, negat, cum tamen e ratione a maximis, quibus premuntur, difficultatibus se expedire potuissent. Hoc ergo monstrum ut conficiat, primo *θεοπνευσίας* librorum sacrorum N. T. invictis argumentis asserere, deinde rationem *θεοπνευσίας* ita explicare, ut hæcce adversariorum molimina sua sponte corruant, annititur.

CAP. II.

Divinam itaque librorum sacrorum N. T. inspirationem, primo probat ex testimonio & consensione unanimi Doctorum primitivæ Ecclesiæ. Nimirum hosce existimasse, libros N. T. esse *θεοπνεύστis*, inde constat, quia eos ejusmodi insignivere titulis nominibusque, quæ diserte hoc indicant. Vocarunt quippe libros N. T. oracula coeli, verbum DEI, Scripturam divinam. Quin per eminentiam Scripturam dixerunt; quemadmodum ipsi Apostoli hoc nomine libros V. T. ornarunt Gal. III, 8. IV, 30. Unde concludit, primitivæ Ecclesiæ Doctores idem existimasse de libris Novi Testamenti, quod Apostoli de libris Veteris Testamenti censuerunt. Hi autem V. T. scripta divinitus esse inspirata statuerunt. Ergo quæ Doctorum primitivæ Ecclesiæ de scriptis N. T. sit sententia, liquet. Idem ex eo evincit, quia Scriptores primitivæ Ecclesiæ Apostolorum scripta V. T. oraculis æquipararunt; id quod Irenæi, Justini Martyris, Theophili, aliorumque documentis comprobatur. Accedit discrimen, quod inter Apocryphos Canonicosque libros Veteres constituerunt, id quod locum habere non posset, nisi

CAP. III.

CAP. IV.

credi-

credidissent, quosdam libros N. T. quos ideo Canonicos vocabant, esse *θεοπνεύστους*. Sed nec insignem, quo libros N. T. profecti sunt Veteres honorem, Noster prætermittit. Scelus erat & inexpiabile crimen, hisce addere aliquid aut detrahere. Pertinacissimi hæreticorum ex scriptis Apostolorum se convincendos esse, clamitabant: certissimo rursus documento, eos credidisse, libros N. T. esse divinitus inspiratos. Quid? diserta Patrum monumenta, quæ hosce libros divinitus inspiratos esse citra ambages affirmant, nonne idem ostendunt quam luculentissime? Jam vero Clementem Romanum, Justinum Martyrem, Theophilum Antiochenum, Irenæum, aliosque conceptis verbis *θεοπνευσίας* horum librorum asserere, ipsis illorum testimoniis demonstrat. Præcipue vero Origenem in hac versari sententia docet, ut adeo mirari satis nequeat, Auctorem Judiciorum ad eum, pro sua sententia firmanda, provocare ausum esse. Hisce ita rite deductis, ad objectiones, quibus primitivæ Ecclesiæ consensus infringi solet & infirmari, multa regerit, simulque docet prolixè, Hieronymum quoque in suis militare castris. Cum vero maxime quod a septuaginta Interpretibus depromptum est argumentum, speciem quandam præ se ferret, illud accuratius discutere operæ pretium duxit. Nimirum consensum primitivæ Ecclesiæ nobis non esse præsidio, inde probant Spinozæ alumni, quia Doctores isti potuerint errare: & errasse eos in simili plane negotio, inde ostendunt, quia & septuaginta Interpretes *θεοπνεύστους* fuisse, sibi persuaserunt: id quod tamen secus esse, nemo hodie ambigat. Auctor itaque, qui prolixè ante inculcaverat, fieri non posse, ut unanimi Doctorum veterum consensu in re tam ardua, quamque exploratam habere poterant, falsa tradantur, ad hæc ita regerit, ut (1) asserat, nec hodie deesse, qui credant, septuaginta Interpretes divino Numinis afflatu percussos, in Græcum sermonem sacras literas transfulisse. Possè utique inveniri documenta haud contemnenda, quibus hoc evincatur, contendit. Si ergo, inquit, septuaginta Interpretes fuere *θεοπνευστοι*, non sane errarunt Patres. Sed (2) si vel maxime *θεοπνευσία* LXX Interpretum non concedatur, non tamen ad rei summam quicquam proficiunt veritatis hostes. Etenim nondum probatum est, omnes Ecclesiæ primitivæ Doctores in hac fuisse sententia: licet non diffitendum, quorundam menti eam sedisse. Præterea (3) de LXX Interpretum *θεοπνευσία* non poterant isti Doctores æque

CAP. V.

CAP. VI.

CAP. VII.

- certi esse, ac de divina librorum N. T. inspiratione, cum trecentis fere ante N. C. annis ista translatio putetur suscepta, de qua etiam non nisi ab Artista, homine ethnico, certiores redditi fuere Patres. Quæ omnia, si libros N. T. spectes, secus se habent. Jam ad alteram argumentorum classem accedit, quæ ipsa librorum N. T. indoles illi suppeditat. Primo itaque finem, qui DEO, dum divinos hosce libros mortalibus impertiret, constitutus fuit, considerat. Hic vero præter particularem istum, qui certum tempus respexit, universalem quandam, eumque non alium apprehendit, quam doctrinæ cœlestis ad seros posteros & ultima secula propagationem. Hunc finem ait obtineri non posse, nisi libri sint *θεοπνευστοι*. Si enim non sint, neminem de veritate doctrinæ Christianæ certum esse posse, adeoque DEUM hoc fine excidisse. Deinde ad inspiciendos ipsos libros N. T. adversarios ablegat. Nihil nisi magnum & divinum quid illos spirare, modo quis mentem præjudicatarum opinionum vacuam afferat, apprehendet. Ipsos Ethnicos augustius sublimiusque quid in libris hisce agnovisse. Jam si quis istius doctrinæ sublimitatem, præceptionumq; quibus mores hominum formantur, sanctitatem exactius expendat, eum non posse non hujus rei convinci: præsertim si addas, auctores plerosque tam præstantium scriptorum fuisse homines rudes, simplices, nulla doctrina, præterquam divini Spiritus afflatu, formatos imbutosque. Hinc, inquit, eorum divinitas elucescit, licet libri sacri N. T. non superarent, sed æquarent solum scripta, humana & industria & sapientia elaborata.
- CAP. IX. Idem porro ex natura Novi Fœderis constare autumat. Præstantius illud augustiusque esse Veteri, ipsæ sacræ literæ docent, & omnes fatentur. Jam vero cum in Veteri Fœdere libris divinitus inspiratis mortalium fragilitati fuerit consultum, quis crederet, Novi Fœderis deteriorem esse conditionem, librisque *θεοπνευστοις* illud carere? Præsertim cum ad omnes homines suos proferat limites, & ad ventura quævis duraturum sit secula; ut adeo in novo magis necessaria fuerit divina hæc inspiratio, quam in veteri. Accedit Apostolorum dignitas. Inter omnes enim Numinis ministros, qui doctrinæ cœlestis propagationi operati sunt, adeo eminent, ut ipsis etiam præferantur Prophetis. Conf. I. Cor. XII, 28. Ephes. IV, 11. Cum itaque Prophetis V. T. qui Apostolis inferiores fuerant, donum *θεοπνευστίας* fuerit concessum, quis crederet illud denegatum fuisse Apostolis? Ipsum sane Apostolatus munus
- CAP. X. hoc
- CAP. XI.

hoc requirebat. Erant Doctores omnium hominum totiusque orbis. Hosce autem Θεοπνευσία non instructos esse oportebat? Id vero etiam est, quod Christi Servatoris nostri pollicitatio, qua Apostolis Spiritum veritatis se impertiturum promisit, nos edocet quam luculentissime. Quo ipso hoc sibi voluit, hunc Spiritum illis præsto futurum, quoties cœlestis doctrinæ arcana essent explicaturi: hoc vero tum maxime præstiterunt, cum scriptis suis totum erudivere orbem. Ergo tum cum primis divinum Spiritum illis adfuisse necesse est. Quam vero promissis suis steterit Servator, res ipsa docet; unde novum enascitur argumentum. Sæpius vero Apostolos, etiam in rebus, quæ tantum momentum non trahunt, quam cœlestis doctrinæ per literas ad omnem posteritatem propagatio, divino afflatu fuisse percussos, neminem fugit, & vel ex Concilii Hierosolymitani historia patet. Litem enim decreto sanctissimo composituri, visum, inquit, nobis & Spiritui Sancto. Ergo multo magis dum literarum monumentis doctrinam cœlestem consignarunt, divinus Spiritus illis adfuit. Neque ipsi hoc dissimulant, quin subinde diserte indicant. Conf. I. Cor. II, 10. II. 12. Ut vero nihil desit, quod ad firmandam stabiliendamque sententiam hanc faciat, clarissima tandem Apostolorum oracula, quæ illorum Θεοπνευσίας asserunt, profert. Paulus enim non semel affirmat, quod ὁ ἄνθρωπος Χριστὸς 1. Cor. II, 16. Spiritum DEI, 1. Cor. VII, 40. Spiritum Sanctum, II. Tim. I, 14. & alibi, habeat. Idem & Petrus tum de suis, tum de Pauli epistolis, II. Epist. III, 1. 2. 15. testatur. Denique nec istud prætermittendum censet, quod Apostoli Doctoresque primitivæ Ecclesiæ Christianæ, facultate singulari atque divina cuncta discernendi fuerint gavisissimi. I. Cor. XII, 7. 8. 10; quorsum & illud trahit, quod I. Cor. XIV, 32. dicitur: Spiritus Prophetarum sunt subjecti Prophetis. Jam vero si quis ausus esset sua scripta pro Θεοπνευσίας venditare, quæ tamen humani solum ingenii fuissent foetus, ceteri sine dubio & intellexissent hoc & detexissent, ne turpi errore mortales abriperentur. Quare cum veteres Ecclesiæ Doctores illud adeo non fecerint, ut potius probaverint hæc N. T. scripta, eadem Θεοπνευσίας esse, in victo argumento inde colligitur.

CAP. XII.

CAP. XIII.

CAP. XIV.

CAP. XV.

Afferta itaque hunc in modum firmataque librorum N. T. Θεοπνευσίας, modum divinæ inspirationis, quod alterum & præcipuum fere tractationis suæ caput constituit, explicare aggreditur. In his itaque

Part. II.

CAP. I.

que negat, libros N. T. verbotenus a Spiritu Sancto inspiratos & velut ad calamum dictatos esse. Nec Ecclesiæ Reformatæ Doctores id statuere contendit, idque Burmanni & Witsii, celeberrimorum Theologorum documentis docet. Falli ergo Auctorem Judiciorum inde colligit, hanc sententiam Reformatæ Ecclesiæ imputantem.

CAP. II.

Hinc res ipsas, ab Apostolis literarum monumentis consecratas, in triplici discrimine positas esse autumat. Nonnullæ per revelationem; aliz autem mentis & sensuum ope illis innotuere: aliz denique per ratiocinationem rite hinc fuere deductæ. Quod in scripturis Apostolorum quædam occurrant, quæ per revelationem illis innotuerunt, dubio caret, nec Autor Judiciorum diffitetur. Quatuor autem modis, visione, voce cœlesti, somnio, & suggestionem hanc revelationem factam esse, ex Grotio observat. Quin ipse Spinoza hoc adeo non inficiatur, ut Apostolos etiam Prophetas fuisse concedat. Interim de eo hiclis est, an Apostoli res, quas ex revelatione didicerunt, modo infallibili, per *θεορρησιας* omni errandi periculo exempti tradiderint literis? Hoc abnuere Auctorem Judiciorum, se autem asserere Noster ait. Fumum itaq; venditat Auctor Judiciorum, iudice Nostro, dum concedit habuisse Apostolos quædam ex revelatione. Namq; dum Spiritus Sancti directionem, dum scripserunt, illis denegat, nemo certus esse potest, annon erraverint illa literis mandando, quæ ex revelatione hauserant, vel an bona fide hæc cum mortalibus communicaverint? Asserit itaque, quod ad res, quæ ex revelatione tantum constant, attinet, illas non tantum a Spiritu Sancto Apostolis fuisse suggestas, sed & eundem Spiritum Divinum, dum hæc literis mandarunt, illis præsto fuisse, ut adeo nec errare nec labi potuerint. De rebus vero, quas mente sensibusque jam cæteroquin perceperant Apostoli, ita censet, eas quidem a Spiritu Sancto illis non fuisse suggestas. Quid enim opus erat, ea illis suggerere, quæ jam probe tenebant? Sed tamē quod in illis errare non potuerint, id quidem Spiritus S. directioni iterum esse imputandum. Hunc quippe non tantum eos ad scribendum excitasse, occasionemque suppeditasse, sed mentem direxisse, ne quid scriberent, quod verum non esset; intellectus insuper, imaginationis & memoriæ vites, quousque suscepti operis ratio hoc postulabat, mirifice auxisse & confirmasse. Cum vero & sæpius divini viri ex iis, quæ aut ex revelatione, aut sensibus perceperant, ratiocinando novas deduxerint conclu-

CAP. III.

siones,

CAP. IV.

siones, id quod documentis Prophetarum & Apostolorum comprobatur, Noster hac de re ita arbitratur, ipsas ratiocinationes illis non fuisse a Spiritu S. suggestas; ad hoc enim suffecisse rationem ipsam, qua, ut homines, gaudebant: sed tamen & hanc mentis actionem direxisse Sanctum Spiritum, eamque extra omne errandi periculum collocasse. Ergo cum divini Viri nihil nisi aut suggerente aut dirigente Spiritu Sancto scripserint, ea quidem ratione, qua Auctor hæc edisseruit, sequitur 1) Apostolos, dum scripserunt, rationis usum & habuisse & exercuisse: non autem mera fuisse instrumenta; quin eorum intellectum, imaginandi facultatem, memoriæque ad hocce optis concurrisset. Quod profecto secus esset, si verbotenus cuncta Spiritus Sanctus dicitasset. Hinc mirum non esse, quod humano more sæpius loquantur, dubitando, an hoc vel illud eventurum sit: id quod ineptum esset, si cuncta verbotenus a Spiritu Sancto fuissent profecta. 2) Hinc & intelligi, quod dicendi genus, quo quisque usus est, genio ejus & indoli fuerit attemperatum. 3) Neque necesse esse, ut, quod cæteroquin fieri solet, inter res & verba distinguatur; id quod Auctori admodum displicet. 4) Denique quicquid in scriptis illis sacris humanum morem aut imbecillitatem redolere videtur, id infallibilitati & divinæ illorum inspirationi non posse fraudi esse. Hisce huic in modum explicatis & demonstratis, infallibilitatem, quæ ex directione Spiritus Sancti oritur, accuratius considerat. Cum vero nemo dubitet, ipsum Divinum Spiritum nec fallere nec falli posse, id tamen nonnullis ambiguum videri, an etiam sacri Scriptores Spiritus Sancti directioni semper fuerint obsecuti. Certe si potuerint non obsequi, corrumpitur librorum sacrorum infallibilitas. Hoc itaque est, quod pluribus argumentis probat, Apostolos non potuisse non directioni Spiritus Sancti obtemperare, & si suggestioni vel directioni ejus parere nolissent, id tamen facere eos non potuisse. Quin certa ratione ab Epiphanio aliisque recte asseri, coactos fuisse Apostolos directioni Divini Spiritus plane se submittere. Sed vero idem etiam ex ipsis rebus, quas literis consignarunt, constare ait. Eas quidem non in doctrinas & facta, ut vulgo, sed perperam iudice Nostro fieri solet, sed tales, quæ aut directe ad doctrinam sacram spectant, aut quæ hanc doctrinam comitantur, & velut accessoriz sunt, dispescit. Res prioris generis non potuisse a Scrip-
toribus mandari literis, nisi Spiritus S. id simul effecisset, ut modo
infall-

CAP. V.

CAP. VI.

CAP. VII.

CAP. IIX.

infallibili id fieret, palam est. Sane si secus se res haberet, omnis librorum sacrorum usus penitus everteretur. Sed de rebus, quæ sunt posterioris generis, adhuc dubitari posse. Cum vero ad hanc classẽ illud referri soleat, quod de die extremi iudicii prodiderunt Apostoli, prolixius hanc rem discutere aggreditur. Nimirum non aliam viam ex magnis, quæ hic undique se offerunt, difficultatibus eluctandi esse putat, quam ut dicamus, nunquam hoc docuisse Apostolos, diem extremi iudicii propediem adfuturum. Quæ ergo vulgo afferantur, aut de urbis Hierosolymitanæ excidio intelligenda, aut alia ratione explicanda esse. Cæterum de ipsis rebus accessoriis, quorum & proverbialia, quibus usi sunt Apostoli, & quæ de rebus ad se spectantibus scribunt, refert, in illis directioni Spiritus Sancti neutiquam eos exemptos fuisse contendit. Huic vero directioni id imputandum esse, quod in illis nihil admiserint sacri Scriptores, quo decori leges violarentur. Nec obstare ait, quod in Veteris Testamenti oraculis citandis quandoque labi videantur. Id enim perperam asseri, nec probari posse, eos unquam lapsos esse autumat. Ad loca, quæ objici solent, jampridem esse responsum. Auctorem Judiciorum parum proficere ad Hieronymum, Erasmus atque Capellum provocando. Si enim auctoritatibus pugnandum esset, se sine dubio ex hoc certamine superiorem discessurum. Sed nec Hieronymum cæterosque illi esse præsidio. Id quod pluribus demonstrat, & celeberrimum istud divi Matthæi oraculum, in quo Jeremiam pro Zacharia allegare videtur, itemque quæ de mortis, qua Judas periit, genere, ad committendos inter se sacros Scriptores, disputari solent, allatis eruditorum responsionibus, sub examen revocat. De stylo tandem sacrorum Scriptorum observat, perperam ab Auctore Judiciorum eos argui, qui ad sensum divinarum literarum percipiendum in vim singularum vocum diligenter inquirunt. Etenim si admittas, inquit, quod ille contendit, Scriptores sacros voces sine delectu, prout quæque se illis offerebat, usurpasse, maximis gravissimisque erroribus aperta erit fenestra. Ad oracula enim Scriptorum sacrorum eludenda sufficere dicere, eos minus accurate fuisse locutos. Deinde licet stylus horum Scriptorum sit humanus, non tamen inde sequitur, quod non sit exactus, verbisque summo studio delectis utatur. Interim neutiquam se illorum morem probare addit, qui in singulis verbis nescio quæ mysteria Judæorum instar captent, & tantum non

CAP. IX.

non totam Scripturam in allegorias convertant. Finit tandem hocce opus respondendo ad argumenta, quibus impugnari *Ἰεωρνευσία* librorum sacrorum a Spinoza & Auctore Judiciorum solet. Hæc vel ex actionibus Apostolorum, vel ex Scriptura sacra deprompta sunt. Prioris generis sunt, quod Petrus dubitaverit, num Gentiles admitti debeant in Ecclesiam Christianam; quod ad mores Judæorum ultra quam par erat, se attemperaverit; quod Paulus non noverit summum Pontificem, & callide injecta resurrectionis mortuorum mentione, inter Phariseos & Sadducæos excitaverit discordiam. Prolixe ad hæc & similia respondet: cuncta tamen fere huc redeunt, quod nemo asserat, Apostolos etiam dum non scripserunt, Spiritus Sancti gratia ita fuisse munitos, ut plane errare aut falli non potuerint. Quid ergo mirum, si quædam ignora verint? Ad ultimum inter alia regerit, prudentiam, qua usus est Paulus, homine *Ἰεωρνεύς* non fuisse indignam. Posterioris generis sunt, quod Apostoli sermonis genere minus eleganti & puro utantur; quod sæpius ratiocinentur, & ad sensuum perceptionem provocent; interdum quoque dubitent, & pugnantia secum proferant. Ad primum itaque regerit, Apostolos non fuisse Græcæ linguæ Professores, ut summa sermonis elegantia & puritas ab illis exigi possit, sed Gentium Doctores. Ad secundum & tertium reponit, per Spiritus Sancti directionem illos non defuisse ratione suâ uti: mirum itaque non esse, quod ratiocinentur, cum & ipse Christus & Propheta V. T. idem fecerint. Ultimum denique plane negat, frustra que eos omnes fuisse contendit, qui hæctenus veræ contradictionis Scriptores sacros convincere ausi sint.

CAP. X.

CAP. XI.

*HISTORIA PARTIUM ET OECONOMIÆ HOMINIS SE-
cundum naturam, seu Dissertationes Anatomico-Physiologica in Aca-
demia Lipsiensi publicè ventilata, & in usum philiatorum collecta, Au-
tore D. JOH. FRIDERICO ORTLOB, Anat. & Chirurg. P.P.
Extr. Fac. Med. Asses. & Maj. Princ. Coll.
Collegiato.*

Lipsiæ, typis & impensis Joh. Heinrichi Richteri, 1696. in 4.

Alph. 1. plag. 19. Tab. æn. 1.

Quos publico Philiatorum examini sigillatim hæctenus in Aca-
demia nostra exhibuit, Dissertationes XXXVII, in unum nunc fasci-
culum collectas, ut plurimum usui paterent, adjecto indice edidit Ex-

X

peri-

perientissimus Auctor. Ordinis ratio præsertim ex prima earum patet, quæ de homine in genere, quidque circa partes ejus integrantes, animam & corpus, tenendum sit, exponit. Et cum in homine actiones alias solius animæ, alias corporis, alias ex utroque procedentes asserat, primas tanquam ad medicum proprie non spectantes ulterius non scrutatur, sed binis posterioribus præcipue studet. In corporeis bene declarandis præmittit in genere, quid de corpore humano ejusque partibus scitu in sequentibus necessarium sit, atque in quonam vitalitas ejus consistat. Eam vero tanquam multifarium quidem, ordinatum tamen totius corporis partiumque motum describit, qui ex mutua organorum rite conformatorum & agentium fluidorum habitudine & reciproco impulsu dependeat, neque adeo peculiaris animæ sensitivæ præsidio indigeat. Inde a chylosi ad hæmatosin, (quæ respirationem quoque comprehendit) hinc ad humorum laudabilem, superfluum, excrementitiorum, tandem spirituum quoque secretionem & distributionem procedit; connexam de nutritione, & motibus automaticis, singulari ratione in homine illustratis, doctrinam subjungens. Ut illæ vero actiones, quæ ab homine, ut composito, proficiunt, penitus pateant, commercium animæ rationalis & corporis dilucidare nititur, & dein in motu voluntario atque sensatione in genere applicat, inde specialius per sensus externos & internos progressus, ubique hypothesei facili negotium satis abstrusum illustrat. Præter famem & sitim, & somnum atque vigiliam, doloris etiam & affectuum animi notitiam annexit. Etiam si enim ille ad statum præter naturam pertinere videatur, hic tamen mentionem ejus injicere voluit, quatenus consideratur, ut facultas hominis in statu naturali constituti etiam ea, quæ corpori molesta accidunt, cognoscendi. Pari ratione affectuum animi naturam quoque declarat, sive quid sit in homine affectu gaudere, cum id in pathologia & hygiene tantummodo supponatur. Tandem omnibus clausulam imponit, subjectis, organis, & materia generationis explicatis, conceptionis, nutritionis, partus & vitæ foetus phænomena recensendo. In primis autem Auctori clarissimo curæ fuit, structuram partium, atque experimenta anatomica, tum aliorum, tum quandoque sibi propria, sub initium cujusvis phænomeni tradere, ex iisque deinde usum partium elicere. Invenient proin juvenes tantum non completam historiam anatomicam, & præter vasorum sanguineorum

2
r
li
n

X 2

Fig: I. A. 1696.




Fig: II.



neorum

neorum & lymphaticorum ideam, atque nevrologiam succinctam, subinde quasdam in sectione enchireses minus familiares, e quibus illa, quæ cerebri anatomem dirigit, in specie nominari meretur. Ex ea dignâ judicavimus sinuum duræ meningis & descriptionem & schema huc referre, quod non modo eos, quos *Vesalius*, *Sylvius*, *Willisius*, *Blasius*, *Bidlous*, *Vieussens* & alii delinearunt, distinctius & majore situs atque connexionis evidentia, sed alios insuper nondum descriptos exhibeat. Li vero Autori in anatomia publica in theatro Academiae nostræ instituta, viridi cera in vomam jugularem internam injecta, in conspectum venerunt. In fig. I. literæ A A A A A notant limbum dissecti cranii adhuc dura meninge tecti, cujus rescissæ extremitates a a a a designant. B cristam galli, & regionem ossis spongiosi, CC ossis frontis, DD cuneiformis, EE occipitis sinus sive cavitates exhibet, F describit sinum longitudinalem, dictum communiter tertium, in quo antica pars a crista galli resecta in posticam partem reclinata visitur, ut reliquæ partes feliciter detegerentur. Is terminatur ad laterales G G G G dextrum & sinistrum, qui ad inferiorem ossis occipitis sinum demissi specum Willisii rotundum formant, & ad jugularis venæ exitum feruntur, inque cranio sui vestigium insculptum relinquunt. Quartus H principio extra situm locato, a glandulæ pinealis basi emergit, & lateralibus inseritur. Quintus inferior falcis est, a Vesalio primum, & hinc Sylvio annotatus, uti sapissime, hic quoque desiderabatur, Quatuor illorum sinuum conformatio & connexio melius patet ex figura II, Literæ A A A denotant sinum longitudinalem apertum, qui canalem triangularem exacte exprimit, & in quo ligamenta valvulosa, reurgitationem frontem versus impediunt aliquot, una cum orificiis venarum eo hiantium a a a a delineantur. BB lateralium initium & C quarti exitum definit. Illic loci, ut ad figuram primam redeamus, ubi laterales infra processum petrosum demerguntur, ad hujus limbum porriguntur alii, utrinque bini exiles I I I I ad sellam equinam producti; ab hac breviores in utroque latere K K K K deorsum tendunt, & ad jugularis abeunt exitum, cum lateralibus eundem terminum agnoscunt. Illi Vieussenio superiores sellæ equinæ adstantes, hi inferiores audiunt. Præter hos adhuc intra cranium, sed mox ad vertebrarum limites, vertebralis Willisii est L L L L, qui annuli instar medullam spinalem cingit, cujus resectæ locum M indicat. Est vero quatuor ul-

TAB. III.
Fig. I.

Fig. 2.

mo nominatorum & vertebraliū communicatio in N N N N n, ad fellæ Turcicæ O O processum posticum, quæ productio non incongrue transversalis aut conciliatoris sinus nomine vocanda est, e qua protensio versus vertebralis commissuram fretum n dici potest. His adhuc Autor jungit alios, antea vix depictos, qui eadem ceræ injectione se manifestarunt P P P P, & quidem utrinque eadem forma, ut casu evenisse non putandum sit, in ossis cuneiformis cavitate, qui ab illo, quod olim ob asperitates diversas *πολύμορφον* nuncupabatur, ob varios quos spargunt ramulos, *πολύμορφοι*, Autoris iudicio, appellandi sunt. Hos cum vena jugulari interna communicare, cera per eandem injecta evincit. Quamvis autem tanquam distincti canales describantur illi sinus, inter se tamen, ut bene Autor monet, omnium est communicatio, simulque annectit, longitudinalem superiorem & inferiorem, si datur, cum quarto ad laterales, & cum his versus venam jugularem tendere, utrinque vero simul communicare cum superioribus fellæ equinæ, qui cum inferioribus & vertebralibus per fretum ad transversalem uniuntur. Quemadmodum vero hinc per inferiores fellæ equinæ ad jugularem venam refluxus est, ita quoque per fretum ad sinus vertebrales, & sic venam quoque vertebralem viam esse. Cæterum quamvis mechanicam hypothesin profiteatur Autor, & ejus connexionem per omnes partes continua serie deducat, antiquorum tamen & aliorum quoque sententiam delineat, ut præsertim tyrones, quæ circa præcipua in physiologia momenta iisdem tenenda sunt, in compendio habeant. Et quemadmodum interdum mysteria hæc naturæ interpretandi communem cum aliis rationem servat, ita nihilominus interdum quoque peculiare, uti vocat, sed probabiles conjecturas circa eadem fovet: sicut id ipsum ex lienis officio, quod hepatis sanguinem ad bilis separationem præparando, præstare demonstrat, aliisque locis elucescit.

COLLECTIO MAXIMA CONCILIORUM OMNIUM HISPANIAE & Novi Orbis &c. Tomus II. Cura & studio JOSEPHI SAENZ DE AGUIRRE S. R. E. Presb. Card.

Romæ, typis Jo. Jac. Komarek, 1694. in fol.

Constat Alphab. 8. plag. 13.

Pro-

PROcedat nunc Maximæ Conciliorum Hispaniæ Collectionis Tomus secundus, ad cuius spectaculum superiori mense Lectores nostros invitatos a nobis fuisse recordamur. De quorum studio eo minus nunc laboramus, quod ipsius operis dignitas, ipsis ex parte jamjam perspecta, securos satis de eo esse nos jubeat. Quid impedit itaque, quo minus velut in Arcopago acturi, *ἀνευ προσημίας* ab ipsa causa exordiamur?

Offerunt autem se hic quoque nobis primo statim loco dissertationes aliquammultæ, quarum argumenta a nobis paucis erunt indicanda. *Prima* Concilii Eliberitani tempora investigantur, circa cujus ætatem insigniter errare Eminentissimo Autori videntur Anglorum nonnulli, ad annum Christi 1200, & Magdeburgenses ad annum 700 illud referentes. Tolerabilior est ex ejus mente Jo. Vasæi error, qui anno Christi 338, & Garfiæ Loaisæ, qui cum Antonio Augustino & aliis, eodem cum Nicæno Concilio tempore, aut paulo post, anno nempe 324, illud celebratum esse statuunt. Verum ut alia taceamus, quæ postremorum quoque sententiæ opponit, *ἀσύνετα* plane illi videntur, quod Eliberitanam Synodum eodem cum Nicæna tempore vel paulo post coactam dicant, & tamen eam ad annum 324 referant, cum anno demum 325 Nicænum Concilium sit celebratum. Et licet etiam anno 324 Nicænos Patres convenisse aliquis largiatur, vix tamen viam iniri posse existimat, qua Osius Nicææ simul, ubi Concilio eum Apostolicæ Sedis nomine præfuisse credit, & Eliberi eodem anno præsens sistatur, præcipue cum integrum triennium durasse Nicænam Synodum, Anonymus apud Lipomannum tom. VI, Gelasius Cyzicenus, Nicephorus & Cassiodorus probabilè reddant; & finito illo Gangras quoque Osium abiisse ad congregatum ibi Concilium, constet. Rectius itaque antiquiorem Nicæna Eliberitanam Synodum statui existimat, cujus rei tum alia ei suppetunt argumenta, tum id præcipue, quod quamplurimi ejus canones manifestum reddant, eo quo illi condebantur tempore, crudelem Ethnicorum persecutionem in Christianos viguisse, adeoque Maxentium Tyrannum nondum victum, nec pacem Ecclesiæ, quod anno Christi 313, Constantini 7 factum denique est, redditam fuisse. Baluzii inde corruiere ipsi videtur sententia, qui ante Nicænum quidem Concilium, in media tamen Ecclesiæ pace, Patres Eliberitanos congregatos fuisse putat; parum enim facere ad eam stabiliendam id ait, quod in

p. 1.
p. 2.

p. 3.
p. 4.

- Concilio etiam Valentino & Arelatensi II, imo & Ancyranò, pacis temporibus licet celebratis, canones tamen contra lapsos in persecutione habeantur. Istorum enim Conciliorum canonibus manifeste, præteruisse persecutionis procellam, indicari, adeoque iis, qui lapsi in ea fuerant, pœnitentiæ disciplinam præscribi cœset; cum contra Eliberitani Patres pœnam statuunt illis, de quibus, ne persecutionis tum maxime furentis vi flecterentur, erat metuendum. Constare itaque ex hisce sibi persuadet, ante pacem a Constantino Magno Ecclesiæ redditam, celebratum Eliberi Concilium fuisse: eo tamen non contentus, accuratius ejus tempora investiganda credit, quæ postquam varias aliorum opiniones adduxisset, in annum Christi 303 incidisse statuit, quo anno ipsa Dominicæ passionis die, juxta Eusebium, Diocletiani & Maximiani edictum de nova persecutione publicatum fuit; sequentium enim persecutionum nullam ad Hispanos pertigisse existimat. Mense autem Majoris illius anni hoc est simul ac in Hispaniis innotesceret edictum illud, celebratum Concilium fuisse, inde colligit, quod anno illo præcipite nimis violenta jam fuerit, adeoque Concilium celebrari vix permiserit persecutionis tempestas, utpote qua haud paucos, qui subscripserunt ei, abreptos illo tempore fuisse, constat; cui conjecturæ eo plus tribuit, quod in vetusto etiam Ecclesiæ Urgellensis codice Idibus Maji Eliberitanum Concilium cœpisse affirmetur. Omittimus quæ post ista contra paradoxam Joannis Morini sententiã disputat, qui L. IX de Pœnit. c. 19 epocham hujus Concilii ad dimidium sæculi tertii vel paulo post referre ausus est; illam enim ex Osi aliorumque, qui ei interfuerunt ætate, abunde, si aliã argumenta vel maxime deessent, confutari posse existimat.
- In Dissertatione II de Conciliis Eliberitano posterioribus, intra & extra Hispaniam præsentis Osi celebratis agit. Præcipua inter illa sunt Cordubense, quod ex Synodico libello, a Labbeo t. 2 col. 91 edito, nobis innotescit; item Arelatense, Alexandrinum, Nicænum, Gangrense, Sardisense, & Sirmiense posterius. Præcipue in postremo hoc prolixus est, utpote ubi Osi, ob subscriptionem multis valde suspecti, causam sibi vidit esse perorandam, quam fuscè examinatis Patrum pro & contra Osi testimoniiis, vicissè sibi plane viderur. In III Dissertatione Concilia Hispaniæ ante & post Eliberitanum celebrata recenset, quorum tamen neque apud Isidorum, neque alibi uspiam, præterquam

quam in confectis Dextri, Maximi, Luitprandi, Helece & Juliani Perez Chronicis, aliqua extat mentio. Apparate hic iterum de stolidis illis Chronicis eorumq; parente Hieronymo Romano de la Higuera agitur. Nec possunt non Lectoribus gratissimi esse ampli Antonii Augustini de initio, progressu & interitu horum pseudo-chronicorum loci, quos ex ineditis ejus chartis integros hoc loco inferuit. Fuit namque apud Antonium Augustinum ipsum primum Chronici Dextri exemplar, quo ab initio usus fuit Higuera, sed diversissimum illud ab editis erat, utcumque scilicet, ut Auctor noster loquitur, tolerabile, longaque minus fabulosum; de quo plura adducere ex Antonio liceret, nisi ipsos potius residuos tres Bibliothecæ ejus tomos, propediem in lucem prodituros, expectandos duceremus. Id tamen memorasse haud fortè poeniteat, affecta reliquisse, præter memorata ista pseudo-chronica, Higueram quamplurima ejusdem farinae opera, quæ lucem nondum aspexerunt. Talia sunt Fragmenta S. Achanasii primi Cæsaraugustani Archiepiscopi, Isidori Pacensis Epitome temporalis, & Additiones Joannis Ægidii Zamorensis ad Chronicon Juliani. Imo ne imitatores desint Higuerae, fraude non multum ejus commentis absumili, circa medium hujus seculi, sub Hauberti Hispalensis nomine, Chronicon quibusdam obtrusum fuit ab Antonio Zapata, (seu, quod verum ejus nomen erat, Antonio Lupiano Catalauno, pullandis organis in patria addicto, & qualicumque rerum historicarum peritia tincto,) qui illud in Bibliotheca S. Dionysii Parisiensis a se inventum jactabat, quod tamen nihil aliud erat quam Chronicon Eusebii cum continuatione Hieronymi, litteris Gothicis scriptum; quam fraudem mature viri in Hispania eruditi, a quibus studiose tamen istud *κειμήλιον* suum Lupianus occultabat, manifestam reddiderunt. Nihilominus Pseudo-Haubertus invenit, qui multis v&grandibus eum illustrandum tuendumque sibi sumeret voluminibus, Gregorium Argaiæ Benedictinum, quem tamen simplicitatem suam satis opere isto prodidisse, nemo facile diffiteatur. Mittimus reliqua, quæ ad Chronicorum istorum historiam facientia adducit, quorum tam propugnatores quam adversarios studiose recenset, omnemque plane illis fidem & auctoritatem abjudicat.

Dissertationi IV occasionem ipsi dederunt Melchiadis Papæ ad Hispaniæ Episcopos literæ, quas postquam ex manuscriptis quibusdam denuo correctas una cum Binii notis exhibuisset, prolixam satis de fide earum

p. 54.

p. 56.

p. 57.

p. 70.

- p. 74. earum disceptationem instituit. Ordinariis fere illis responsionibus ea-
ruetur, quod, si quæ ex scriptoribus junioribus in iis deprehendi alicui
videantur, illa æquo jure ab his ex Melchiadis epistola desumpta dici que-
ant, quam ab hujus epistolæ Autore ex istis; notatio temporis vero, quæ
objici solet, incerta sit & corrupta. Succedunt inde paucissima de
Concilio Cordubensi sub Osio celebrata, quibus subjicit tres Paciani
Barcinonensis ad Sympronianum Novatianum, quibus a Novatiani-
smi suspicione absolvi Eliberitanos Patres & reliquos Hispaniæ eo ævo
Episcopos existimat, epistolas, ejusdemque parænesin ad poenitentiam,
quam pariter ac epistolas notis quibusdam & observationibus illustrat.
p. 113. Proximum locum iis, quæ ad Concilium Cæsaraugustanum spectant,
concessit. Illud anno 381, qui fuit Damasi 15, Gratiani Imp. 15, cele-
bratum fuisse, duo præcipue ei argumenta persuadent: primum quod
eo ipso anno coactum fuerit Concilium Aquilejense, cui Hispania ob
Priscillianum, in cujus causa congregabatur Cæsaraugusta Synodus,
maxima tempestate jactata, ne quidem per Legatos interesse potuerit.
Alterum quod circa hæc tempora, teste Severo Sulpitio, in Hispaniam
venerint, ibique veneno suo Priscillianum infecerint Gnostici, ex Æ-
gypto delatore Epiphanio expulsi. Canonem hujus Concilii tertium,
quo domum auferre S. Eucharistiam Christianis interdicitur, contra
Priscillianistas latum statuit. Illi enim accedentes ad ecclesias, ne dete-
gerentur a Catholicis, accipiebant manibus Eucharistiam more alio-
rum, non comedebant tamen, sed domum, ad superstitiones suas ea
abusuri, asportabant. Ut corruat adeo J. C. Bulengeri sententia, qui in
Diatribæ III adversus Casaubonum, propter Judæos & Saracenos in Hi-
spania tum latentes, canonem illum promulgatum esse existimavit. Sy-
ricii porro Papæ ad Himerium Tarraconensem epistolam exhibet,
p. 127. quam tota dissertatione V illustrat. Putat eam præ omnibus aliis maxi-
me puram ad manus nostras ideo venisse, quod teste Continuatore
Pontificalis Damasi, *per universum mundum ac per omnes provincias*
constitutum suum de omni Ecclesia, (quo epistolas ejus & inter eas hanc
ad Himerium vult intelligi) disperlerit, ut in omni archivo Ecclesia
conservaretur. Syricii epistolam excipit Concilium Toletanum I, quod
p. 136. præter canones varios Regulam fidei quoque promulgavit, in qua no-
tari cupit, quod de Spiritu Sancto dicatur, eum a Patre Filioque pro-
cedere; hoc enim in nullo præcedentium symbolorum dictum fuerat,
neque

neque in ulla sequentium Synodorum generalium, quæ IV Lateranen-
sem præcesserunt, fuit declaratum. Id quoque observatione dignum
hic judicat, recte non facere eos, qui condemnatos in illa fidei Regu-
la septimo & decimo tertio loco errores, eosdem cum Eutychnianis post
hoc Concilium demum ortis esse inventientes, eam non integram a Pa-
tribus Toletanis prolatam esse judicant, sed postea illi quædã adjuncta
fuisse statuunt jussu Leonis, qui Episcopis Hispanis injunxit, ut Re-
gulam ipsam mitterent ad Balconium Episcopum Gallæciæ publican-
dã in Concilio Celenensi. Debilem enim esse hanc conjecturam, ex ex-
emplaribus Professionum, quibus illi errores tanquam a Prisciliano
propalati in hoc Concilio Toletano La Dicitinio & Symphosio abju-
rantur, manifestum esse existimat. In nota ad Canonem XVII hujus
Concilii, quæ, ne a communione repellatur, qui pro uxore concubi-
nam habet, statuitur, per communionem, non eucharisticam, sed eccle-
siasticam & civilem vult intelligi, quam acceptionem vocis illius non
infrequentem in Hispaniæ Conciliis esse monet. Quod si tamen quis
usitatori vocis significationi inhæreat, concubinæ nomine veram &
legitimam uxorem, sed sine dote ductam, significari cum Binio ait. De
epistola Innocentii, quam velut ad Synodum hanc exaratum exhibet
Loaisa, ita sentit, ut aut non ad ipsam Synodum, quæ anno 400 faten-
tibus omnibus celebrata sit (cum Innocentius non ante annum 402 cã-
thedram Petri occupaverit,) sed ad Episcopos, qui ei adfuerant, ali-
quot annis post, ob motas post Concilium controversias, aut ad aliud
Concilium Toleti postea sub Pontificatu ejus celebratum, scriptam
fuisse dicat. Subscriptiones hujus Concilii occasionem dissertationi VI
dederunt, in qua de Toletanis Præsulibus, eorumque in Hispania prima-
tu & ejus origine fuse disseruit. Ut autem eo rectius sequentium His-
paniæ Conciliorum percipiatur historia, inserit hoc loco Idatii Chroni-
con & Fastos, una cum Isidori Hispanensis Chronico Gothorum.
Concilium inde Braccarense sequitur circa annum 411 celebratum, &
Epistolæ paulo post hoc tempus, nimirum anno 431, ob insurgentem
tunc Nestorianismi hydrum exaratae, quarum prior Vitalis & Constan-
tini ad Capreolum Episcopum Carthaginensem, altera Capreoli ad præ-
cedentem est responsoria. Concilii Hispaniæ generalis anno 447, sua-
su Leonis Pontificis, congregati, nulla alia extant monumenta, præter
Regulam Fidei in Concilio Toletano jam promulgatam, in quam
variorum notas & observationes Auctor exhibet. Epistolam Leo-

p. 148.

p. 152.

p. 57.

p. 168.

p. 183.

p. 194.

p. 102.

- p. 212. nis Papæ eodem tempore ad Turibium datam, non ad Turibium Sedis Apostolicæ Notarium pertinere docet, sed Asturicensem Episcopum, a quo etiam distinguendus sit octoginta annis eo posterior Turibius, ab Ildephonso in libro de Viris illustribus memoratus, ut & alius Turibius qui Alphonso cognomento Casti Hispaniæ Regis temporibus floruit. Quæ inde sequuntur variæ tum Hispanorum Episcoporum, tum Romanorum Pontificum ad eos Epistolæ ad annum usque 492, a nobis
- p. 254. nunc prætermittuntur, nec non Concilium Tarraconense & Gerundense, cum quinque Hormisdæ Papæ ad Episcopos Hispanos epistolis; ad quarum ultimam sollicitè observat Orientalium Episcoporum nævos & hæreses, ut nempe inde infallibilitatis Romanæ cathedræ adstruatur prærogativa, in qua sola nihil labis ostendi posse, quo est in eam Reverendissimus Cardinalis studio, existimat. Concilium Toletanum
- p. 267. II cum Loaisa anno 527 coactum fuisse statuit, indeque Baronium & Binium, qui ad annum 531 illud referunt, corrigit; in eo autem a Loaisa quoque abeundum sibi putat, quod in tempora Joannis II Papæ, qui tamen anno præcedenti prope Ravennam in exilio obierat, illud incidere sibi persuadeat. Non est, cur multum immoremur sequentibus ad Concilium usque Toletanum III anno 597 celebratum Synodis & synodicis monumentis; in hoc vero cum notatu digna occurrant oppido multa, inhærere forsân ei aliquantisper licebit. Corrigit hic ante omnia errorem, quo omnes præcedentes Conciliorum editiones, ne Labbeana quidem excepta, commaculatæ fuerunt, dum sub Gelasio II celebratum hoc Concilium dicunt; cum manifestum sit, sub Pelagio II id factum esse, ipsèque Labbeus & reliqui editores agnoscant, annum 589 (quo Pelagius II Romæ sedit) hoc Concilio fuisse insignem; unde etiam non ipsis, sed typographis hujus erroris dicam scribendam esse statuit. Deinde integra dissertatione (quæ dissertationum hujus voluminis est septima) inquit, quo sensu Canon hujus Concilii XI peccatoribus post poenitentiam lapsis novam reconciliationem negaverit. Præterit sine ulla animadversione canonem illum Loaisa & cæteri, qui Canones Conciliorum illustrarunt, forte difficultate ejus perterriti; tantam enim eam esse Eminentissimus Autor agnoscit, ut ea motus integrum librum scribere aggressus sit, *de Disciplina veteri Ecclesiæ, præsertim Hispanæ, circa poenitentes in crimina lapsos*. Cum tamen ei postremam manum nondum imposuerit, tantum saltem, quantum utcuque dubiis

dubiis circa illum expediendis sufficere queat, monendum existimavit. Putat itaque, exponendum eum esse de pœnitentia canonica & solenni, quæ juxta Conciliorum & Pontificum Romanorum decreta iterari non possit; ut adeo pari ratione exponendus sit Toletanus iste Canon, quæ S. Ambrosii locum L. 2. de Pœnitentia c. 20 exposuit Thomas parte III, quæst. 84, art. 10. Tractat hæc ex parte etiam in sequenti Dissertatione VIII, in qua simul Canonem XII hujus Concilii, præcipientem ut secundum veteres Ecclesiæ leges pœnitentia instituat, illustrat, & ample, quæ illa vetus disciplina fuerit, & quod tam *pœnitentium* quam *confessionariorum* officium sit, exponit; ut & in Dissert. IX, ubi pœnarum in hoc Concilio sancitarum rationem uberius expendit, & ex aliis quoque Parribus eam confirmat. Succedunt inde Concilium Narbonense A. 589, & Hispalense I. A. 590 celebrata, varizq; Gregorii M. ad Hispanos epistolæ, quarum quintam ad Reccaredum Hispaniæ Regem illustrans observat, hodiernos Hispaniæ Monarchas non modo rectam originem à Reccaredo illo, in quo omnes cōsentiant, ducere, sed etiam a S. Hermenegildo fratre ejus & filio Leovigildi Regis primogenito. Hunc enim ex Ingunda, Sigeberti Francorum Regis filia, Clodovindæ, quam Reccaredus in secundo toro habuit, sorore, filium suscepisse, in aula Constantinopolitana postmodum educatum, certum ait, ex quo post aliquot interjectas generationes prodierint Hispaniæ Reges. Id quod ex variis veterum monumentis latius ostendisse dicit *Joannem Lucam Cortesum*, Regium in Hispania Consiliarium, in peculiari Dissertations, quam nondum publici juris fecerit. Cæterum a Reccaredo illo CATHOLICI quoque titulum, quo Hispaniæ Reges insignes sunt, in eos derivatum esse affirmat, utpote qui ei in Concilio Toletano III, postquam Ariasismum publice abjurasset, solennibus populi acclamationibus datus fuerit. In notis ad Concilium Barcinonense A. 599 habitum, occasionem ipsi subscriptiones suppeditant, in Higueram tot falsorum Chronicorum fabrum denuo invehendi. Dum enim in illis Maximi quoque Cæsaraugustani nomen occurrit, non alia tantum monstra de Maximo illo confecta ab Higuera esse monet, sed illud præcipue perstringit, quod ex Marco celebri eorum temporum Poeta, qui S. Benedicti gesta carmine exposuit, & Maximo, unum virum Marcum Maximum procluderit, qui Benedictinus primus Monachus, postea Cæsaraugustæ Episcopus fuerit. Chronicon Joannis Biclarensis, quod ex

P. 395.

P. 407.

P. 419.

P. 428.

- Canisio hoc loco inferuit, vitiatum ipsi fuisse videtur in omnibus illis, in quibus Hermenegildi famam deprimere & exosam reddere, contra vero Leovigildum Arianum Regem & juratum Orthodoxorum hostem posteritati commendare conatur. Passum enim esse ipsum Joannem a Leovigildo crudelem persecutionem & decennale exilium, constare ait, ideoque probabile non esse, ab ipso multum eum fuisse commendatum. Hermenegildum autem quod attinet, nihil quod ei sit ignominiosum haberi in codicibus hujus Chronici a Moralesio, Mariana & Baronio, & inter veteres a Roderico Toletano & Luca Tudensi usurpatis affirmat. Quemadmodum nec Gregorius Turonensis, Gregorius M. aut alius quisquam veterum talia de Hermenegildo, sed potius contraria omnia prodidisse deprehendantur. Post hoc Chronicon, edere primum e codice Ovetensi constituerat Bulgarani Comitis epistolas hactenus ineditas; sed cum eas gravissimis mendis & depravationibus laborare sensisset, earum editionem pariter ac plurimarum aliarum Martini Bracarensis, Casarii Patricii, Sisebuti Regis, Aurasii Episcopi, Tarræ monachi, ex codicibus Toletanis transcriptarum, eademque peste affatarum, in aliud tempus, quo emendatiores prodire possent, differendam esse judicavit. Interea tres Liciniani Carthaginis Spartariæ in Hispania Episcopi epistolas exhibet, quarum prima ad Gregorium Magnum de libro regularum in tomo II Spicilegii D' Acheriani jam extat, secunda vero ad Vincentium Eboitanum Episcopum, & tertia ad Epiphanium Diaconum ab ipso nunc primum vulgantur. In secunda Vincentio Liciniano exprobrat credulitatem, quod epistolas sub Christi nomine factas, & cælo, ut impostores jactabant, delapsas tam facile recepisset. Tertia ad Epiphanium epistola, cujusdam, quem honoris causa se non nominare ait, explodit errorem, qui angelos & animas corporeas statuisse videtur; quem postquam variis locis Scripturæ confutasset, philosophicis quoque argumentis impugnare incipit, ex quibus paucissima liceat attingere. Cum enim videat, animæ spiritualitati id obesse præcipue, quod corpore contineatur, *non sic*, inquit, *implet corpus, sicut uter impleri videtur aqua, ut tantum interius sit, non exterius. Tota igitur anima interius est, tota exterius, tanta in minore corporis parte, quanta in majore, & quum corpus movet ipsam per locum, non movetur ipsa in loco.* Paulo post: *Dei motionem nec in tempore esse, nec in loco, spiritus vero rationales non in tempore quidem, in loco*
- P. 426.
- P. 428.
- P. 429.

loco tamen esse ait. Istis & aliis hujusmodi Augustini & Claudiani Mamer-
 merti subjiciuntur testimonia, quæ ad vincendam causam maxime apta
 Liciniano visa fuerunt. Sed de istis duabus epistolis plus fatis. Ad Con-
 ciliium Toletanum X anno Christi 656 celebratum, dissertationem ad-
 texuit, quæ decima est hujus voluminis, in qua de disciplina ecclesiasti-
 ca illorum temporum in Hispaniis imprimis ecclesiis agit, qua a sacris
 muneribus arcebantur ii, qui post baptismum in carnis peccatum lapsi
 fuerant; quam in rem postquam haud paucos Conciliorum hujus tem-
 poris canones congestisset, speciatim Potamii Bracarenfis Episcopi ca-
 sum examinat, quem ob fornicationis crimen, nemini licet præter-
 quam sibi ipsi notum, seipsum Episcopatu recte abdicantem, & Con-
 ciliii Toletani Patribus poenam per literas sibi poscentem, nimis severe
 ab iis habitum haud fuisse contendit. Quem disciplinæ rigorem post-
 quam ulterius quam plurimis Gregorii Magni locis confirmatum de-
 disset, varia quæ ex canonibus Conciliorum Hispaniæ contra eum
 proferri possent allegat, allegarique respondet. Præcipua illarum ob-
 jectionum sumitur ex Canone Ilerdensi V, in quo expresse Episcopi
 potestati relinquitur, ut clericos ob hoc crimen poenitentes citius aut
 tardius ministerio, quo exciderant, restituat, ita tamen ut ad altio-
 res gradus eos non admitrat, & iterato lapsu pollutos plane ab Eccle-
 siæ corpore rescindat. Verum istum canonem solum valere, ubi oc-
 cultum est illud clerici crimen, respondet; primis enim saltem seculis
 decem, clericum fornicationis criminis publice reum, ad sacras fun-
 ctiones admissum non fuisse ostendit. Laxatum autem istum discipli-
 næ rigorem seculo primo XI queritur, idque ortum ex supposititiis
 Callisti I ad Episcopos Galliarum, & Gregorii Magni ad Secundinum
 epistolis, quibus primum deceptus S. Burchardus Wormaciensis Epi-
 scopus, alios quoque sui erroris sequaces invenerit. Quamvis illo quo-
 que tempore Petrus Damianus non defuerit, qui strenuum præcæ dis-
 ciplinæ assertorem sese ostenderet; & Anselmus quoque Cantuarien-
 sis Archiepiscopus, cujus proluxa satis loca huc facientia una repræsen-
 tavit, non alios, nisi quorum occulta essent crimina, ad sacram men-
 sam post lapsum in carnis peccatum accedere passus fuerit. Et licet in
 aliis criminibus, quæ canonum vi, etiam post poenitentiam eorum
 reos a sacris muneribus arcent, dispensatum nonnunquam ab Ecclesia
 (puriore) fuerit, nunquam tamen tale quid cum clerico fornicatore

p. 589.

p. 598.

p. 594.

p. 597.

p. 602.

p. 607.

p. 609.

f. 611.

factum esse contendit. Quo ostenso, Tridentini Concilii circa hanc rem decreta etiam exponit, & hujus rigoris rationem ex dignitate sacerdotalis muneris, & scandalis, nisi sanctum illud habeatur, exorientibus reddit. Illorum quæ dissertationem istam sequuntur recensione supersedemus, ne prolixi nimis simus, Id unum monuisse adhuc suffecerit, in Concilio Toletano XVIII anno Christi 701 celebrato secundum hoc volumen desinere, cujus nulla plane ad nostram ætatem pervenisset notitia, nisi perditis omnibus aliis monumentis, qualemcunque ejus memoriam Rodericus Toletanus nobis conservasset.

**Herrn von Hoffmannswaldau und anderer Deutschen
außerlehene und bisher ungedruckte Gedichte.**

Hoc est:

DOMINI AB HOFFMANSWALDAU ALIORUMQUE GERMANORUM selecta, eaque hucusque inedita Carmina.

Lipsiæ, apud Jo. Thomam Fritschium, 1695. in 8.

Constant plag, 27.

Venerabile merito genti Germanicæ est nomen *Christiani ab Hoffmannswaldau*, Viri non tantum de republica Uratislaviensi, cujus gubernacula per temporis haud exigui spatium sapientissime administravit; sed & imprimis de universa patria Musisque Germanis immortaliter meritus: is enim ipse fuit, qui pangendi carminis Teutonici laudem a Martino Opitio, quocum in juventute familiariter versatus erat, acceptam admirabili dexteritate sustinuit atque propagavit. Testantur id ipsius poemata, quæ jam pridem evulgata in manibus sinuque feruntur omnium, qui amoenissimas dicendi Veneres, & patriæ insuper linguæ nitorem ea, qua par est, veneratione prosequuntur. Id modo dolendum videbatur, virum a laudis studio alienum, eo non potuisse adduci, ut omnes ingenii, sane singularis, factus publicæ luci exponeret. Quo enim pretio non redimendum fuisset opus plane egregium (quale nec dum Camenæ Alemannicæ parturierant) quod ipse, ut ab amicis accepimus, epico dicendi genere de bello tricennali Germanico inceptum, postmodum destruit non tantum, sed & quidquid ejus jam erat affectum, flammis abolevit? Interim tam felicibus nonnullis juveniliū reliquiis esse licuit, ut fati malignitatem feliciter evaserint; quas quidem nunc in unum fasciculum collectas cum orbe erudito communicandas susce-

suscepit Poeta non minus clarissimus B. N. magnas proinde gratias ab omnibus lautitiarum poeticarum amatoribus reportans. Quamvis enim carmina, quae nunc lucem aspiciunt, viridiori aetate pleraque videantur conscripta, ubi spiritus illi calidiores in libera paulo dicta effervescentius se effundere solent; satis tamen patet, ea de cetero prioribus illis jam diu impressis & inveniendi amenitate, & elocutionis praestantia adeo nihil concedere, ut in aliquibus etiam palmam de facili ancipitem reddere possint. Enimvero videas hic exhiberi carmina elegantia, ut vocantur ab Editore, & amatoria; epigrammata varia exquisitum acumen ubique praeseferentia, nuptialia ac funebria, & denique varia: adjectis in fine odii amatoriiis miscellaneisque aliis. In quibus conquirendis & ordine disponendis opera Collectoris eruditi eo magis est aestimanda, quod & aliorum Poetarum, quorum perfecta in fundendis carminibus est solertia, huc comportavit poemata, non indigna sane, quae cum Hoffmanswaldavianis simul legantur & aestimentur; quae tamen inter primae partes debere videntur tum Casparo a Lohenstein, alteri illi Poetarum Germanorum principi, sapius a nobis laudato; cujus hic potissimum carmen, quod *VENUS* inscripsit, editur, in quod profecto, quicquid in antiquitate universa de Venere habetur, confluisse apparet; adeo ex instructissima eruditionis penu, quaecunque dici de eo argumento poterant, convenienter Poeta adduxit: tum Viro cuidam illustri, cujus non in aula Brandenburgensi tantum, cui splendido addictus est ministerio, sed & in orbe erudito florere jam dudum fama coepit atque in deliciis habetur; illum enim agnoscere licet auctorem carminis, quod auspiciatissimis JOANNIS GEORGII IV Saxoniae Electoris cum Serenissima Eleonora Erdmutha, vidua Marchionis Brandenburgensis destinatum fuit, elegantissimi. Sed & ipse B. N. farraginis hujus Collector, suis quas adjecit, ingenii pignoribus satis, nisi fallimur, demonstravit, haud exigua ipsum praestare poetandi facultate.

Sed de *Profatione* luculenta, qua commendatur opusculum, operae pretium esse existimamus non nihil commemorare; in ea enim Auctor de *Poesi Germanica* ex instituto agere sibi proposuit. Ubi ab initio cum commemorasset, multos esse, qui eousque poesin vernaculam extollant, ut partibus suis eam absolutam esse contendant; multos e contrario, qui non nisi elumbes rhythmos deprehendere se in eadem sciscant,

P. 229.

P. 94.

sciscant, ipse ita inter hos arbitratur, ut priores rerum, quæ apud alias gentes geruntur, esse imperitos, & alteros illos nihil, quod originem suam Galliæ non debeat, admirari pronuntiet. Nimis profecto multum restare nobis spatii, quod conficiendum sit, antequam in verticem illum, quæ Homerus & Sophocles, Horatius atque Maro olim confiterunt, enitamur; quum quæ in nuptiis celebrandis, in funeribus deducendis aliisque occasionibus effunduntur carmina, rem nondum conficiant. Quod autem ad majorem florem ipsa non adspiraverit adhuc, causas affirmat esse varias, quas recensere nunc superfedemus. Quæ etsi ita se habeant, non tamen poësin nostram ita abjectam jacere & putidam esse, ut suppudere nos ejusdem oporteat; & stoliditatem ac mentis intemperiem prodere Jesuitam *Bouhoursium*, cum barbaris accenseat Alemannos; quin potius si ex Gallorum versibus rhythmum, & ex panegyricis eorundem cōmenta auferas, nonnisi inanes stipulas, & cortices rerum ipsarum vacuos & cassos remanere. Sane enim versus Gallicos sine rhythmis nihil minus esse, quam versus, cum tonum ubique violent; cum ex adverso poësis Teutonica multo sit tenerior, neque inter scandendum nativum solummodo tonum in syllabis, sed & pronuntiationis accentum sive emphasin accurate utique observet id quod & apud Græcos & apud Latinos secius appareat. Jam ad adulationes eleganter concinnandas, rudiores adhuc Germanorum animos esse, haud segniter fatetur. Quod si vero dicere aliqui velint, Gallos etiam in aliis argumentis vires suas periclitatos, & *Cornelium* scribendis comœdiis; *Scaderium* Alarico suo; *Boilæum* denique satyria compositis haud tralatitiam sibi famam comparavisse: istis ita respondet Præfationis Auctor, ut primum dicat nondum ad Græcorum illam in dicendo vim assurrexisse; alterum illum parum laudis hoc suo opere reportasse; & Satyricum denique plurima, quæ bona sunt, ab Horatio atque Juvenale surripuisse. Esse quidem Gallos in invenendis promptos, & effingendis scite cogitatis suis admodum felices; sed calorem illum, quem subitaneum sentiant, mox iterum restingui, fatentique præterea ipsos Gallos, linguam suam ad opus aliquod perfectius producendum esse fere inidoneam. Unde egregie opinione sua falli, qui censent, Germanos eisdem in fingendo haud quidquam pares esse, imo nec eorum acumen attingere posse. Contrarium vero ut luculentius pateat, ostendere pergit, quanta spatia apud nos Poësis fecerit, tum

etiam,

etiam , qua in parte emendatione adhuc indigeat. *Opitium* primum Germanis vatibus viam ad amœniora tentanda præmonstrasse; qui certe p'us etiam præstitit, ac plerorumque hominum vulgo ferat persuasio. *Panegyricum* laudibus Regis Poloniæ destinatum opus esse, quod emendari in nulla re possit; quippe ex quo præter emphatica epithera, heroica similia , nervosasque phrasas, multæ pulcherrimæ cogitationes emineant; id quod allatis nonnullis exemplis omnium oculis exponit. *Opitium* secutos esse *Tscherningium*, *Dachium* & *Flemmingium*, suis certe laudibus unumquemque insignem, & *Dachium* imprimis in odis sacris incomparabilem ac in traducendis Psalmis esse felicissimum; ut dolendum sit, ejus labores non magis in notitia hominum versari: sed tamen *Opitio* nondum ipsos accedere pares. Qui vero postea floruerit, carminis fingendi peritia inclyti, *Andreas Gryphius*, *Hoffmanswaldau*, *Casparus a Lobenstein*, felicius ac priores illos, *Opitium* secutos non tantum esse, sed & in aliquibus superasse. *Gryphium* virum eruditionis immensæ, ingenii incomparabilis, & tum inventionis, tum ipsa rerum elocutione expeditissimum fuisse. *Hoffmanswaldavium* longe alii viæ atque *Opitium* & *Gryphium* instituisse; multum enim Italis indulisse, & amœnam illam fluidamque scribendi rationem, quæ nunc in Silesia vigeat, primum invexisse; ubi quidem tam ingeniose se dedit, ut *Ovidius Germanicus* merito suo nuncupandus sit. *Versione Pastorica Fidi* Gallicum interpretem multum superasse: epigrammata ejus plenissima esse excitatoris spiritus; *Heroïdes*, exceptis nonnullis metaphoris, ab Italis sumptis, meliores fieri non posse. *Epicedia* vero ejus ostendere, ne quidem ad seria ipsam minus fuisse idoneum. Sed odis amatoris non tantum antecelluisse omnes Germanos, sed & externos quoscunque, nec fore imposturum, qui hanc ei palmam intercepturus sit. In *Casparo* vero a *Lobenstein* reperiri fere omnia conjunctim, quæ in cæteris separatim sunt laudabilia; superesse & alios, ut *Müblsfortium*, *Affigium*, *Abshazium*, *Christianum Gryphium*, Silesios, quos poeseos Germanicæ fulcra præstantissima vere dixeris. Præterea *Morbofium* docte quidem, non tamen æque suaviter scribere, qui tamen fatis calluerit, quid ad poema suis numeris absolutum pertineat. *Besserum*, illustre in Aula Brandenburgensi nomen, utrinque esse felicissimum, & ea musinari, quæ puncta ferant studiosorum hujus artis omnium. His ita se habentibus, & tot tantisque

que viris ad perficiendam magis magisque poesin patriam strenue elaborantibus, quid demum ad eandem in supremo culmine ponendam requiratur amplius? Sed hic haudquaquam cunctatus Auctor noster faretur, esse adhuc, quæ desiderentur in singulis, quos suis ante laudibus mactaverat, viris meritissimis; felicem tamen eandem fore addit, si ejusmodi solum ingenia ad ejus culturam se accingerent: sed nunc cum promiscue ex vulgo quilibet, sine discrimine, pangendis versibus nomen conetur suum illustrare, non posse non fieri, quin seducatur juvenus, ut per omnem vitam de poesi non recte possit arbitrari. Hoc ipse ergo suppeditat consilium, quo obviam iri malo huic tam pernicioso utcunque possit: suum scrutetur quisque, ait, num ad versus conidendos aptum sit ingenium, & quid vires suæ sufferre in arte hac possint; an rhythmis solum suaviter sonantibus capiatur, quod nunc fere communissimum sit: num vero poetis illis elegantioribus aliquis optet accenseri, in quorum numerum referendi sint ignei illi & excitatores spiritus, qui in inventionibus suis breviores, in elocutione expediti, & in cogitationibus singulares sint; quibus hominibus suadet, ut Ovidium, Martialem, Ausonium & Claudianum, ex nostris vero Hoffmannswaldavium, & ex Gallis Boilzrum & Bouhoursii collectanea frequenter evolvant, nec ad scribendum se conferant prius, quam impetu se huc ferri sentiant: num denique in poetica facultate ante ceteros eminere olim cupiant; quos tamen nobilioribus ingenii dotibus magis instructos, in inventionibus profundiores, in laboribus subeundis patientiores, & in scribendo politiores esse; præterea opum facultate præditos, temporis usura beatos, multarum linguarum peritos, omnibus scientiis subactos, rerum in mundo contingentium non expertes, affectuum suorum dominos, & in dijudicandis aliorum defectibus prudentes esse oporteat. Qui ita comparati per omnia sint, manū cum successu admovere operi posse; id quod tamen sine poetarum lectione fieri non queat. Legendos vero esse optimos, & in suo genere eminentissimos, quales sint Homerus, Sophocles, Pindarus, Anacreon: Ovidius, Seneca, Horatius, Claudianus, Juvenalis, Persius & Virgilius: reliquos falsas exhibere ideas, & præteriri possit. Adjungendos & ceteros, ac ob styli nitorem populares nostros, præcipue, quorum nunc evulgentur carmina.

TRAF-

TRAITTE' DES FIEVRES MALIGNES ET POURPRÉES PAR
M. François Raynaud, Docteur en Médecine de l' Université
de Montpellier.

Seu :

Tractatus de Febris maligis & purpuratis, Aucto-
re FRANCISCO RAYNALDO Doctore Montis-
pellulano.

Bruxellæ, apud Franc. Foppens, 1695. in 12.

Constat plag. 7 $\frac{1}{2}$.

SCopum operis præfatur ipse Autor, κατ' ἀπορίαν improbare usum
quorundam remediorum in curatione februm malignarum, & κα-
τὰ ἴσθησιν monstrare magis convenientia, tanto rectius quidem, quan-
to obscuriores sint causæ februm malignarum & hydrophobiæ, quam
in hunc censum vocat quoque.

Tractatum ipsum sex capitibus absolvit, & primo quidem essen-
tiam & causam februm malignarum traditurus, summam rei pro no-
tione earundem ponit, quod nascantur a sanguine adusto ardore Solis
& aliorum astrorum; quod sint perniciosæ & contagiosæ pro propor-
tione hujus siderationis; quod magna adustio sanguinis illorum influ-
xu & impressione inducta inferat pestem, mediocris febres pestilen-
tes, minor malignas.

Probat id ex communi pluribus seu epidemio fere malo, quod
communem requirat causam, quam in aere corrupto locat, introdu-
ctis in illum particulis, eoque mediante in corpus morbificis. Hæc
vero corpuscula non tam deberi terræ, quam cælo, & influxui astro-
rum. Hic cum alteret ligna, herbas, fructus, terram, quam ob rem
non promiscue, sed certo Lunæ positu, ligna cædantur, herbe & radi-
ces colligantur, fructus decerpantur, terra præparetur; longe magis
id statuendum de liquoris vitalis, ipsiusque hinc corporis destructione
inde arcessenda.

Arguit hinc porro, corpuscula in aere contenta febres gignere
malignas, quod nec in superficie nec visceribus terræ sint reperiunda;
neque enim particulas arsenici, aconiti, napelli venenosas id posse, quod
citra contagium aliquod lædant; unde aliunde fuerit vis hæc repeten-
da, quam a particulis insensibilibus horum venenorum. Accedit æqua-
tis læsio ab iisdem, secus ac fit a miasmate febrili, sub eodem licet statu

13. aeris & dispositione corporis. Neque respondere symptomata a venenis assumptis producta cum febrilibus, non carbunculos, parotides, exanthemata alia ab illis oriri, ut in peste & febribus malignis assolet.
14. Neque illa deberi putrefactioni alicui aeris e mixtura miasmatum corruptorum, ex terra vel paludibus oriunda; unde febres quidem putridæ, non item pestes fere universales consurgere queant.
15. Supponit hinc, Solem esse genuinum elementum ignis, ejusque radios effluvia substantialia, grata nobis vel incommoda, proficua vel noxia, pro modulo communicationis, & prout sunt unita vel dispersa.
16. Probat id proprietatibus & effectibus communibus cum igne, uniendis radiis substantialibus, ut comburant objecta, per speculum concavum.
17. Substantiam hanc subtilem & luminosam non solum venire a Sole, sed etiam ab aliis astris, formatis similiter ex luce primigenia, quæ nil aliud fuerit, quam elementum ignis.
18. Cum ergo signa seu constellationes non sint nisi coagulatione astrorum, quo majori numero & quantitate gaudent, eo majus inde influere lumen; junctosque cum illis radios Solis magis calefacere, exemplo caniculæ, ac si non ocysus per fermentationem quandam & sufficientem transpirationem abigantur, illico adurere massam sanguineam, & morbos malignos ac contagiosos inferre.
19. Facere huc & suo loco sanguinem, sive impuriorem cacochymicum & quasi turbatum, sive viscidum ob abundantiam sulphuris foetidi, sive alias ob obstructions mintus libere circulatum; unde radii ingressi & ignis Solaris longius inibi restitet, facilius massam sanguineam incendere aptus, impressione majori facta.
20. Trahit huc & Willisii ac Charletonis verba, sideratum sanguinem similiter allegantium, utut astrorum influxum minus causentur. Inde & in Africa febres pestilentes & malignas esse tam frequentes, ac intermittentes in Gallia; in regionibus vero frigidis, ut Belgio, raras & fere incognitas. Ob eandem causam ordinarie illas accidere sub finem æstatis, vel initium autumnii. Quod vero & hyeme contingant æstivis non minus malignæ, dilatae huic impressioni & siderationi deberi, non illa tempestate contractæ.
21. Cap. II. Causas reliquas, vulgo ad febrium pestilentium & malignarum *verorum* facere putatas, non alia ratione symbolam suam conferre, quam actioni huic radiorum Solarium & reliquorum astro-

rum ad siderationem sanguinis velificando contendit. Cometæ esse de hoc genere, non meteora, & pinguibus exhalationibus terræ debitos, sed aliquando astra aut unionem astrorum; teste illorum magnitudine, duratione, distantia a terra, & productione ex aspectibus planetarum superiorum; unde Cometa anni 1618 annis 25 ante, quam loco assignato appareret, prædictus fuerit.

28.
30.

Aucto ergo ex astris quibusdam unitis lumine & sic irradiatione, juncta Solis & alicujus alterius signi, certis locis augeri actionem radiorum horum, juxta ac impressionem ac aptitudinem ad adurendum. Imo & ex altera hypothese, si dixeris Cometæ meteora sublunaria, idem prompte fluere. Idem confirmare terræ motus, vaporibus quidem bituminosis & sulphureis debitos, simul ac semel in antris terræ accensis, inde particulis igneis in aerem effusis; non minus ac pluvias extraordinarias seu prodigiosas, sanguine, lacte, & ranis constantes, quales ipse viderit in pileos, pallia, equos delapsas, seu alias excedentes, radiis hinc Solis & astrorum, nubibus discussis, fortius irruentibus; annonæ item caritatem, ordinarie siccitatem majorem consequentem, indeque humido absumpto, tum sanguine ad impressionem dictam radiorum adurentium fortiolem disposito, tum ipsis frugibus, non obstante varia illorum præparatione.

31.
33.
36.
38.
40.
41.

Exemplum hujus siderationis sanguinis ipsi dictæ esse rabiem caninam, etiam carne lupi rabidi comesta contagiosam, particulis ignis astralis cum ea communicatis. Mutationes temporum conferre ad eandem siderationem, etiam a Deo optimo maximo tempore pestilentie Davidicæ & alias impensam.

43.
44.
47.
50.

Hinc cap. III. phænomena ordinaria tam malignitatis subdole, quam in aliis caloris magis obvii & vehementis, recenset, non differentiis, nisi gradibus siderationis sanguinis, symptomatibus, quam & contagio, respirationis & transpirationis medio propagandis particulis sulphureis, incensivis fermentificis applicat.

52.
53.
54.
57.
58.

Exerere se illud exterius in carbunculis, lanis ovium, etiam ficcis, imprimis Africanis, & maxime in rabie canum dicta, orta indubie ab incendio sanguinis horum animalium quasi torrefacti, quo de aliquot observationes citat, & causam hydrophobie refert in sanguinem quasi resinofum accensum, cui nihil tam nocivum fit, quam aqua, vel

59.
62.
63.
70.

liquida alia, ex qua noxa per experientiam concepta, (& vel lardo accenso affusa aqua visenda) illius timor & averfatio fiat.

72. Probat idem ex natura canum, eorumque sanguinis magis glutinosi, calidioris & siccioris, ex remediis hydrophobiz, balneo aque marinæ, cauterio actuali, & cineribus cancrorum, quorum rationes ex eodem fonte deducit. Scorsim cineres promptissime extinguere ignem resinoforum, & hoc loco eosdem sufficienter ingestos accensas partes resinofas sanguinis, subtiliores & leviores ex cancris habendos.
74. Neque delirare hydrophobos, sed quosdam ad vitæ finem integra uti ratione. Neque tamen hydrophobiam accidere pesti vel febribus malignis, quod alius sit status sanguinis humani accensi, alius ab igne astrorum, alius ab igne sanguinis rabidi.
- 75.
- 78.
- 79.
- 83.
- 85.
86. Sic & cap. IV. aliorum symptomatum febrium malignarum rationem ex hoc arcessit, juncta analysi sanguinis, cui impressus ignis astralis rarefaciat & accendat primitus partes spirituosas, quibus facile evaporantibus continuet incendium partium sulphurearum minus exhalantium, quarum exiguam quantitatem destruat, reliquas concutiens vel dividens, inferens iis motum impetuosum, non aliter ac vino accidit sive calori ignis commisso, seu ferro ardente illi intruso. Cui dissipationi spirituum & particularum sulphurearum, consequente motu utriusque ac circulo turbato, & sanguinis dispositione ad coagulum, pleraque symptomata adscribit, sive erumpant exanthemata simul, sive minus, continuante interim igne cœlesti suam impressionem. Fieri vero maculas etiam in febribus intermittentibus, citra malignitatem, imo cum *εὐφορία*, cujus rei exempla adfert.
- 87.
- 88.
- 89.
- 92.
- 93.
- 100.
- 103.
- 104.
- 109.
111. Cap. V. Posita itaque indicatione gemina, extinguendi ignem astralem massæ sanguinæ incendium continuantem, & reparandi partem spirituosam ac balsamicam, quam dissipat, non convenire (1) venæsectionem, sibi relictam semper in febribus malignis noxiam & vires magis debilitantem; quamvis ratione symptomatum quorundam locum moderato usu habere queat. Contra potius extingui flammam illam efficaci fermentatione, consequente sufficienti transpiratione, quam venæsectione, pluribus nominibus incongrua, præterquam in hæmorrhagiis extraordinariis, inflammatione particulari, ut angina &c. semel vel bis, a sex ad octo uncias una vice. (2) Non convenire etiam acida, e diametro potius contraria actioni diaphoreticorum, effervescentiæ

scientiæ sanguinis & evaporationi necessariæ, figentia potius & coagulationem non minus ac flammam sulphuris augmentia, quam spiritus sanguinis deficientes. (3) Non glaciem, ob easdem & alias rationes, vel fabrorum experimento, aquam carbonibus inspergentium ad juvandam ustionem, & extra hos casus noxiam. (4) Unica remedia proprie dictarum febrium malignarum esse diaphoretica, frustra a quibusdam dari negata, præmissis indicationibus perfecte adæquata, theriacam, mithridatium, carnes viperarum, & alia; nec vesicatoria & fonticulos in peste prodesse, nisi procurata magis transpiratione.

Prosequitur hanc curam cap. VI. sua methodo; tria commendans solum remedia, purgantia decocta, contraria visa primo intuitu, multum tamen proficua, cardiaca, & diaphoretica, juncto diætæ regimine, in qua commendat juscula egregia, vinum tanquam optimum cardiacum, & potiunculas diaphoreticas, non omissis, si opus, elysteribus, vesicatoriis & pro re nata certis casibus dictis venæsectione, de cujus excessivo abusu tractatum promittit, & carbunculorum tractatione per topica commoda.

FERDINAND- CHRISTOPHORI HARPPRECHTI CONSILIORUM Tubingensium sive Disceptationum de insignioribus quibusdam juris questionibus Volumen.

Tubingæ, apud Philibertum Brunnium, 1695. in fol.

Alphab. 3. plag. 14.

Quod desideratum hætenus enixe fuerat a multis, Responsorum Tubingensium a Christophoro Besoldo olim editorum Auctarium, exhibere tandem constituit Auctor præsentis operis consultissimus, J. U. D. Pandectarum & Præxeos in celeberrima Academia Tubingensi Professor Publicus, Serenissimorum Würtembergiæ Ducum Consiliarius, & supremi Ducatus Dicafterii Assessor. Ob iniquitatem temporum vero unicum nunc quidem, idque primum Auctarii hujus jam prædit Volumen, quorum tamen plura jam elaborata extare dicit Auctor, atque singulis semestribus aliquod eorum expectare jubet. In primo hoc sedecim Consilia exhibentur, quorum argumenta præcipua paucis recensēbimus. Consilio I. præmissa facti specie & remotis dubitandi rationibus (quam in sequentibus etiam servat methodum) decidit: *Filiam nobilem vel illustrem, non obstante jurata hæ-*

p. 12. seqq.
redita-

118.
121.
124.
127.
133.
136.

140.
147.
148.
149.
151.
152. 153.
157.
163.

- p. 24. seqq. reditatis paternæ renunciatione antea facta, a patre vel fratribus hæredem institui, aut legatum donationemve in ipsam vel liberos ex illa natos conferri posse. Bona hæredum & descendendum propria, quæ aliunde quam a testatore nati sunt, universali & perpetuo fideicommissæ, ultra quam quantum a testatore consecuti sunt, gravari non posse.
- p. 26. Fideicommissa familiæ ita esse interpretanda, ne in totum concidant, non autem, ut id quod plus est, propterea debeat. Sub nomine *dey Kinder* in vernacula solum liberos primi gradus contineri. Donationes Principum, Comitum aliorumque Imperii Statuum insinuatione non habere opus. Consil. II. promissionem a filia illustri vel nobili factam, quod velit renunciare paternæ hæreditati, renunciationis revera præstitæ effectum habere. Renunciationem successionis in perpetuum a filia nobili factam, regulariter, & nisi aliunde de contraria renunciantis mente constet, ad votum familiæ perpetuo conservandæ tendere, adeoque filiam ita renunciantem extincto penitus stemmate masculino, ad successionem in bonis paternis admitti. Ejusmodi filiarum hæredi, extincta linea masculina, remedia tum petitoria, tum possessoria contra hæredem testamentarium ultimi masculi defuncti competere. Consil. III. determinat, quod in legatis ad pias causas jure tam civili quam canonico duo testes requirantur. Hinc talia legata ex sola defuncti, licet indubitata scriptura, sed nullo teste munita, haud subsistere, sed admixtionem personæ extraneæ, etiam pii corporis, in privilegiata parentum inter liberos dispositione haberi pro nulla. Nec aliter disponere *Cap. cum effes. 10. & Cap. relatum. II. X de Testament.* Quando parens testator satis temporis habuit suam ultimam voluntatem adhibitis solennibus perficiendi, hoc tamen intermisit, neque illam in aliqua ciuitate conclusam, sed inter alias exigui pretii scripturas reliquit, tunc post ejus obitum vix aliquam illius haberi rationem. Majorem in legibus esse liberorum favorem, quam piarum causarum, adeoque ab illis ad has non posse duci argumentum. Nec liberos ad implendam invalidam patris dispositionem, nec hæredes in genere ad implendam informem defuncti voluntatem, in conscientia esse obligatos. Per solutionem quorundam legatorum in testamento invalido relictorum, hæredem ad reliqua non obstringi. Consil. IV. ad legitimam codicillorum in scriptis confectioem requiri, ut quinque testes simul uno eodemque tempore præsentés, quibus disponens codicillos obrulit, nullo penitus alieno actu interveniente subscribant.

Hæc

Hæc requisita etiam a patre codicillis inter liberos disponente, si maximam bonorum partem uxori aut personæ extraneæ cuicunq; alii relinquere velit, adhibenda esse. Si parens in privilegiato inter liberos testamento unum aut alterum ex illis in sola legitima hæredem instituat, reliquorum tamen bonorum hæreditatem nec uxori, nec personæ extraneæ alii conferre eum posse. Pœnam privationis a patre hujusmodi codicillo insertam sub comminatione paternæ maledictionis, si liberi ipsius voluntatem impugnent, tum demum locum habere, si illud frivole & minus rite fiat. Consil. V. de schedis testamentariis, *Testaments-Beplagen/ begelegten oder eingeschobenen Zetteln* latius agit, & confirmat, illas nullo licet teste in consecutione earundem adhibito, & solo nomine testatoris absque alia contentorum approbatione subscripto, modo testamento prius condito clausula reservatoria (ut quæ a testatoris manu scripta testamento postea inserta reperiantur, valere debeant) annexa sit, ex universali Germaniæ aliorumque locorum consuetudine subsistere, cum hoc pro modo implicite testandi habeatur. De indubitata autem talis schedæ certitudine ex comparatione litterarum, concurrentibus præsertim aliis adminiculis, ex gr. unius testis jurata asseveratione, se vidisse testatorem illam schedam subscribere, sufficienter constare posse. Consil. VI. de testamento itemque codicillo ratione voluntatis imperfecto disquirat, & illo non plene nec per omnia absoluto, ne pro ea quidem parte, quatenus nempe testator suæ mentis postremum iudicium declaravit, valere ait. Etiam legata in testamento ratione voluntatis imperfecto, monasterio, nosocomio aliisque similibus corporibus relicta & perfecte ordinata, una cum hæredis institutione cæterisque capitulis reputanda esse pro invalidis. Consilium VII. de crimine veneficii, quod puer septennis & puella decennis, eorumque mater confessi fuerant, sed hæc sub perplexis variationibus revocaverat, conceptum est, ibique speciatim asseritur, in hoc crimine abstrusissimo, quando damnum hominibus vel jumentis, aut per grandinis vel alterius nocivæ tempestatis excitationem frugibus illarum dicitur, ut certum corpus delicti sistatur, argumenta evidentissima desiderari, adeoque ad irrogandam severissimam vivicomburii vel gladii pœnam inquisiti confessionem, nisi de damno re ipsa per illum dato certo constet, haud sufficere. An vero venefici, striges & lamiz tonitrua, grandines & consimiles tempestates per artes magicas

p. 96.

p. 104.

p. 115. seqq.

p. 121.

p. 134.

p. 138.

p. 143. seqq.

p. 152.

p. 145.

- p. 153. in hominum perniciem cedere queant ? latius inquirat, & illud quidem permissu DEI mediante dæmone nonnunquam fieri posse non negat; cum tamen illæ tempestates etiam ex aliis causis naturalibus, aut singulari divinæ vindictæ immisione provenire queant, hinc ad fidem judici faciendam confessionem lamiarum, quasi ab ipsis pervenerint, non esse sufficientem ait; ubi simul quædam de criminis hujus indiciiis, & an liberorum adhuc impuberum denuntiatio, sagarum stigmata, sinistra fama, patientia tormentorum pro talibus habenda sint, tractantur.
- p. 166. seqq. Hinc ex ejusmodi levioribus vel non satis probatis indiciiis torturam dictare, vel eandem absque novis indiciiis iterare, vel in intensiori, quam in aliis criminibus gradu applicare, vel propter unius duntaxat sagæ denunciationem licet tempore instantis supplicii mortis factam, aut si filia adulta suam matrem denunciet, eandem decernere, integrum non esse. Tandem nonnulla de revocatione confessionis tortura vix dū remittente secuta, de confessione item impuberum hujus criminis, si illi adhuc in ætate infantili vel infantia proxima sint constituti, eorumque pœna subnectit. Consil. IIX. de crimine latrocinii ejusdemque indiciiis agit; nimirum in hoc crimine similibusque gravioribus, alassini putæ, parricidii infanticidiiive, accuratam & legitimam in simplici homicidio præscriptâ vulnerum inspectionem non adeo præcise requiri, sed concurrentibus cum reorum spontanea vel per fiduculas legitime extorta & ratificata confessione urgentibus criminis perpetrati indiciiis, illa etiam omiſsa vel uno altero ve defectu laborante, ad pœnam severiorem in iisdem obtinentem tuto deveniri posse. Si levior tortura quam tum indiciorum vehementia deposcebat, tum rei vires admittebant, adhibita fuit, leviter tortum pro non torto haberi, ac proinde torturam sine novis indiciiis repeti posse. An & quatenus senes torturæ subijci queant, prudentis judicis arbitrio non tam numerum annorum, quam vires vel debilitatem corporis considerantis relinquendum esse. Non quamlibet cædem cum spoliatione occisi conjunctam latrocinium constituere, sed illam cum proposito res occisi auferendi factam esse oportere.
- p. 202.
p. 210. Consil. IX. de furto qualificato sæpiusque reiterato dispicit. Fures ob furtum reiteratum pœnæ suspendii regulariter haud subiacere, præsupponit quidem, nisi prius bina, aut si aliæ graviores circumstantiæ concurrant, minimum una vice, propter furta priora fuerint puniti. Hanc regulam tamen exceptionem admittere, cumque in casu proposito fur

fur ~~sepius~~ reiterati furti convictus poenam quidem proprie dictam nunquam sustinisset, metu tamen poenae aliquando in fuga & exilio per aliquot menses versatus esset, poenae id æquipollens censendum monet. Furtum item cum violenta effractione, praesertim a fabro ferario, adhibitis armis instrumentisque ad violentiam inferendam aptis, commissum, tanquam periculosum ultimo supplicio jure puniri. Consil. X. de crimine extraordinario saculariatus ab integro burficatorum sodalitia, einer *Beutelschneider = Zunft* / per plures annos in multis provinciis continuato agit, & quando capitali poena plecti possit, edisserit. Consil. XI. creditorem excitato concursu creditorum cum principali debitore transigentem, & sibi regressum contra fidejussorem expresse reservantem, residuum sive illud, quod principali debitori remisit, a fidejussore postulare haud posse docet. Consil. XII. de variis juribus ecclesiasticis inter Comitem Evangelicum & Principem Catholicum controversis disquirat. Aliquem parochianum esse, exinde probari, si in illa parochia cultum divinum peraget, sacramentis utatur, jus sepulturae habeat &c, Matriculae ecclesiasticae, dem *Rivchen-Buche* / hoc in casu plenam fidem attribui debere. Dominum territorii pagos antehac oppignoratos & ad ipsum reversos, ab antiqua Ecclesia separare & in illius praedictum alteri Ecclesiae unire non posse. Ecclesiam filialem eodem jure cum sua matre circa publicas & solennes processiones tunc non gaudere, quando illae in duorum Imperii Saruum, quorum alter Catholicae, alter vero Evangelicae religioni addictus est, territoriis existunt, nisi illas anno 1624 exercitas fuisse probetur. Evangelicum territorii Dominum suis subditis Evangelicis in locis, ubi ipsis nullum publicum vel privatum suae religionis exercitium competit, in casu ad minimum necessitatis Evangelicum parochum ad sacram coenam in illo loco administrandam concedere valere. Consil. XIII. de secularisatione bonorum ecclesiasticorum variisque illius effectibus tractat, statuitque Principes Protestantes bona ecclesiastica superiori saeculo Pontificiorum ritibus deservientia jure ad se trahere, & ad alios verae religioni consentaneos pios usus applicare, quin & abundantibus illis, quaedam bonis suis patrimonialibus incorporare potuisse. Consil. XIV. de jure decimandi sive decimas exigendi conceptum est. Quasi possessores juris decimas seculares exigendi, ad instantiam fisci ad titulum suae quasi possessionis edendum

p. 218.

p. 239.

p. 261.

p. 266.

p. 268.

p. 275.

p. 280.

p. 282.

p. 287.

- jure non compelli, & si hoc recusent, suo jure propterea privati non posse. Inquiri hac occasione Auctor, num & quatenus rei in causis fiscalibus pecuniariis, & in causis regalium, itemque rerum corporali-um possessores ad editionem instrumentorum adigi valeant? ac quædam de conciliatione *l. 25. cum l. 2. §. 1. & 2. de jure fisci, & l. 3. de eden-do* inspergit. Jus decimandi nec jure scripto nec moribus modernis in classem regalium referri. Possessorem regalium in sua immemoriali quasi possessione etiam adversus Principem tuendum esse. In causis Principis ejusque fisci ordinem judicarium in legibus præfinitum non minus observari debere, quam in causis privatorum. Jus decimandi etiam a laicis tam inferioris conditionis, quam in aliquo dignitatis fastigio positis, tum alio titulo, tum præscriptionis etiam immemorialis adquiri posse. Consil. XV. prædio sub conditione, si magistratus contractum permiserit, vendito, pendente ista conditione, pœnitentiam alterutrius contrahentis locum haud habere censet. Ommissa contractus apud acta judicii insinuatione statuto præscripta, alteri ex contrahentibus ab ipso contractu recedere non licere. Jus retractus territorialis ei, qui tempore contractæ emtionis quidem forensis fuit, sed tamen ex post facto adhuc ante emtorem jus civitatis impetravit, adversus emtorem, si postmodo & ipse in numerum civium sit cooptatus, exercere permissum esse. Consil. XVI. uxorem ob cædem filii sui ex primo matrimonio a secundo marito commissam, adversus illum propterea profugum ad divortium ex capite malitiosæ desertionis efficaciter experiri.
- P. 289.
P. 292.
P. 298.
P. 302.
●
P. 304.
P. 310.
P. 313.

CAMDEN'S BRITANNIA NEWLY TRANSLATED &c. id est:
Camdeni Britannia in Anglicam linguam denuo translata, prolixisve additionibus auctior in lucem edita ab EDMUNDO GIBSONO Collegii Reginensis apud Oxonienses Socio.

Londini, sumtibus A. Swalle, 1695. in fol.

Constat Alphabetis circiter 8, & magno mapparum geographicarum & aliarum tab. æn. numero.

Denuo in lucem prodit Britannia Camdeni, vernaculo suo idioma-
te decorata, elegantiore stylo, multisque additamentis instructa.
Hæc nova editio non unius tantum hominis labori, sed curæ & industria multorum eruditorum debetur; quorum nomina recenset Clar.
Editor

Editor in Praefatione. Primus autem Camdeni Britanniam idiomate Anglicano jam olim edidit *Hollandius*, qui textum Camdeni nonnullis additionibus satis eruditus suppleverat, sed additiones suas textui Camdeni sic immiscuerat, ut vix Lector dignoscere posset, quid Camdeno, quid Hollandio deberet. In hac igitur nova editione, textus Camdeni non solum nova & elegantiore versione donatus est, sed etiam ab additamentis Hollandii sejunctus, & separatim editus; Hollandii tamen additamenta non praetermissa, sed ad finem uniuscujusque paginae diverso caractere subjuncta sunt. Additiones autem amplissimae, quae huic editioni accedunt, & haecenus editae non fuerunt, in finem uniuscujusque Comitatus conferuntur. In hisce novis additionibus multa nova congeruntur, quae vel ad naturalem historiam Britanniae spectant, aut origines urbium concernunt, aut antiquitates & monumenta Romanorum, Saxonum & Britonum ulterius illustrant. Multa hic recensentur veterum monumenta, quae aut a Camdeno omissa, aut non ita pridem in Anglia detecta sunt.

In unoquoque enim Comitatu mandatum erat studio & diligentiae Viri alicujus eruditi inibi degentis, ut textum Camdeni diligenter recenseret; & si in ulla re vel errasse vel defecisse eum deprehenderet, errata ejus corrigeret, & defectus suppleret, additionesque & emendationes suas cum Editore communicaret; adeo ut haec editio summa cum cura ac industria adornata fuerit. Unicuique etiam Comitatu adnectitur charta ejus Geographica accurate delineata, & catalogus plantarum inibi nascentium a clarissimo Rajo concinnatus. Praemisit etiam Editor catalogum librorum, tam impressorum quam manuscriptorum, qui spectant ad antiquitates Britannicas, ut curiositati eorum satisfaceret, qui penitiorum harum rerum notitiam acquirere cupiunt. Nummorum Britannicorum & Romanorum longe major in hac quam in prioribus editionibus exhibetur numerus, qui doctè explicantur a clarissimo viro Domino Walkero, notitia rei nummariae & antiquitatum non leviter imburo: qui etiam quatuor integras tabulas nummorum Saxonorum novae huic editioni inseruit, easque notis suis illustravit. Observat in iis inter alia magnam affinitatem inter nummos a Saxonibus, & a Francis cusos, tam in figura & pondere, quam in methodo cudendi. Ab altera nummi parte exprimere solebat utraque gens aliquando nomen tantummodo Regis; in averfa vero parte nomen vel Praefecti cusorum, vel Praefecti urbis, in qua nummus cusus

p. 136.

erat, legebatur, adeo ut nihil fere eruditionis ex nummis eorum hauriri possit. Britannis econtra moris erat, postquam religionem Christianam amplexi essent, ritus aliquos Christianorum numismatibus suis inscribere. Hoc autem inter nummos Saxonum & Francorum interest, quod non adeo frequens mutatio in nummis Saxonum, respectu mixturæ, ponderis & valoris, ac in nummis Francorum observetur. Præterea de nummis Saxonis observat, aureos & argenteos multo majore copia reperiri quam æreos; plerique tamen eorum sunt minimi moduli, tantum denarii, & exiguæ crasitie, ut scilicet facilis adulterationi monetæ obviam iretur. Aversa monetæ facies plerumque in quatuor scinditur partes; nam primis temporibus non nisi unius generis moneta ab iis cusa fuit, & si obolo forte vel quadrante opus esset, denarium in binas aut quatuor partes dirumpebant. Iisdem temporibus multis Angliæ quoque Episcopis, nec non Nobilium nonnullis, auctoritate propria monetæ & numismata cudere licebat; nunc verò jus cudendæ monetæ arctioribus cancellis circumscriptum, nemini nisi summæ in Anglia potestati permittitur.

p. 19.

In additionibus ad Comitatum Cornubiæ, quæ Reverendo maxime Exoniensi Episcopo Domino Jonathani Treleanio debentur, de fodinis stanneis inibi non ita pridem repertis, ut & de cupri minis nonnulla proferuntur, hujusque generis metalli notabiles quidam referuntur effectus. Iis in locis, in quibus hujusmodi venæ maxime abundant, magna est copia vaporum & noxiarum exhalationum, quæ ex improvviso ortæ, plerumque fossiores metallicos enecant. Sed econtra damnum hoc refarcitur magno commodo, quod fossioribus præstat in curandis eorum ulceribus; nam vena hæc nondum præparata, si alicui vulnere applicetur, vulnus e vestigio fere sanatur; & fossiores, si iis aliquando sancari contingat, (quod in fodinis sæpissime accidit) nullum aliud ulcere adhibent remedium, quam lavationem vulneris in aqua, quæ venam hanc metallicam perfluit. Si vero hoc metallum igne purgatum aquæ immittatur, ea inde adeo virulenta evadit, ut si vulnus aliquod ea lavetur, protinus suppuret, & si aqua ista in flumen aliquod casu incidat, omnes pisces perimantur.

p. 230.

In additionibus ad Comitatum Cantii, quas Dno, Plotto debemus, proponitur nobis brevis descriptio Dni. Pepisi armamentariorum navalium, quæ in isto Comitatu reperiuntur, suntque inter præcipua totius

tius regni naupegia, fabricandæ ac instruendæ classi Anglicanæ inservientia. Exponuntur hac occasione quoque varii status classis Anglicanæ, & moderna ejus conditio cum prisca ejus facie, quam initio hujus sæculi, hoc est Camdeni ævo, habuit, contenditur. Ex qua comparatione facile agnoscuntur, quæ classis hæc unius sæculi decursu cepit, incrementa, ut & differentia impensarum, quas illa belli & pacis temporibus requirit. Exinde etiam cernere licet incrementum, quod eadem proportionem accessit naupegiis, areis navalibus, cellis penuariis, aliisque ad rem navalem spectantibus rebus. Computatio in hunc modum instituitur:

Varii status Classis Anglicanæ.	Sub initium hujus sæculi.	Hiscæ temporibus.
1. Numerus navium magnitudinem 50. doliorum excedentium.	non amplius quàm 40 navès	† 200 navès.
2. Numerus doliorum quæ continet tota classis.	- 23600 dolia	† 12490 dol.
3. Numerus nautarum huic classi inservientium.	- 7800 nautæ	† 45000 naut.
4. Media proportio annuarum impensarum huic classi necessariarum per quinque proximos quinque lapsos annos		
tempore pacis - - - -	- 15500. lib. Ster.	† 400000 l. St.
belli - - - -	- 96400 lib. Ster.	† 1620000 l. St.

In additionibus ad Glocestriæ Comitatum, quibus reverendus illius Ecclesiæ Cancellarius Dominus Parsons publicum sibi obstrinxit, refertur phænomenon aliquod notatu dignum, de æstu maris in flu via Sabrina, qui Comitatum hunc perfluit; nimirum quod alternis annis æstus fortior semper accidat sub plenilunio, alternis vero semper sub novilunio. Eandem vero etiam alternam vicem observat hic æstus maris respectu diei & noctis, æstu nimirum maximo alternis annis constanter eveniente tempore nocturno, alternis vero tempore diurno.

p. 245.

Inter additamenta ad finem Comitatus Salopiæ annexa, & ex Domini Thorotonis descriptione illius Comitatus deprompta, fit mentio oppidi cujusdam veteris nomine *Uriconii*, jam pridem diruti, sed cujus ruinæ adhuc extant. Urbs hæc, olim metropolis Cornavorum, a Romanis condita esse creditur; ad minimum Romanos eam frequentasse, & castra ibi posuisse, indubie constat, ex copia nummorum Roma-

p. 552.

Romanorum, qui inibi reperiuntur. Effodiuntur etiam hic non raro sepulcrales urnæ Romanorum, & ex inspectione sepulcrorum hujus loci colliguntur nonnulli eorum ritus in sepulturis mortuorum adhiberi ab iis soliti; ubi scilicet cadaver non cremandum sed sepeliendum erat, alibi non adeo obvii. Inventa nimirum ibi sunt cadavera hac fere ratione composita. Tumulus primum comparuit satis amplus & profundus; in fundo hujus tumuli lectus luteus repertus est rubri coloris, cui impositum olim, & eodem luti genere diligenter tectum fuerat cadaver; deinde lutum hoc tenui quadam tegula, ne humus cadaver attingeret, muniverant; postremo tumulum humo impositum quinque aut sex haud exiguæ molis lapidibus texerunt. Sicut autem cadavera his in locis sepulta luto rubro inhumata fuerunt: ita urnæ quoque in iis repertæ omnes arena rubei coloris etiam illiæ fuisse deprehenduntur.

p. 614.

p. 696.

In novis additionibus ad provinciam Walliæ (quas magna cum industria confecit, qui illi provinciæ originem debet, clarissimus Dominus Loydus, antiquitatum omnium diligens indagator) multa describuntur Romanorum & veterum Britonum monumenta inibi reperta, qualia sunt eorum castra & fortalitia, pavimenta tessellata, Romanorum aræ cum inscriptionibus, patellæ fictiles variis figuris ornatae, eorumque fibulæ vestiaræ, quorum omnium accuratam descriptionem videre licet una cum figuris eorum expressis in tabula annexa. In additionibus autem ad Comitatum Maridunensem refertur, anno 1692 ducenta fere numismata Romana, omnia argentea eaque antiquissima, utpote quorum recentissima ad XV Domitiani Consulatum pertinebant, inventa fuisse, in porta magni cujusdam castri, cujus reliquiæ adhuc extant in modo nominato Comitatu. Descriptio hujus castri, in quo numismata hæc reperta sunt, nullo modo quadrat cum castris Romanorum, quæ semper erant quadrata quatuor portis instructa. Castrum vero hoc est formæ orbicularis, unam tantum habens portam, in qua reperta sunt hæc numismata humo condita, & inclusa duabus pyxidibus plumbeis, figuræ admodum impolitæ. Catalogum viginti quatuor ex illis Numismatibus, quæ ipse Auctor viderat, hic una cum eorum inscriptionibus ei exhibere visum fuit.

p. 696.

In tabula modo memorata extant inter alia figuræ quædam numisma-

missatum. Theororum veterum Britonum, quæ in hisce provinciis reperiuntur, & quorum inscriptiones & characteres abunde demonstrant, eos artem cudendi tam aureos quam argenteos nummos habuisse, ante adventum Romanorum in Britanniam. Torquem quoque aureum ante tres annos in hisce provinciis repertum, variis argumentis inter monumenta vetera Britannica potius quam Romana referendum esse, ostenditur.

P. 658.

Fit etiam in clarissimi Loydii additionibus mentio inauditi cujusdam meteori, sive accensi vaporis, qui locum maritimum, nomine *Harlech*, in Comitatu Merviniæ per aliquod tempus infestavit, & adhuc etiam durat; multa fœnaria & granaria horrea inibi accendit, gramenque & aerem sic vitiavit, ut exinde secuta sit magna lues equorum, ovium, caprarum, & id genus aliorum animalium. Languida est flamma, cærulei coloris & extinctu facilis; rusticis ad conservanda horrea sua sese flammæ immiscentibus ne minimum quidem damnum inferens, & vix quicquam præter frumenta accendens. Noctu semper apparet, hyemeque multo frequentior quam æstate est, cœlo sereno & pluvio eadem; magno vero aliquo strepitu, nimirum si cornua inflentur, vel bombardæ explodantur, subito aut repelli aut penitus extingui sueta. Exhalatio hæc primum credebatur ortum suum ducere a litore maris proxime adjacente, sed paulo post diligentiore adhibita observatione, deprehensa est sinum maris trajicere, latitudinis octo vel novem milliarium, ab uliginosis nimirum Comitatus Arvoniæ littoribus, præcipue autem loco quodam *Morvabyoban* appellato profecta. Vera hujus phænomeni causa hæcenus in obscuro latet; Autor tamen noster credit, non improbabili sane conjectura, multitudini locustarum, quæ paulo ante hoc contagium ad istas oras appulerunt, illud originem debere. Multæ enim illarum, dum in itinere erant mortuæ marique immerse, inde vero in littora ejectæ sunt; quemadmodum & reliquæ post adventum suum non diu in frigidis istis regionibus superstites esse potuerunt, adeoque & ipsæ perierunt. Ex cadaverum autem harum locustarum corruptione, aerem contagione posse vitari, ita ut lues aliqua inde sequatur, multis probari potest exemplis, & speciatim uno, quod anno 1374 in locis maritimis Galliæ accidisse Th. Moussetus in Theatro insectorum refert, ubi nimirum magna lues & hominum & bestiarum ex multitudine locustarum,

P. 659.

Bb

starum,

starum, quæ in freto Britannico demersæ, & in Gallicas ejectæ, ærem contagione aliqua vitiaverant, fuit exorta. His vero ita suppositis, considerandum clarissimus Loydus curiosis naturæ scrutatoribus proponit, an venenatæ istæ, ex putredine locustarum hujusmodi (quas Africanas esse, gramen veneno suo inficientes, multi viri fide digni, qui in regionibus istis peregrinati sunt, testati fuerunt) ortæ exhalationes, in locum aliquem palustrem & uliginosum (qualis esse dicitur *Merva bychan*, unde hoc malum prodire supra innuimus) incidentes, & cum exhalationibus viscosis loci commixtæ, flammam hujusmodi generare nequeant, quæ similem fere vastationem edat, ac solet ipsa locusta Africana dum vivit, teste jam inter veteres Plinio, qui L. XI, 29 *multa contactu locustam adurere* dicens, de hoc locustæ genere accipiendus esse videtur.

p. 692.

Inter reliqua curiosa quæ hic congeruntur, describuntur etiam species quædam fossilium, quæ exhibent figuras plantarum, & in quibus planta tanta cum exactitudine delineatur, ut nulla arte tam vivide exprimi possit. Has plantarum repræsentationes ait sæpius deprehendi in carbonariis, tegulæ cuidam nigræ impressas, quæ ad superficiem carbonis proxime adjacet: in aliis etiam fossilibus deprehendi, sed rarius. Tam autem hæc figuræ plantarum sunt variæ, ut in tot fere species dividi possint, in quot plantæ ipsæ in superficie terræ nascentes, reperiunturque inter eas species non solum a plantis Britannicis profus diversæ, sed etiam ab omnibus, quæ a Botanicis hæcenus fuerunt descriptæ. Solent autem hæc fossilia tantum folia plantarum, nunquam ipsos flores aut semina repræsentare.

Additiones quæ regno Scotiæ accedunt, magna ex parte debentur curæ & industria clarissimi *Sibbaldi*, cujus etiam adnectitur Differentiuncula de Thule veterum, quam multis argumentis probare conatur non esse insulam a Scotia distinctam, sed eam tantum partem Scotiæ, quæ ab oriente ad septentrionem vergit. Ulterior descriptio Orcadum nititur auctoritate Reverendi Viri Domini *Jacobi Waltæ* antiquarii peritissimi, & qui munere Pastoris in insulis istis feliciter est functus. Inter alia monumenta harum insularum, quæ hic recensentur, extat brevis descriptio sepulchrorum Romanorum, Danorum & Pictorum, quæ inibi effodiuntur, & ex quibus dilucide patent varii ritus, quos in usu habuerunt populi isti in sepultura mortuorum.

La

In locis arenosis seu maritimis reperiuntur plurima spatiola, in quadratum pedalia, condita ex lapidibus cemento junctis, & quorum orificium lapide ocluditur; in hisce spatiis quadratis semper reconditur cinis nigri coloris; hæc creduntur ad Romanos pertinere, & speciem quandam urnarum, quibus illi utebantur, referre. Sed adhuc alia species urnæ satis notabilis hic describitur, quæ istis in locis effossa est, & ad Romanorum monumenta refertur; constans nimirum ex uno integro lapide excavato, figuram dolii exhibente, cujus summitas in acumen definit, & cujus fundus eum in modum adglutinatur, quo videmus dolia confici; orificium obstruitur lapide rotundo hunc in finem adaptato, & deinde tegitur lapide amplioris magnitudinis ad conservationem totius vasis. In cavitate denique hujus dolii lapidei ossa combusta & lutum rubeum ut plurimum inveniuntur.

In locis etiam maritimis aliud genus sepulchrorum extat, in quibus conspicitur aliquando integrum cadaver sepultum, tenens una manu gladium, & altera securim Danicam; in aliis etiam deprehenduntur canes, pectines, & cultri eodem tumulo cum cadavere conditi. Videntur illa esse Danorum & Norvegorum sepulchra, eo, quo insulas hasce tenebant, tempore ab iis exstructa. Extantes vero in multis locis campestribus tumuli, creduntur esse monumenta sepulchralia veterum Pictorum.

A COMMENTARY UPON GENESIS.

id est:

Commentarius in primum Mosis librum, qui Genesis dicitur, Auctore maxime Reverendo in Christo Patre

SIMONE Episcopo Ekiensi.

Londini apud Rich. Chiswell, 1695. in 4.

Alphab. 3. plag. 14.

Cum vidisset Auctor Reverendus *Simon Patricius* (cujus ad Historiam Ecclesie Petrobrugenſis Supplementum in Actis nostris Tom. I. Supplem. Sect. VI p. 288. recensuimus, & scripta Theologica alia quamplurima, imprimis devotioni movendæ destinata, sæpiusque recusa, publice extant,) eam esse seculi nostri pervicaciam, ut non desint, qui in meridie palpare, & divinam primæ varum totius orbis rerum Historiam in dubiam vocare non vereantur: primo nonnulla Geneſeos loca dif-

Bb 2

ficilio-

faciliora notis aliquibus explicanda sibi proposuit, mox tamen, maximam sanctissimi libri partem commentario indigere videns, totum suis laboribus illustrare instituit. Neque vero a proposito absterri se passus est, quum, absoluta jam dimidia sui commentarii parte, Viri clarissimi *Job. Clerici* commentarium in lucem prodire videret, quo tamen uti ob negotia gravissima, queis distinebatur, ipsi non licuit. Nec etiam amicissimi ipsi *Richardi*, *Episcopi Bathensis & Welfensis*, in integrum Pentateuchum notæ, (quarum propediem in Actis nostris recensionem exhibebimus) ut mutaret consilium, eum impellere potuerunt, quin potius eo alacrius perrexit, quo minus causæ, communicatis utrinque schedis, esse sibi viderat, ut alteruter a proposito abstineret. Ipse vero maximopere incomparabilem *Mosis* historiam commendat, seque id præcipue studuisse profiteretur, ut vanitatem eorum manifestam redderet, qui mundi sex diebus absolutam creationem, situm *Paradisi*, lapsum primævorum parentum, aliaque hujus generis, sine recurso ad ægypticum nescio quem sensum, inextricabilia existimant; *Mosen*que satis prudentem, & subacta rerum, quas descripsit, cognitione abunde munitum fuisse, ostenderet: quod & clarum satis evadere ait, si ejus librorum comparatio cum antiquissimis gentilium scriptis, quæ istis hominibus in maxima veneratione sint, instituatur. Mirum præterea ipsi videtur, quod illi homines, cum de doctrina *Ægyptiorum* toties verba faciant, non *Mosén* ea saltem (si forte divina commercia illi negare velint) maxime polluisse largiantur: utpote qui in aula regia educatus, omni *Ægyptiorum* sapientia imbutus, ab *Arabibus* quoque &

P. 1. *Madianitis* sublimia quæque edoctus fuerit. Ceterum quod ipse auctor *Pentateuchi* sit, sub initium *Commentarii* ex communi omnium *Judæorum*, *Christianorum* atque *Gentilium* consensu probat. *Aben-Ezra* vero, qui primus illud in dubium vocare ausus sit, rationes non esse tanti, ut iis a receptissima sententia dimoveamur, ait, idque, ubi ad loca *Pentateuchi*, quibus nititur potissimum *Judæus*, per ventum fuerit,

P. 2. abunde se demonstraturum promittit. Fontes, e quibus suam historiam *Moses* hauserit, vel traditionem antiquorum esse dicit, in tanta hominum longævitate facile conservatam, vel etiam scripta eorundem, quæ ab illis non æque ac a nobis concinnari potuisse, nimis temere negetur. Atque adeo tum demum *Mosis* fidem in dubium vocandi causam fore credit, ubi probatum fuerit, eum aliorum virorum doctorum

apud

apud alias gentes, simili rerum istarum notitia instructorum, traditionibus contradicere.

Per Spiritum aquis incubantem Gen. I, v. 2. intelligit infinitam DEI potentiam ac sapientiam, quæ vehementem universi recens creati commotionem atque fermentationem, ad separandas magnæ materiæ partes, excitato forsân ingenti vento, produxerit. Situm Paradisi cum Huetio in Mesopotamia quærit, & pari omnino ratione flumina quatuor explicat. Ad c. II v. 3 de sanctificatione sabbati verba faciens, non dubitat, quin Deus per suam benedictionem ad sacros etiam usus diem illum, in perpetuum operum suorum atque miraculorum memoriam, destinaverit atque commendarit. Et quamvis nec Adam, nec Abel, vel alius Veteris Testamenti Patriarcha sabbatum observasse legatur, (quæ res multos induxit, ut crederent, Mosen nonnisi per anticipationem ea referre, quæ multis post seculis in monte Sinai acta sunt) nequaquam tamen probabile Reverendo Auctori fit, DEUM non ab initio mundi, in creaturis ratione præditi memoriale creationis conservasse, quod commodissime in septimum septimane diem, quem haud abs re τῆ κόσμου γενέσιον Philo vocat, translatum sit. Quin & manifesta in Ethnicis ejus rei vestigia deprehendi, apud quos frequens septimi diei sacri mentio, putat: quam in rem ex Aristobulo Peripatetico, item Hesiodo & Homero plurima testimonia Eusebius collecta sistat. Seu vero illa de septimo hebdomadæ die, seu, quod Seldeno visum, de septimo mensis cujuslibet intelligantur, reliquias certe diei septimi Paradisiaci exhibere censet. Et cum de Patriarchis antiqui Ecclesiæ Doctores dicunt, eos non sabbatizasse, id non de officiorum religionum omissione, sed de ceremoniis, quæ secuta demum illorum ætatem sunt, & de omnimoda ab operibus cujuscunque generis abstinence esse intelligendum illi videtur: alias diem illum sacris apud ipsos devotionibus dicatum fuisse non dubitat.

De lapsu hominis ad c. III proluxiuscule differens, illud Evæ cum serpente colloquium nequaquam allegorice, sed literaliter exponendum ducit. Monet itaque, fuisse in meridianis & orientalibus orbis regionibus serpentum genus alatum, atque insigni splendore haud secus ac flamma coruscans. Nominatum id ait שֵׁרֵץ, prout e sacris literis constat Num. XXII, 6.8 מִשֵּׁרֵץ שֵׁרֵץ Jera. XIV, 29. Jam cum hoc ipsum nomen Angelis, DEI coram throno ministris, tribuatur, qui

p. 5

p. 42. seqq

p. 33. seq

p. 60

Jesa. VI, 2. 6. & alibi **דבריו** dicuntur, suspicatur Auctor cum Reverend. Tenisonio (quem nunc totius Ecclesie sue Primatem Anglia veneratur) Angelos illos Seraphinos in **שרפים**, quam Judæi vocant, i. e. majestatica DEI apparitione, sub forma serpentibus illis Africanis non absimilibus, alis coruscantibus instructos comparuisse. Eandem itaque illustri istius serpentis imaginem Diabolum, Evam angeli lucis specie decepturum, induisse statuit, cujus conspectu seducta etiam fuerit mulier, Seraphinum, quales in apparitionibus divinis antea vice plus simplici forte conspexerat, esse rata. Vestigia ingeniosæ opinionis etiam apud Gentiles quaerit, quibus divini semper ac magnæ venerationi dracones atque serpentes fuerint: cujus rei ratio probabilior sane reddi non possit, quam quod symbola Angelorum fuerint. Et ita intelligendum forte Tertullianum, cum de Præscript. Hæret. c. XLVII ait: *ipsum fuisse serpentem, cui Eva ut Filio DEI crediderat*: quæ verba si hæreticorum esse, a Tertulliano solum allegata, aliquis contendat, ipsius certe Tertulliani esse Reverendus Auctor putat ea, quæ occurrunt lib. cont. Valentin. c. II, ubi Diabolus a *primordio divina imaginis prado* audit: Seraphinum nempe, ex ejus interpretatione, sub serpentis imagine mentitus. Huc reducit etiam Vir Rever. illud hæreticorum nescio quorum dictum, apud Epiphanium Hæres. XXXVII, II. 25 dicentium: Evam a serpente tentatam *πυροσφηναι ως υἱὸν Θεῦ*. Quin & Judæorum Doctorem Bechai, ubi in locum illum Geneleos commentatur, tale quid in mente habuisse existimat.

p. 87.

Sicut vero certum diem cultui sacro a primo creati mundi tempore destinatum credit, ita etiam non dubitat, quin peculiaris illi locus, verus introitus scilicet horti paradisiaci, ab Abele & Caino dicatus fuerit, ad c. IV, v. 3. Solenne enim sacrificium eorum fuisse, non privata solum devotione factum, ex Hebræa voce **זבחי** elicit, quæ non nisi de sacrificiis in tabernaculo oblati occurrit: ut Lev. IV, 4. Confutat etiam eos, qui primogenito solum jus sacrificandi iis temporibus fuisse contendunt, cum Abel natu minor æque cultum istum peregerit; quod etiam de Jacobo Gen. XXIX, 18 XLVI, 1 legatur. Non negat tamen, secuto tempore, postquam in familias coire homines coepissent, in caput solius familiae sive principem jus sacrificandi devolutum fuisse. Neque vero *εθελοθρησκείας* vicio laborasse sacrificia, Deo a filiis Adami oblata, credit: sic enim nihil relinquere ab Abeli, quo sibi firmiter persuadere potuisset,

DEO

Deo cultum istum acceptum fore, cum fides, quæ Abeli Hebr. XI, 4 tribuitur, majus quid ratione ad securitatem sui requirat: nec probabile sit, Adamum sponte in id delapsum, ut bestiarum cæde Dæum propitium reddi crederet; præsertim cum nulla naturæ ad eam rem inclinatio deprehendatur. Quocirca magno cum judicio Eusebium, non ex humanis motibus ortum fuisse cultum hunc, *κατὰ θείαν ἰσχυρίαν ὑποβεβλημένον* observasse, monet, non dubitans, quin divina voce excitatus ad sacrificia offerenda Adamus fuerit: nec obesse putat, quod a Mose mandatum istud non referatur, siquidem in tanto rerum plurimarum compendio omnia etiam plura alia sint, v. g. Prophetia Enoch, Noæ conciones &c. Verum sufficientiam hæc ad prægustum Lectori de toto opere faciendum, ad quod ipsum sedulos SS. literarum indagatores ab excerptis nostris remittimus.

Surze Chinesische Chronologia, &c.

Hoc est:

BREVIS CHINENSIVM CHRONOLOGIA, EXHIBENS OMNES Imperatores Chineses, a prima, quam putant, mundi origine, usque ad nostra tempora, annum post Christum natum 1696, extracta ex Catechesi quadam Chinesi, quam SIAO UL HIO sive LUN appellare gaudent.


*Editore CHRISTIANO MENZELIO Phil. & Med. D. Consiliario
& Archiatro Electorali Brandenburgico.*

Berolini, apud Joh. Mich. Rudiger, 1696. in 4. Plag. 21.

INter omnes libros Sinicos, quos non exiguo numero Potentissimi Electores Brandenburgici, FRIDERICUS WILHELMUS, & qui nunc rerum gloriosissime potitur, FRIDERICUS III ex India Orientali allatos, celebratissimæ, quam Berolini instruunt, Bibliothecæ inferri curaverunt, illi de facili obtinent primas, qui Regum & Imperatorum Chinesium annales persequuntur. Sed illud in iisdem desiderari addit, qui hæc memorat, Vir experientissimus, linguæque Sinicæ si quisquam in Europa callentissimus, *Christianni Menzelius*, quod secundum Chronologiam, quam Chineses sectantur a Mosis computatione diversissimam, perfecti non existant. Interim, cum paucos ante annos, ut pergit narrando, libellus mole exiguus in manus suas inciderit, catecheseos alicujus faciem præ se ferens, utpote in quo liberi Chinesium de Imperatoribus Sinicis, a prima mundi origine usque ad nostra tempora informantur, bonum factum sibi visum esse ait, si hunc ordinem secutus, tempora ista multa annorum millia complexa, uno veluti intuitu perlustranda harum rerum amatoribus proponeret.

poneret. Hanc Catechesin Chinesium lingua vocari SIAO UL LUN, *parvos filiorum sermones*, sive ut in præfatione, quam Confucio præfixit, eandem nominat *D. Coupletus*, SIAO UL HIO, *parvulorum filiorum doctrinam*. Et agere quidem de rebus diversis, ut de distributione coeli & Stellarum, quæ a globi nostri distributione maxime discedat; de philosophis & viris aliis eximis; de rebus naturalibus, de mensuris, pecunia, consuetudinibus, & cultu denique Deorum. Sibi nunc placuisse, *Annales* solum *Sinicos* inde excerptos orbi erudito sistere; ad quod institutum feliciter exsequendum, inprimis conducere arbitratur, si totius Chronologiæ Sinensis decursus cum textu Sinico, sed Latina & Germanica explicatione illustrato, exhibeat, sua quoque adjecta, quam fovet, opinione, quam quidem duabus complexus est tabulis. In his sistitur textus Sinicus, ut characteribus suis ab ipsis exprimitur, cum pronuntiatione & significatione tum Latina tum Germanica. Quibus succedunt singuli Imperatores, juxta familias in quas distincti sunt, & eo, quo se exceperunt, ordine. De his memoratur, quid unusquisque egerit, quid invenerit, quem animum adversus subditos, & hi adversus illum, gesserint; studiose quoque annotatur tempus, quo quisque regnaverit, & ad nostram quam Christiani sequimur, Chronologiam comparatur. Ut vero ratio libelli magis pateat, subbet speciminis loco quæ de Imperatore nunc regente adnotantur, strictim excerpte. Memoratur nempe, vocari istum *Kam Ai*, filium natu minorem Xum Chi, puerum octo annorum anno Christi 1662 throno impositum esse, & primum quidem sub quatuor tutoribus regnum administrasse, usque dum anno 1666 ipse regni habenas capessiverit, quibus nunc etiam magna moderationis & prudentiæ laude moderetur: cumque ab anno 1673 varias regulorum, qui alias ipsius parent imperio, rebelliones feliciter represisset, A. 1679 d. 2 Septemb. maximo terræ motu trecenta subditorum millia & amplius amisisset; A. 1680 regiam ejus arcem incendio conflagrasse, quod damnum 850000 florenis æstimatum fuerit. Denique cum anno 1682 Imperator totius Chinæ cum omnibus quindecim provinciis factus esset, A. 1683 magno stipatum exercitu & septuaginta millibus equitum, patriam suam occidentalem Tartariam invisisse. Cæterum quadraginta provincias ipsum sua nunc sub ditione numerare. In fine annectitur brevis *Relatio Legationis Moscoviticæ* in Chinam annis 1693, 1694, 1695 ab *Isbrando*, Legato Moscovitico, obitæ, cujus tamen descriptionem ab ipso *Isbrando* stylo diffusiori adornatam, Lectores expectare

jubentur,



ACTA ERUDITORUM

publicata Lipsiæ

Calendis Maji, Anno M DC XCVI.

*THE ANATOMY OF THE BRAIN, CONTAINING
its Mechanism and Physiology &c.*

id est:

**Anatomia Cerebri, Mechanicam hujus atque Physio-
logiam comprehendens, una cum novis Inventis atque veterum &
modernorum Autorum circa idem subjectum emendationibus.**

Autore H. RIDLEY Coll. Med. Lond.

Socio.

Londini, apud Sam. Smith & Benj. Walford, A. 1695. in 8.

Constat plagulis 16, & Figuris 7.

Multa in partium corporis nostri solidarum structura etiam-
num latere, assiduo demum Anatomicorum studio in lu-
cem protrahenda, vel præsens Cerebri Anatomie satis
testatur. Hanc enim Spicilegium merito dixeris, in quo
ea imprimis studiosissime a clarissimo Autore notantur,
quæ a solertissimis alias cerebri nervorumque scrutatoribus, Willisio
puta & Vieussenio, vel plane omissa, vel saltem minus accurate fue-
runt tradita. Fibrarum nempe, duplicem meningis duræ laminam
constituentium, dispositio monstratur diversa ab ea, quam Vieussenius
ipsis assignavit, quatenus fibræ laminæ internæ ceu crassiores pro
triplici a processu falcato principio aut retrorsum, aut antrorsum pro-
gredi, subtiliores autem fibrillæ in lamina externa retrorsum tantum
pergere videantur, ac falx ipsa tum longitudinalibus filamentis, tum
transversis, a sinu inferiori quinto ad superiorem tertium excurrenti-
bus constat. Meninx intermedia, a Bidloo atque Bohnio comme-
morata, pro externa solummodo meningis piæ lamina, veluti crassiori,

Cap. 1.

Cap. 2.

Cc

occa-

Cap. 3.

décassione hydropici dissecti, in quo omnia ejus interstitia aqua fuerunt repleta, venditatur. Tertiæ meningis duræ arteriæ, ab externo arteriæ vertebralis ramo oriundæ, transitus, ab aliis hucusque & Vieussenio ipso neglectus, per idem foramen calvariæ octavum ostenditur fieri, per quod par nervorum octavum atque sinus laterales ad venam jugularem elabuntur. Circa venas meningis duræ Vieussenius nunc contradictionis, nunc falsitatis, potissimum quod easdem pari ratione atque arterias prædictas distribui autumaverit, arguitur. Cur autem cerebri ipsius venæ nec cum arteriis cranium ingrediantur, nec diramationem harum æque ac in aliis partibus sequantur, sed intervenientibus sinus in ampliores truncos descendant, in circulationis sanguinis gratiam fieri asseritur, cum alias in magnis sanguinis ebullitionibus arteriæ nimium dilatatæ venas ipsas, si commune utrisq; in calvaria foramen esset, omnino comprimerent, comprimendoque sanguinis per easdem refluxum impedirent. Arteria vertebralis non tam per foramen aliquod proprium & Vieussenio decimum, quam per ipsum occipitis magnum subintrare cranium adstruitur, notabili prius flexura facta, quam in Tab. nostra literæ T T exprimunt, qualemque circa carotidem jamjam Willisius & Wepferus annotarunt. Unicus adhuc inter cerebri arterias observatur furculus cum venula pariter stipatus a nemine adhuc descriptus, lateralem eam ossis sphæroidis partem, quæ posterioriorem orbitarum oculorum portionem constituit, subiens atque in oculos, ubi anteriores cerebri lobi elevantur, incurrens. Reliquis itidem duræ meningis sinus novus circularis sellæ equinæ adjungitur, glandulam pituitariam antè circumdans ac ceræ injectæ beneficio ita detectus, ut tum venam utrinque in eum desinere, tum ipsis quatuor Vieussenii sinus verum exortum præbere constet; quoniam receptacula peculiariter nullibi in calvaria humana equinæ sellæ deprehenduntur adfita, locum autem eorum duæ potius venæ occupant, sanguinem partim per secundum foramen ab oculis, partim per foramen quintum revehentes, ac in eam demum venam coalescentes, quæ in circularem sinum haud procul ab inferiorum sinuum Vieussenii principio terminari modo dicta fuit. A sinus cæteroquin istis motum proprium sive pulsus ædi, sanguinisque portiunculam immediate ex arteriis recipi ideo negatur, quod in cane vivo, superiori calvariæ parte ablata, nec visu, nec tactu pulsus aliquis sinus longitudinalis ani-

Cap. 4.

mad-

Cap. 5.

mad-

Cap. 6.

mad-

madverti potuerit, neque in eodem secundum longitudinem inciso ul-
 libi arteriæ sanguinem cum subsultu infundentes apparuerint. Venæ
 autem sinui longitudinali implantatæ non solum oblique ad Loweri &
 Vieussenii mentem antrorsum tendere, sed & totidem retrorsum sive
 ab anterioribus ad posteriora vergere notantur. Plexus choroideus
 cerebri utrinque non tam cum aliis simplex, quam duplex considera-
 tur, e membrana, glandulis, arteriis, venis & vasis lymphaticis contex-
 tus, prout duos ejusdem ramos arteriosos cum venis totidem atque va-
 sis lymphaticis in Tabula lit. *ee. gg. bb. kk. & qq.* cernere datur, or-
 tumque arteriarum in explicatione figuræ subnexa percipere. Rete ali-
 quod mirabile & ipsi homini vindicatur, denegatum a multis, ibi loci
 ab arteria carotide oriundum ac facile reperiundum, ubi circularis fi-
 nus in quatuor Vieussenii abit, licet minus longe, quam in brutis di-
 versis, quia sanguinis ad cerebrum motus in erecto hominis capite non
 æque ac in pronis brutis refrænandus aut imminuendus veniat. Con-
 troversia vero illa, num rete mirabile præter arterias constet venis, su-
 pervacanea pronunciatur, quod pituitaria glandula arteriolas a reti mi-
 rabili recipiens venas omnino habeat sanguinem eundem reportantes.
 De cætero glandula pituitaria in sella Turcica neutiquam in homine,
 sicut in brutis, traditur suspendi, multo minus simili cum reliquis gland-
 ulis, sive conglobatis, sive conglomeratis, gaudere substantia; præ-
 fertim, cum & ductus peculiæres, qui fluidum per infundibulum ad-
 ducendum secernunt, & qui a glandula ipsa denuo reducant, prorsus
 lateant, vice versa ceræ, mercurii ac liquidorum tinctorum per infun-
 dibulum injectiones ad glandulæ pituitariæ structuram explorandam
 nullo cum successu adhibeantur. In strumosi cujusdam pueri cerebro
 hydropico glandula pinealis ordinariam magnitudinem ter superasse,
 ac ratione lymphæ gelatinosæ contentæ transparuisse plane perhibetur,
 ab aliis glandulis conglobatis discrepans minime. Ex Leewenhœckii
 observatione, circa duplicem cerebri substantiam facta, corticalis ejus
 portio adinstar reliquarum partium omnium non nisi congeries diver-
 sorum vasculorum esse elicitur, quorum crassiora sanguinem, subti-
 liora arteriis æque ac venæ & lymphatica vasa continuata, fluidum a-
 nimale subtilissimum contineant, ipsamque medullarem substantiam
 albicantem ratione productionum capillarum constituant. Supposito
 autem, totius machinæ æquilibrium a plenitudine subtilissimorum

Cap. 7.

Cap. 8.

Cap. 9.

Cap. 10.

Cap. 11.

Cap. 12.

ejusmodi vasculorum, fibras etiam nerveas atque carneas constituen-
 tium, dependere, primumque impetum spiritibus animalibus seu flui-
 do animali ab anima sensitiva vel rationali injungi, pro ratione morus
 musculorum enodanda promte colligitur, quod partim fluidum ani-
 male in musculi contractione a cerebro, tanquam magno ejus recepta-
 culo, per vascula transmissum ad fibras carneas tendat, ac in vasculis
 harum multo arctioribus iis, quæ nervos compingunt, eadem vi rapi-
 diffine agitatum, intumescantiam sive inflationem musculi producat,
 partim vero eodem tempore fluidum idem a musculo antagonista æqua-
 li celeritate in locum prioris, quod a cerebro ad contractum musculum
 transmittitur, plenitudinis servandæ vel juxta Veteres vacui avertendi
 gratia retrocedat. Corpus callosum forniciis veri munere fungi, minus
 vere asseveratur a Vieussenio, cum cerebrum a processu falcato suspen-
 sum fornice alio haud indigeat. Si fornix vulgo dictus prope radices
 suas incidatur ac versus glandulam pinealem, nates testesque recline-
 tur, uti in Tab. lit. A A. factum, ventriculi duo laterales cum tertio in-
 terjecto rimam referente unicum solummodo ventriculum constitue-
 re innuuntur. Crura forniciis pedum Hippocampi figuram in brutis
 magis, quam in homine, dicuntur repræsentare, atque a striis sive fi-
 bris non longitudinalibus, quemadmodum Malpighio fuit visum, sed
 obliquis tanquam totidem annulis cingi. In exteriori thalamorum
 nervorum parte medullari nullas haberi strias, intus vero non nisi sub-
 tilissimas occurrere, elegantemque tractum medullarem inter thala-
 mos nervorum opticorum ac corpora strata intercedere radicibus for-
 nicis continuatum ac in Tab. lit. m m. repræsentatum, docetur. Mul-
 ti carpuntur, quod pro ponte Varolii partem descripserint ac depinxer-
 rint aliam ab ea, quæ protuberantiæ annularis nomine apud Willisium
 insignitur. Plexus choroideus cerebelli sub octavo nervorum pari
 glandulosus fieri, ac ventriculo cerebelli superius, seu ipsi cerebello su-
 perincumbenti, stricte annecti ostenditur. Processui annulari crassio-
 res assignantur striæ, quam quæ in corporibus striatis existant, eæque
 transversim ad eum tractum medullarem longum excurrentes, a quo
 processus annularis ipse quasi bifecatur. Prope cerebelli processum
 tertium, quem chordalem Noster, cerebelli autem ad medullam spina-
 lem Vieussenius vocat, duo vel tres processus medullares advertuntur
 transversim locati, nonnunquam se invicem quasi superequitantes ac
 proces-

Cap. 13.

Cap. 14.

processus cerebelli ad medullam oblongatam connectentes, una cum aliis processibus medullaribus longis, qui modo tres, modo duo, modo unus a cerebelli ad nates processibus protendantur ad istos. Medullæ oblongatæ corpora pyramidalia olivaribus contradistincta ab annulari processu ad pollicis distantiam progredi, longeque infra nervorum octavi paris principium terminari monstrantur, secus ac Willisius existimavit. Tam primi nervorum paris sive olfactorii, quam secundi sive optici, exortus haud multiplex, uti Vieussenius docet, sed simplex asseritur, illo ab inferiori & anteriori crurum medullæ oblongatæ parte, hoc autem a thalamis nervorum opticorum emergentibus. Vascula sanguifera per ipsam medullarem nervorum opticorum substantiam ad oculorum usque retinam distribui, mediante injectione mercurii detegitur. An funiculi vero nervei paris quinti & tertii nervos opticos ambientes in motibus convulsivis hosce constringere vere dicantur a Willisio & Vieussenio, quasi muscoli essent, merito dubitatur. Principium nervorum paris tertii, sive oculorum motorii ab antica & superna processus annularis parte, qua thalami nervorum opticorum inferius continguntur, deducitur; a posteriori autem ejusdem processus annularis parte, non procul a corporum pyramidalium initio, exortus nervorum paris sexti derivatur. Septimum nervorum par quemadmodum duplici constat portione, duriori altera, altera molliori; ita durioris origo in caudicem medullarem, prope cerebelli processum secundum sive ad medullam oblongatam, refertur, mollioris vero principium processibus sive tractibus medullaribus transversis, qui cerebelli processus ad medullam oblongatam modo nominatos colligare fuerint indigenti, adjudicatur. Par nervorum octavum ex interstitio inter corpus pyramidale atque processum cerebelli tertium seu chordalem exsurgere, nervus autem ejus accessorius a medullæ spinalis iisdem cum pari vertebrali septimo principiis anterioribus & posterioribus, nequaquam inter initia quarti nervorum spinalium paris, traduntur emergere. Par nonum e septem quandoque vel octo fibris resultans ac arteriolam a vertebrali recipiens, a locis corporis olivaris prodire dicitur diversis, decimumque par pro primo potius vertebrali habetur, primam inter & secundam cervicis vertebram exiens. Fluidum animale a fibrillis nerveis comprehensum perpenditur, ut ejusmodi corpus e particulis admodum exilibus atque flexilibus compositum, quod in spatio sufficiens

Cap. 15.

Cap. 16.


Cap. 22. ficienti a materia subtili sive globulis æthereis, quibus innatat, omnes in partes agitari possit, ac continuo ea proportione, qua producitur, transpiret. Tandem ea, quæ Willisus & Vieussenius circa specialio- rem cerebri & cerebelli usum ratione sensationis atque motiõnis loca- lis proferunt, examinantur ac ceu falsa cum primis tali corporum stria- torum conformatione, qualem Vieussenius delineari curavit, explorata emendantur, simulque fluidi animalis solius absque concursu ad mo- tum animale sufficiency, experimento Caldesi, quo testudinem cor- de cum reliquis visceribus præter pulmones privatam sese invertisse si- tumque supinum cum prono commutasse, ac vitam cum motu per sex adhuc horas continuasse observatum fuit, comprobatur.

TAB. IV.

Explicatio Figuræ, quæ apud Autorem quinta habetur,
ac cerebrum cum vasis sanguiferis cera prius
repletis exhibet.

- AA.** Fornix prope radices dissectus ac reclinatus.
bb. Radices ejus ad thalamorum nervorum opticorum principium.
cc &c. Thalami nervorum opticorum.
dd. Portio crurum fornicis, quæ prope laterales ventriculos crassior evadens crura medullæ oblongatæ tegit.
ee. Ea plexus choroidei pars, quæ a primo cervicalis arteriæ ramo pro- ficiscitur, ac interdum a ramo communicante in ventricu- lis lateralibus oriri videtur.
f. Locus, ubi hi duo plexus utrobique sub fornice concurrunt.
gg. Altera plexus pars, quæ a secundo arteriæ cervicalis ramo reful- tat, ac cum prima interventu rami cujusdam communicantis sub fornicis cruribus hic occultati jungitur, integra super isthmum expansa & speciatim subter glandulam pinealem fornicis hic coopertam glandulosa emergens.
hh. Duæ venæ amplæ a summitate superioris partis plexus ad alte- rum plexum ramum secundum longitudinem ventriculi tertii descendentes ac in sinum quartum desinentes.
ii. Trunci diversarum arteriarum representati, quasi in divisione medullaris † ac corticalis * cerebri partis fuissent discissi.
kk. Ramus venosus utrinque plexum choroideum intrans varios- que furculos ad corpora striata dispensans.
AA. Corpora striatâ integra.

I. Rima



E. André - Sain - f. sig.

- I Rima ventriculi tertii.
- m m Tractus medullaris longus inter thalamos nervorum opticorum & corpora striata.
- n n. Centrum ovale Vieussenii.
- O. Quartus sinus meningis duræ.
- P. Torcular, ubi quatuor & interdum quinque sinus concurrunt.
- QQ. Sinus laterales.
- R. Vena ampla sinum alterum lateralem ingrediens.
- SS. Cerebelli pars superior altero duræ meningis processu cooperta.
- TT. Arteriæ vertebrales.
- VV. Sinus vertebrales.
- W. Medulla spinalis cum suis integumentis.
- XX. Stylus venas amplas plexus choroidei sustinens in ventriculo tertio.
- qq. Vasa lymphatica plexus choroidei.
- YY. Duo nervi cervicales a medulla oblongata ortum habentes.
- ††. Medullaris cerebri pars.
- ** . Corticalis pars.

*INSTITUTIO PHYSICO-ASTRONOMICA, ADJECTA 'IN
sine appendice Geographica, Auctore P. D. CAJETANO FON-
TANA, Cler. Regul. vulgo Theatino, Mutinense.*

Mutinæ, 1695. typis Anton. Capponi, in 4. plag. 16.

ADfinis est admodum de sideribus doctrina, quam sibi Astronomia vendicat, illi, in qua tradenda Naturalis Philosophia versatur, solentque non sine fructu conjungi & copulari. Id quod doctissimus quoque Fontana fecit hoc in libro nuper ad nos curante celeberrimo *Magliabecchio* perlato, in quo non solum numeros, qui ad magnitudinem, distantiam, motusque coelestium corporum pertinent, inprimis secundum recentes *Cassini* observationes, tradit, sed de causa etiam sineque illorum motuum erudite disquirat. Postquam enim nonnulla, quibus in Cosmographiam facili modo introducuntur tyrones, nec non de mundi systemate & natura loci præmisit; Lesso adstipulatus, locum universalem seu spatium intelligibile esse ipsam DEI immensitatem, particularem vero superficiem corporis non quamcunque, sed cui mobile adheret, generaliter primum de motu Planetarum

rum agit. Existimat autem, si de primario fine sermo sit, Planetarum motus, ideo quia ipsis naturales sint, in proprium illorum commo- dum fieri, & converti illos v. g. circa suum axem, ut lumen Solis ejus- que vis distribuatur successive diversis partibus globi Planetarii, perio- dico autem circumferri motu, ut nunc intensiores nunc remissiores Stellarum influxus recipiant, quippe cum hi tanto sint majores, quo major est arcus, quo a Sole distant; axes Planetarum quoque constan- ti angulo ad axem orbitæ Planetariæ inclinari, ut vicissitudines orian- tur tales illis in corporibus, quales ex inclinatione axis terræ ad Eclipti- cam deducere solent Copernicani; tandem gyros suos circa Solem dum describunt, modo accedere ad eum, modo recedere, ut jam for- tiori, jam debiliori fruantur Solis lumine. Horum autem motuum cau- sam non constituit cum Keplero & Borello radios Solares impellentes Planetas; nec fluidum ambiens, quod ipsos Vorticis instar circumfer- rat, cum ineptissime destinetur immensum ætheris vastissimi fluidum movendis exiguis corporibus, neque fluidi totum spatium mundanum replentis existentia satis sit probata; sed Planetas statuit habere in se principium activum suorum motuum, perinde ut animantia, & hoc esse substantiam, quæ spiritus dici possit, cum non sit corpus, quam vis connexionem habeat cum corpore tanquam ejus forma. Quoniam autem ex Planetarum circulari motu circa Solem, & accessu aut reces- su a Sole, qui sit secundum lineam rectam, oritur eorum motus per aliquam curvam a circulari diversam, quam cum Keplero Ellipticam plerique ex recentioribus esse statuerunt; clarissimus Auctor hanc sen- tentiam ideo locum habere posse negat, quia si in ellipsi moveretur Planeta, illius positi in linea diacentro motus apparens ex Sole motui medio esset æqualis, quod observationibus repugnet, quibus constat, motus Planetarum ex Sole apparentes esse reciproce ut quadrata di- stantiarum, & si v. g. sumas, maximam, mediam, minimamve Mercurii a Sole distantiam esse inter se ut 12, 10, 8, esse motum Mercurii in li- nea diacentro positi 100, qui tamen numerus non est medius arithme- ticus inter 144 & 64, seu motui medio æqualis, ut hypothesis Elliptica requirit. Veræ autem curvæ Planetariæ elementa considerat eam in tot circulos Soli concentricos resolvendo, a maxima distantia ad mini- mam, quot sunt temporis Physica instantia ab Aphelio ad Perihelium, lineamve ductam ad illud curvæ punctum, in quo motus medius apparen-

parenti est æqualis, distantiam mediam virtualem vocans (quæ v. g. in Mercurio sit 10198 partium, qualiū media materialis est 10000) quemodo Æquationes in tabula disponendæ inveniri possint, indicat. His autem positis colligitur, si plures Planetæ ejusdem forent naturæ, & nihilominus in diversis a Sole distantis collocarentur, illos eodem pacto se habituros in mensura motus circa Solem, ac idem Planeta in diversis a Sole distantis; seu periodos aut medios motus fore in ratione duplicata distantiarum permutando; si autem aliter se habeant motus illorum, ipsos quoque esse naturæ diversæ, cum vero sit simillimum, corpus quod a Solis calore magis afficitur quam alterum, remotius esse positum, ne ab eo dissolvatur. Quandoquidem vero si hæc patibilitas in diversis Planetis cresceret in ratione distantiarum duplicata, æqualia omnium essent tempora periodica, quia æqualiter omnes a Sole afficerentur; si autem cresceret in distantiarum simplici ratione, Planetæ eo magis a Sole paterentur, quo eidem viciniore, & tempora periodica essent in distantiarum ratione simplici, & neutra tamen ratio locum in motibus Planetarum habet, quia tempora illorum periodica sunt in ratione distantiarum sesquuplicata, quæ semissis est inter rationem duplicatam & simplicem; hinc colligitur, patibilitates crescere in ratione, quæ sit media inter rationem æqualitatis & simplicem distantiarum, h. e. in ratione quæ sit semissis rationis distantiarum, ita v. g. Martis, quia duplo remotior fere est a Sole quam Venus, patibilitas sit sesquiplo major quam hujus. Ut autem nonnulla ex iis, quæ circa singulos Planetas traduntur, speciminis loco afferamus, *Solem* existimat clarissimus Auctor globum esse igneum ex materia inflammabili constantem, quæ talis sit, ut sensim & lentissime in flammam abeat tarde in halitum resolvendam, atque adeo flammei hujus oceani exilissima pars singulis annis absumatur. Maculas in media Solaris globi zona esse putat, vel quod sint nubes ortæ ex Planetarum influxu, qui in media zona propter rectiores radios est fortior; vel quod materia macularum in densum potius fumum quam flammam abiens in media zona ideo sit posita, ut nubium ex illis debitis temporibus oriundarum objectu aliquantum retundatur vis Solis, in commodum Planetarum circumstantium, (quem in finem etiam eclipses contingant) id quod non adeo bene fieret, si essent in partibus Solis lateralibus, ubi propter aspectum obliquum non possent notabilem disci Solaris partem obtegere. Vertiginis

D d

quoque

quoque motu Solem agitari censet, ut omnes ejus partes fiant influxus fixarum & Planetarum participes; & quia magis afficitur a Planetis quam sideribus reliquis, hinc quoque axem gyrationis parum tantum declinare ab axe Eclipticæ. De *Luna* hæc traduntur: Lunam tellurem circumire, ut ab ea nunc magis nunc minus illustretur, non autem converti circa suum axem, sed eadem pæne facie terram semper respicere, ut hoc pacto Sol menstruo spatio circa eam volvi videatur, eo motu, qui diurno Solis circa terram est analogus, atque hinc manifestum esse, Lunam, cum dies ejus tam longi sint, melius posse sufferre & perpeti vim radiorum Solarium, quam nostram tellurem: Lunam apogeam in syzygiis magis distare a terra quam apogeam in quadraturis, & perigeam in syzygiis esse telluri viciniorē quam perigeam in quadraturis, quamvis clarissimus Cassinus ex diametro Lunæ apparenti sibi visus sit observasse Lunam apogeam tam in syzygiis quam in quadraturis eandem servare a terra distantiam: Contingere hæc phænomena ideo, quia centrum & umbilicus s; stematis terreno-lunaris non est centrum terræ, sed punctum situm in linea absidum inter apogeam & terram, quod se habeat tanquam centrum commune gravitatis utriusque globi, & quia natura satagit, quantum possibile est, vitare parallaxin ex hac eccentricitate oriundam, adeoque Lunæ orbitam telluri minus eccentricam statuit iis temporibus, quibus major parallaxis contingere deberet, præsertim quando apogeam & perigeum cum quadraturis coincidunt, seu centrum systematis terreno-lunaris maxime separatur a linea per centrum telluris & Solem ducta sive linea syzygiarum; maxime autem eccentricam constituit eo tempore, quo centrum illud est in linea syzygiarum, seu linea absidum cum linea syzygiarum coincidit, quia tunc idem est locus Solis ex terra & jam dicto centro visus, neque intervallum inter ea ullam sensibilem parit parallaxin: Variationem Tychonicam hinc oriri, quod Lunari globo magis conveniat moderatum lumen, quod recipit ex reflexione telluris circa quadraturas, quam majus, quod accipit circa novilunium, & nimis parvum, quo circa plenilunium fruitur; eumque proinde cæteris paribus circa quadraturas diuturniorem moram agere: Lunam circa syzygias non habere tantam latitudinem quantam circa quadraturas, in æquali a nodis distantia, quia latitudo in syzygiis phasium variationem nonnihil imminuit, dum Lunæ Soli conjunctæ magnamque latitudinem

nem habenti terra non omnino plena lumine, Soli autem oppositæ non omnino vacua exhibetur, latitudo vero Lunæ in quadraturis totalem variationem phasum non impedit: Lunæ librationem ab occasu in ortum & vice versa ideo fieri, ut apparens motus Solis diurno nostro analogus, perinde ut in cæteris Planetis, æquabilis reddatur, neque iisdem sit obnoxius inæqualitatibus, quibus verus motus Lunæ menstruus subjicitur; ac proinde cum Luna est motu tarda, eam moveri circa proprium axem, cujus termini sunt poli respondententes poli propriæ orbitæ, & in parte quidem superiori ab occasu in ortum, in inferiori ab ortu in occasum, tantum quantum differentia inter mediocrem & tardum motum Lunæ requirit, ut scilicet Sol, qui alias eadem tarditate appareret incedere ab ortu in occasum, nonnihil velocior videatur, seu mediocri celeritate præditus; cum vero Luna sit velox, versus contrariam plagam librationem fieri, ut segnior appareat Solaris motus medioquæ æqualis, septem scilicet utrinque percurrento gradus, quot scil. æquatio Lunæ maxima continet: Librationem Lunæ quæ axis præcedentis librationis nunc a borea in austrum, nunc ab austro versus boream inclinatur, ideo contingere, ne motus Solis apparens semper fiat per eundem circulum seu Lunaris globi Æquatorem, sed exoriatur mutua illa hemisphærii tum borealis tum australis illustratio, quæ in tellure reliquisque Planetis observatur; propterea cum Luna habet latitudinem septentrionalem, polum austrinum Lunæ versus terram inclinari 7 circiter gradus & borealem a nobis averti, contra vero cum latitudinem meridionalem obtinet, polum borealem Lunæ ad nos inclinari & australem a nobis averti: Lunam, quamvis in plurimis cum terra nostra conveniat, in eo tamen esse ab ea diversam, quod superficies ejus asperior est terrestri, montesque Lunares terrenis altiores; quod aquis nullis affluit, quia partes obscuriores, quæ pro maribus vulgo habentur, solidæ sunt suasque asperitates habent; quodque tandem Luna sensibili atmosphæra destituitur. In *Saturno* sequentia notantur: Cum axis ejus vel nihil vel parum inclinetur ad planum orbitæ, supplere hanc obliquitatem annulum tenuem quidem, sed latum, satis Saturnoque concentricum, quique inclinetur ad adparentem Solis viam angulo paulo majori, quam noster Æquator ad Eclipticam; quo fiat, ut Sol in semicirculis oppositis orbitæ Saturni constitutus illustret oppositas annuli superficies, & bis spatio 30 annorum sit in plano eodem

cum annulo, quando scilicet est in 20 vel 20 $\frac{1}{2}$ gr. Virginis & Piscium, & bis maxime supra annulum elevetur, nempe supra superficiem annuli, quæ boream respicit, cum est in 20 grad. Sagittarii, supra australem vero, quando est in 20 gr. Geminorum: hinc ergo fieri, ut dum Saturnus a Virgine ad Pisces procedit, pars borealis sui globi libere perfruatur Solis beneficio, non obstante annulo, imo cum idem globus circa suum axem revolvatur, propter reflexionem luminis ab annulo factam, dies noctibus sint longiores, atque adeo pars hæc æstate gaudet, dum in parte australi hyems regnat, quia annulus radios Solares avertit; contra vero cum Saturnus in altero versatur semicirculo, pars borealis hyemem patitur, australis vero a Sole annuloque illustrata æstate fruatur: Tantum inclinari planum annuli ad planum Saturniæ vertiginis (28 fere gradus,) quantum sufficit, ut in omnibus locis superficiei globi idem annulus sit conspicuus posito vertiginis motu, seu ut ad polos usque Solis lumen reflectat, non obstante parallaxi orta ex notabili proportione semidiametri globi Saturni ad totum radium annuli: quinque lunulas Saturnum illustrare, tum quia ingens est ejus moles, tum quia cæteri Planetæ, præter Jovem qui Luciferi vices obit, fere inconspicui sunt & insensibilis activitatis in Saturno. Sed ne nimis prolixi in his enotandis videamur, cum alia adhuc non contemnenda restent, paucis indicamus, doctissimum Auctorem statuere, in *Marte* ex macularum atro colore lucidis partibus commixto oriri colorem subrubrum, qui etiam in Jove horizonti vicino apparet: *Cometas* esse Planetas sui generis propria forma donatos, quæ sit motus principium activum; ex se quoque lucidos esse, atque hinc ignis speciem præ se ferre, præsertim in nucleo qui atmosphæra cingitur; caudas quoque ex eadem esse materia quamvis tenuiori, & proinde Cometas capitatas trabes bene vocari posse; forte autem caudas ideo in plagam Soli oppositam porrigi, ut earum substantia tenuis a Solis activitate minus lædatur, quam si oblique eidem esset objecta: nullius *fixæ* diametrum excedere; scrupula secunda; fixarum *scintillationem*, quæ major appareat per telescopium, oriri ab agitatione assidua intercurrentium in aere vaporum, qui transitu suo celerrimo stellæ discum exilissimum & lucidissimum nobis jam eripiunt, jam restitunt, quod non contingit in Planetis superioribus, tum propter magnitudinem disci apparentis, tum propter luminis remissionem. A cœlestibus corporibus

poribus ad terram nostram descendit deinde clarissimus Fontana, neque solum ex mensura *terra* ab Academia Regia Parisiensi inventa corrigi locorum Bononiæ vicinorum longitudes & latitudes a Ricciolo assignatas, sed etiam de altitudine aereæ sphaeræ disputat, eandem negans ex observatione crepusculorum determinari posse; & *refractiones* aeris considerans ostendit, rigoroſe loquendo majorem esse refractionem syderis remotioris quam propioris, Lunamque & Solem in horizonte majores apparere non ob refractiones, sed quia magis a nobis distare videntur, integro cap. 36 confirmat. Porro de *motibus aeris* cum intra & prope Tropicos circulos (quos ex Actis Eruditorum A. 1687 Septembr. p. 509 describit) tum extra Tropicos, eruditè & copiose agit, hisque ex vaporibus, motu maris, & situ terræ partium explicatis, transit ad reddendam rationem phaenomenorum, quæ in *Baroscopio* observantur. Examinatis autem & rejectis celeberrimorum Dn. Ramazzini & Boccobadati sententiis (de quibus vid. Acta Erudit. hujus anni mens. Jan. p. 41. seqq.) ex cylindri aerei vasi Mercurio repleto incum bentis rarefactione & condensatione apparentias illas sequenti explicat modo: Ut cylindrus aeris minus premit stagnantem Mercurium, non partem tantum illius debere rarefieri, sed totum, quia alias vis premens in reliqua parte possit augeri, ut Mercurius non secus ac antea ad ascensum urgeatur, ac proinde licet inferior cylindri aerei pars rarior sit æstivo quam hyberno tempore, aerem tamen mediæ regionis esse densiorem magisque quam alias elatere suo premere contra se nitentem inferiorem aerem, & propterea parum vel nihil discriminis in ascensu & descensu Mercurii oriri ex tempestatum anni varietate; totius vero cylindri raritatem & levitatem majorem effici tempore nubiloso & pluvioso ab agitatione & distractione particularum aerearum a vaporibus & exhalationibus præsertim igneæ naturæ. Quod si autem nubiloso atque pluvioso tempore exhalationes ita copiosæ sint in aere, ut occupent aeris spatia & distractioni majori obſistant, vel sint crassioris frigidiorisque indolis, ut apud nos flante vento borea, tunc totum aeris cylindrum non minus premere Mercurium, quam quibusdam temporibus serenis. Ultimo tandem loco de *astu maris*, origine fontium & cœlesti influxu agitur, & illius quidem causa tribuitur periodicæ aquæ marinæ fermentationi & rarefactioni simili ei, quæ in febrilibus paroxysmis contingit; ascensus aquæ ad fontes constituendos

formæ ejus adscribitur; influxus Solis atque Lunæ manifestos parere effectus in globo terraqueo, reliquarum autem fixarum & erraticarum stellarum, propter ingentem distantiam a nobis earumque parvitatem, effectus vix sensibiles esse posse asseritur. Coronidis loco adjuncta est appendix Geographica, cujus prima pars refert loca, quorum longitudo ab observatoribus Gallis mediantibus Eclipsibus satellitum Jovis indagata; altera vero Chorographiam Italix ex Astronomicis observationibus perficiendam delineat.

COLLECTIONIS MAXIMÆ CONCILIORUM OMNIUM Hispania & Novi Orbis Tomus III, continens Concilia & monumenta sacra ab anno Christi DCCI usque ad annum MDXI, cura JOSEPHI SAENZ de AGUIRRE S. R. E. Presb. Card.

Romæ typis Jo. Jac. Komarek 1694. in fol.

Constat Alphab. 7. plag. 12 $\frac{1}{2}$.

p. 7.

Tertium hunc jam tibi damus B. L. Maximæ Conciliorum Hispaniæ Collectionistomum, a quo quid expectandum tibi sit, paucis nunc accipe. Primo statim loco in eo comparet ineditus antea Canonum & Conciliorum, quibus Ecclesia, præsertim Hispanica, regebatur ab ineunte sexto seculo usque ad initium octavi, index. Illum in præfatione Reverendissimus Autor eum ipsum sibi videri ait, quem ineunte seculo sexto sub *Compendii sacrorum Canonum* titulo edidit Ferrandus Diaconus, quamvis auctum eum postea esse credat, utpote in quo multa Concilia & decreta citentur, quæ post obitum Ferrandi habita sancitaque fuerunt. Exhibentur inde Romanorum Pontificum. Regumque Hispaniæ, sub quibus Concilia, tomo hoc tertio & quarto comprehensa, celebrata fuerunt, catalogi; nec non opuscula quædam Viro- rum illustrium præcedentibus Conciliorum collectionibus ex parte jam inserta vel alibi edita, qualia sunt Hieronymi & Isidori Hispanensis de Viris illustribus libri, & alia hujus generis. Sunt inter illa quamplurima monumenta ad monasteriorum in Hispania foundationes spectantia ex Mabillonio & aliis collecta, ut & acta quædam Concilii Francofurtensis in causa Felicis & Elipandi. Ex omnibus illis monumentis nullius speciatim meminisse juvat, præterquam epistolæ Evantii contra eos, qui sanguinem animalium immundum judicant, a Canisio jam editæ. Eum enim Evantium Archidiaconum Toletanum fuisse, non Episcopum

p. 86.

scopum Viennensem, cujus & Fortunatus meminerit, contra Christoph. Browerum, qui posterius in notis ad Fortunati lib. 3. epist. ad Euphronium affirmaverat, ostendit. Nihil etiam attinet dicere de Concilio Cordubensi, & subnexis ei variis ad fundationes ecclesiarum & monasteriorum pertinentibus monumentis. Ast Concilium Ovetense silentio præterire non licet, utpote cujus acta ex Toletanæ & Ovetensis Ecclesiæ MSS. nunc primum publici juris fiunt, in quibus tamen nihil notatu dignum valde occurrit, nisi Archidiaconorum ad cogendas Synodos & extirpandas hæreses in eo institutorum disciplinam annotare forte placeat. Brevis narrationis quoque de Officio Hispanæ Ecclesiæ Romæ anno 1063 laudato & confirmato, mentionem a nobis ideo injiciendam esse putavimus, quod ea alibi extet nuspian; quemadmodum & decretorum quorundam Concilii Legionensis anno 1012 coacti, ex Toletano & Mondexarenfi MSS. nunc primum editorum, quæ tamen fere ad Politiam potius quam ad Ecclesiam pertinent. Historiam quoque translationis S. Felicis, ex castro Bilibiensi in monasterium S. Æmiliani edit, quam ut ex præfatione constat, scripsit quidam Grimaldus monasterii S. Æmiliani monachus, hortatu Blasii, sui, uti videtur, Abbatis; epistolam item Urbani II Papæ Romani ad Petrum Oscensem Episcopum, qua Oscam Saracenis ereptam caput Jacensis Ecclesiæ constituit. De Concilio Fusselensis ævo contra Sandovalum, qui ad annum Christi 1135 id retulerat, in nota ad illud acriter disputat, ad annum circiter MCIV illud rejiciendum esse variis argumentis contendens. Synodi Compostellanæ anno 1114 celebratæ nullum quoque hodie haberemus monumentum, nisi ex codice Mondexarenfi ejus decreta nunc primum nobis sisterentur, quæ quidem ex MS. Historia Compostellana Munionis Adepsonsiadæ desumpta fuerunt. Idem de Concilio Ovetensi anno 1115 coacto dicendum, cujus tres saltem fuere sanctiones, quarum una ad boum oppignerationem, altera ad furta impedienda, tertia ad limitandum jus asyli Ecclesiis datum & alia nonnulla pertinent; quæve non subscriptionibus tantum quamplurimis, sed nova etiam plane, nisi fallimur, benedictionis & maledictionis formula muniuntur. Ex memorata paulo ante Munionis Historia Concilii Palentini quoque anno 1129 celebrati canones nunc primum protulit, ut & Legionensis quod anno 1135 congregatum fuit. Vocum porro Jacobi Arragonum Regis de dotanda Valentina Eccle-

p. 158.

p. 174.

p. 190.

p. 294.

p. 308.

p. 317.

p. 327.

p. 495.

lia,

sis, ubi urbem eam Mauris eripere datum fuerit, ejusque voti perfolu-
tionem ex MSS. illius Ecclesiæ publici juris facit, ut & privilegium illius
Regis, quo Judæis & Mauris Christianæ religionis mysteriis initiari sine
bonorum suorum jactura conceditur; cujus generis aliud privilegi-
um Jacobi II inferius quoque exhibet. Ex ejusdem Ecclesiæ archivis
edit etiam Constitutiones Synodales Valentini Ecclesiæ ab Andrea de
Albalato Episcopo Valentino editas, in quibus inter alia de iis, de quo-
rum dubitatur baptismo, ista promulgatur constitutio: *Si dubitatur,*
utrum aliquis esset baptizatus aut non, baptizetur, sed Sacerdos dicat
in prolatione verborum sic: si es baptizatus, non te baptizo, sed si non
es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris &c. In eis quoque ne ul-
tra duo compadres ad levandum puerum de sacro fonte admittantur,
prohibetur, addita ratione: *quia matrimonia impediuntur*; ut alias
p. 516. nonnullas hujus generis constitutiones nunc taceamus. Non multum
ab his diversæ sunt Constitutiones Synodales Fratris Arnaldi de Peralta
Episcopi Valentini ab anno 1216 usque ad 1273, quæ itidem ex Valenti-
p. 579. no archivo nunc primum prodeunt. MSo Mondexarenfi debetur
Concilium Complutense anni 1325 & Toletanum anni 1323, itemque
aliud Toletanum anni 1326. Ubi Constitutiones in Concilio Tarraco-
nensi II factas edit Eminentissimus Autor, monet sibi propositum fuis-
se eodem loco Constitutiones Metropolis Cæsaraugustanæ ab anno
1327 usque ad annum 1495, in unum corpus a D. Alphonso de Arra-
gonia relatas exhibere, sed illas sibi periisse, altera scilicet vice oscitan-
tia ejus, cui Romam proficiscens manuscripta sua crediderat, altera
p. 615. maris & tempestatum injuria, cum denuo ei ex Hispania transmitten-
rentur. Reliqua quæ in hoc volumine habentur inedita, sunt privile-
gium Petri II Valentini, in quo ecclesiasticos a vestigialibus eximit, &
denique decretum Alphonso Arragonum Regis de non accipiendis re-
scriptis tempore schismatis grassantis. Dissertationes huic tomo Emi-
nentissimus Autor inseruit nullas, notas vero paucas ad temporum no-
tationes in una vel altera epistola & alia hujusmodi facientes, quam
ob rem nobis quoque in ejus enarratione brevioribus, quam in
precedentibus tomis, esse
licuit.

EJUS-

*EJUSDEM COLLECTIONIS MAXIMÆ CONCILIORUM HIS-
pania & Novi Orbis Tomus IV & ultimus, cura JOS. SAENZ
de AGUIRRE S. R. E. Cardinalis Presb.*

Romæ, typis Jo. Komarek 1693. in fol. Alphab. 8. plag. 15 $\frac{1}{2}$.

IN hoc quoque quarto tomò nihil notarum, nullæ dissertationes Re-
verendissimi Autoris inveniuntur: nuda Conciliorum acta, quot-
quot ab eo inveniri potuerunt, repræsentantur. Fit autem initium a Con-
cilio provinciali Hispalensi, anno 1512, Didaco Deza Archiepiscopo il-
lius urbis præside, celebrato, indeque ad Synodum usque Limensem
diocæsanam X, in Peruvia anno 1604 coactam proceditur. Non est,
quod Lectores canonum & decretorum Conciliorum istorum proli-
xam a nobis expectent recensionem, utpote in quibus nihil fere est,
quod a moderna Ecclesiæ Romanæ praxi, doctrina, & consuetudini-
bus sit alienum: eo æquius proinde eos nostram in commemoratio-
ne hujus tomi brevitatem laturos esse existimamus, quo prolixiores in
reliquis recensendis fuimus.

*D. CASP. LOESGHERI, THEOLOGI WITTENBERGENSIS,
manitates Evangelica, LXII Disputationibus
inclusa.*

Wittenbergæ, apud Christianum Schröderum, A. 1696. in 4.
Constant Alphab. 1. plag. 9.

Pericopas illas Evangelicas, quæ singulis per annum diebus Domini-
cis festisque populo publice proponi atque explicari inde a tempo-
ribus antiquis consueverunt, quisnam primus oranium e Scriptorum
Θεοργεωτων libris selegerit, ac in eum, quem nunc tenent, ordinem
constipaverit, diu equidem multumque inter Eruditòs quæsitum, non
tamen adhuc indubitato satis definitum est. Sunt etenim, qui Hierony-
mo laborem hunc vindicare annuntur. Sunt, qui venerabilem Be-
dam in illius locum substituunt. Plerique Alcuinum, Caroli Magni
ævo celebrem, selectus hujus auctorem fuisse existimant. Nonnulli
quoque Paulum Warnefridum eidem associandum contendunt. No-
strum vero uti non est statuere, ultra ex his sententiis ad veritatem pro-
pius accedere videatur: ita hæc commemorasse haud sumus arbitrati
supervacaneum, posteaquam de præsentis labore in pericopas modo
dictas impenso certiore reddere Lectorem nostrum constituimus.

Ec

Licet

Licet enim in his Actis consulto semper a nobis prætermissa fuerit insignis illa copia librorum, qui vulgari alias nomine Postilla nuncupantur, & modo, quem appellare liceat, exoterico earum sensum usumque inculcant, non potuimus tamen, quia hisce disputationibus, quæ paulo plura e modo tractandi acroamatico admixta habent, locum suum hic concederemus. Videlicet Maxime Reverendus Auctor, cujus Nucleum Theologiae A. 1694. pag. 237. seq. recensuimus, ex Evangelii Dominicalibus Festivalibusque præcipuas, ut ipse vocat, Amoenitates decerpfit, & post factam ubivis ab initio accuratiorem pariter & elegantiore pericopæ cujusque partitionem, in eo occupatus fuit, ut aut utiles quasdam & curiosas delibaret quæstiones, aut circumstantias partium vulgo attingi solitas illustraret, aut vocabuli alicujus authenticum vim exponeret, aut dubia pro ratione dictorum in hoc illo Evangelio moveri solita perspicua responsione tolleret, aut adversarios erroribus suis patrocinium exin quærentes refelleret, aut alia istius generis pro re nata cum suis, quibus hæc præcipue scripsit, auditoribus communicaret. Summæ autem ubivis brevitati studuit, ac nulla dissertatio ultra semiplagulae spatium occupat. Dabimus vel unicum specimen, e quo de reliquis judicare haud difficulter licebit. Ad Evangelium, quod ipsis Januarii Calendis in festo Circumcisionis e Luc. II, 21. exponi solet, sequentes suppeditat amoenitates. Quærit ante omnia: cur Deo octavus præ cæteris dies, quo infantes circumciderentur, placuerit? & enumeratis aliorum hac de re opinionibus, ob causas divino magis Numini, quam nobis cognitæ id factum esse respondet. Imprimis tamen attendi cupit ad amorem, quo infantibus Deus prospexit, ne in tenerima ætate graviore dolore afficerentur, & ad parentum solatium exinde hauriendum, quod tam cito de liberorum suorum salute certi efficerentur. Porro quærit: licitumne fuerit aut paulo ante aut paulo post diem octavum infantes circumcidere? ac negativam adversus Bedam & illius asseclas tuetur. Commentatur quoque nonnihil de illius dilatione haud temere suscipienda. Eos, qui circumcisionem ab Ethnicis initium habuisse tradunt, erroris redarguit. De mortuis nequaquam circumcidendis, de forminis a circumcisione exclusis, deque formula precum in hac actione adhibita, selectiores quasdam theses concinnat. Tandem ubi circumcisionis in Novo Testamento cessationem ejusque causas exposuit, disquirat: qua ratione Messias tot nomi-

nibus

nibus Esa. IX, 6. insigniri, & circumcisionis tamen tempore unico nomine JESUS appellari potuerit, & eam id ob rem fuisse factum responderet, quod hoc nomen ea omnia, quæ apud Esaiam expriciuntur, comprehendat.

GUNTHERI CHRISTOPHORI SCHELHAMMERI, ACADEMIAE BUCARINÆ JENENSIS, NUNC CIMBRICÆ PROFESSORIS, ΟΥΚΟΛΟΓΙΑ ΠΑΡΥΑ, seu de humani corporis tumoribus eorumque legitima curandi ratione liber, ad recentia verioraque dogmata accommodatus, novaque methodo adornatus.

Jenæ, sumtu Jo. Bielki, 1695. in 4. Plag. 29.

Natus est præsens eruditi ingenii foetus parenti suo experientissimo, cum Chirurgiæ primordia studiose juventuti in celeberrima Academia Salana essent tradenda, breve ut esset compendium, quod in prælectionibus suis tuto & sine tædio sequi posset, cuique, nisi alia incidissent, vulnærum ulcerumque doctrinam, ad recentis Medicinæ leges refictam, cum appendice de excrescentiis addere decreverat. Præmittitur autem huic opusculo præfatio, in qua de neglecta hodie per dictam curandi ratione, Chirurgiæ studio suæ dignitati restituendo, quaque ratione doctrina de tumoribus ad Chirurgiam referenda, & quæ methodus in ea tradenda servata sit, exponitur. Nimirum fecit celeberrimus Schelhammerus hujus libri duas sectiones, in quarum priori tumores in universum, in posteriori singulos, eundo per partes corporis, explicavit, & primo quidem partium similarium, deinde dissimilarium, & qui pluribus sunt communes. Sectione ergo prima definiit tumorem, quod sit morbus in conformatione, quo totum corpus aut aliqua ejus pars, aut pars partis, a contento subtus vel humore, vel solido, vel spiritu, in majorem, quam pro naturali habitu, molem attollitur; explosaque veterum opinione, quæ concoctricem & expultricem facultatem nimis debilem allegat, cum ne nutriantur quidem per appositionem partes, nec expellant excrementa, ut alibi se planissime demonstraturum promittit, inquit in tumorum causas, quæ scilicet vel materiam pravosque succos in corpore augere, vel collectioni eorum & subsistentiæ, corrumpendo fibrarum tubulos, quovis modo occasionem præbere possunt. Deinde signa, prognosin, curandique rationem, de qua tamen in universum pauca doceri queunt, cum

pro existente in iis materia plurimum variet, exponit. Communem autem hanc tradit omnis tumoris indicationem: Quod intus latet quocunque tandem modo exturbandum esse; id vero quomodo fieri debeat, ex tumorum natura debere dijudicari; quandoque enim satis esse, si quod intus latet vel dissipetur, vel manuum opera educatur, sed quando cum tota cruoris massa communicat tumor, & exinde recipit, quibus fovetur, non sine medicamentis obtineri posse sanationem, imo derivatione aut revulsione tum sanguinis, tum feri, aliquando esse opus. Probe quoque monet considerandum esse, an cum nascente tumore, an cum nato res sit, neque ad solos humores vel id quod includitur, sed ad partis quoque conditionem esse respiciendum. Tandem rationem reddit, cur relicta veteri & recepta divisione a quatuor humoribus petita, novam tradat, quæ ita se habet: Tumores sunt vel universales, vel particulares; & hi quidem vel integram partem organicam obsident, vel singulas partes similes. Hi rursus vel cuti insident, vel carnes occupant, vel glandulis infestant, vel arteriis venisque accidunt, vel denique ossibus inhaerent. Qui vero dissimilaribus integrisque accidunt organis iisque plurimis, sunt inflammatio, abscessus, scirrhus, cancerosus tumor, gangraena, quæ tamen, perinde ac inflammatio, huc potius refertur ex communi sententia, quam quod vere tumores esse existimentur. Cum autem de universalibus tumoribus, quoniam a vitio humorum sunt, eaque constitutio turgescens potius corporis cacochymica quam tumor appellari meretur, inter morbos universales disceptandum sit, neque protuberantia quæcunque partium, v.g. hernia aut flatulenti illi & humorales tumores, qui integros ventres implente materia comparent, nec ecchymosis illud genus, quod in tumorem non attollitur, nec erysipelas, quippe ad inflammationes potius adeoque morbos intemperiei remittendum, huc pertineat, illa quidem omnia prætereuntur, nisi quod erysipelati, ne nimium innovationi datum videatur, locus relinquatur. Agitur ergo in sectionis secundæ parte priore de iis tumoribus, quibus similes partes intumescunt, & primum quidem de his, qui cutem aut cuticulam obsident, quales sunt scabies, phlyctæna, papula, vari, gutta rosacea, erysipelas, herpes, impetigo, verrucæ, clavi, subcutaneique tumores atheroma, meliceris, steatoma & ganglion. Sequuntur tumores carnis, nempe furunculus, paronychia, carbunculus, oedema, tumor gingivarum. Ab his ad tumores acceditur, qui glandulas infestant tum congestas

gestas, quas inepte conglomeratas vocant, salivales nimirum superiores & inferiores, tonsillas cum uvula, nec non faucium buccarumque; tum singulares, quas globosas & conglobatas perperam nuncupare solent, cum non modo non conglobatae, sed nec globosae quidem sint, verum plerumque oblongae & nonnihil depressae. Refert quoque experientissimus Auctor ad glandulosos tumores strumas & bronchocelen, & cum de strumis apud auctores non satis expedita res sit, tantaque sententiarum diversitas, ut nulla major esse possit, & neque veteribus cum recentioribus idem sit animus, neque utrisque conveniat inter se, fusius de his disputat. Post glandularum ægritudines de aneurismate & varice tractat, tandemque de tumore ossium, qui spina ventosa dicitur, quem non eundem esse cum cancro, de quo Celsus lib. 8. c. 10 loquitur, contra dissentientes demonstrat. In his autem ita versatur Vir doctissimus, ut in affectibus gravioribus, naturam, causas, differentiam, signa diagnostica & prognostica, nec non curationem perspicue tradat, neque dissimulet, si quid in praxi proficuum expertus est, vindicans quoque occasione data methodum per contraria curandi a suis cavillatoribus. Ita, ut speciminis loco pauca, more nostro, & quae in limine statim obvia sunt, afferamus, docet: Varos non facile redire vitatis acribus & vino, nisi singularis ad eos adsit dispositio, eoque in casu nihil praestantius esse quam lac virginis: expeditissimum contra verrucas remedium esse, si acus immittatur per mediam verrucam, donec sensus eam ad fundum penetrasse testetur, & haec incalcescat, quousque ferri potest, idque iterum ac tertium fiat; sic enim radicem exuri & verrucam sponte excidere, levem autem inflammationem nonnunquam accedentem facile emplastro refrigerante tolli: thymion molestissimum sub unguibus prominens oleo tartari infuso feliciter reprimi: in facie extirpari verrucas oleo vitrioli tactas, si tamen per calamum impositum ita comprehendatur verruca, ne caeterae partes laedantur: ad ganglion curandum Helvetium, inter Batavos celebrem, usum fuisse malleo ligneo, corio obducto, quo percusserit tumorem: paronychiam facillime tolli, si in principio statim cum theriaca allium contundas, vel ejus miscetas cum illa succum, & imponas: in tumore parotidum & glandularum maxillarium, quem perperam ad tonsillas refert vulgus, quae tamen eo sunt in loco posita ut digitis palpari exterius nequeant, emplastro de meliloto haut raro utilis esse diachylon

simplex, præsertim si calor & inflammatio accesserit, vel magis iaduerit materia.

In altera parte primum de inflammatione exponitur, ad quam declarandam supponit doctissimus Auctor, in sanguine esse ignei quid, quod calorem nativum appellamus, &, quando obstructis, vel obsessis, vel interceptis viis, quibus itur ad venas, ad aliquam partem placide transmissus sanguis refluerè nequit, sed stagnat ante ostiola, & dum alius continuo affluit & impellitur per arterias tumultuatur, motu illo perpetuo ac præternaturali excitari hunc inclusum undulanti purpuræ ignem, augescere, partesque pingues & inflammabiles sanguinis rapere veluti in flammam, sicque inflammationem efficere. Defendit quoque veterum curandi rationem per repellentia & defensiva, reliquis non neglectis, quæ nequaquam incrassent hærentem in partibus sanguinem aut alius impingant, si modo rite, ut præcipiunt veteres, adhibeantur; seque asserit inflammationes tam validas, ut etiam o longinquo admota manu, ad duorum digitorum distantiam, calor sentiretur, unguento alabastrino & infrigidante Galeni æque ac de cerussa, aliisque plumbeis, plus viçe simplici quam optime represfisse, magno cum ægri solatio. Quoniam autem ex inflammatione frequenter abscessus oritur, hinc de illo non tantum, sed & de symptomatico, critico; & anomalo disseritur, discentibusque M. A. Severini de recondita abscessuum natura opus unice commendatur. Porro scirrhii natura investigatur, qui quantocyus curandus, vel potius ne perficiatur cavendum, & nascenti pro virili resistendum, quia si adolescat, corrigi amplius non potest nisi excisione, quæ non semper licet uti. Succedit scirrho cancer, illo adhuc difficilior tumor, maxime nempe, ubi increverit & in ulcerosam degeneraverit pravitatem, molestus, periculosus & lethalis. Non exulceratum tangere vetat externis medicamentis Auctor cum Hippocrate, internis vim ejus malignam coercere satius esse judicans, cum exempla prostant, foeminas quasdam ad quadraginta aut quinquaginta annos cancerum in mammis gestasse; exulceratum autem, quia si excindere eum non licet, funditus tolli nequit, quomodo mitigandus sit, docet. Ultimo loco de sphacelo & gangræna præcipit, & cum sphacelus non admitat curationem, nec gangræna, quæ integrum membrum occupavit, aut quæ febrem acutam & vomitum & syncæpticos insultus conjunctos habet, sine artis ignominia tangi

tangi possit, hinc illius, quæ modo orta est ac nondum plano tenet, medelam tradit. In sphaælo quia nihil aliud superest, quam miserum, ut ait Celsus, & unicum auxilium, ut cætera pars corporis tuta sit, id quod mortuum est abscindere, hoc quæ potissimum ratione faciendum sit, edocetur. In medio autem relinquitur Botalli sententia, perficiendum id esse securi vel simili findente fortiter adacto vel ex alto demisso cum pondere; Hildani autem methodus, qui in carne viva sectionem facere præcipit, ejusque scalprum excisorium, quando medius digitus auferendus est, probatur, cultellare autem ejus cauterium non admittitur, cum periculi plentum aspectuque terribile sit, aliaque mitiora ad sistendum sanguinem in promptu sint remedia, in quibus laudatur aqua styptica, qualem clarissimus Auctor elegantem & paratu facilem, quamque nulli alii cedere persuasus est, ad manum habet, cujus conficiendi modum alius est traditurus.

Adjectum est appendix instar Programma, quo philiatros sub Auctore ex Academia Jenensi, in qua ultra quadriennium publici Medicinæ Professoris munus maximo cum applausu obiit, discessurus ad anatomen invitavit siccam seu ossifragium, ipsisque in memoriam suarum lectionum & demonstrationum summam revocavit, præcipue vero singularia nonnulla, quæ in cadaveribus dissectis observavit. Ex his non possumus, quin sequentia ipsum animadvertisse referamus: In linguae parte postica foraminula, quæ ocellos vocavit, septem ordine per superficiem disponi sub forma literæ V: in larynge valvulas esse ab aliis non visas: glandulas Rivinianas non semper proprio suo ductu gaudere, sed in Wartonianarum communem rivum lympham fermentativam plerumque effundere: Nuckianam novam, quam sub oculo collocat, in homine non reperiri: diaphragma in cane, neutiquam verò in homine ex duplici musculo compingi, secus quam persuadere voluit crudus Bartholini nepos: mesenterio non nisi jejunum & ileon connecti, neutiquam duodenum vel colon, nisi exigua sui parte: valvulam coli nil minus esse quam valvulam, sed pendulam ilei ad angulum rectum colo inferi partem: cæcum in homine nil nisi coli appendiculam esse, quo flatu & stercore retrograda divertunt: quandoque sub renibus chyli receptaculum in canibus se in conspectum dare: renum structuram longe aliam esse quam pingitur vulgo, glandularum serie proxime sub membrana posita, tubulorum vero striatorum

toto

toto ordine in ductus hiantis ureteris ex pelvi emissos turmatim concurrente, venasque esse papillas & obscuras clarissimi Bellini figuræ: Highmorum pingere splenem bovis, non hominis, nec obscuram celeb. Malpighii descriptionem huic satis aptari posse: manifestam, nec tamen vulgo commemorari solitam, in medio carpo articulationem inventiri: digitorum pulpam glandulas globosas pellucidas occultare, & stratum coccineum sub unguibus posuisse naturam: Mathematica lege, magno judicio, maxima diligentia constructas demonstrationes J. A. Borelli de musculorum motu in multis deficere, adeoque nos nihil vel parum de motus animalis prima & vera ratione adhuc pernovisse.

PRINCE ARTHUR. AN HEROICK POEM.

Hoc est:

Poema Heroicum de rebus gestis Arthuri Britonum

Principis, libris decem expositis, Autore RICHARDO BLACK-

MORE Medicinæ Doctore, & Collegii Medicorum

Londinensis Socio. Editio altera.

Londini, apud Awnsham & J. Churchill, 1695. in fol. Alphab. 3. plag. 6.

Meretur sane multis nominibus commendari suavisimum istud pariter ac gravissimum poema, in quo pleræque Heroici carminis leges ita observantur, ut merito inter hujus generis Poetas locum clarissimus Autor sibi in posterum vindicare queat. Non vero tantum omnes Poeta Christiano indignæ summo studio in eo evitantur salacitates, utpote quibus nimis jam ab aliquot annis corruptam esse poesin Anglicanam in præfatione queritur; sed aliud quoque vitium, Heroico carmini, quod sublimitatem & ingenium semper affectat, magis familiare, & Anglis imprimis Poetis *dia to megis vohoris kavvō-σπιδος* fere insluctabile, (de quo Dionysium Longinum adeat licet Lector, Segm. imprimis IV) satis feliciter ut plurimum cavetur. Procul quoque ab eo esse jussit superstitionos Gentilismi fabulas, utpote qui loco vanorum gentium Deastrorum, quos in hujus generis operibus ex machina proruere fingunt Christiani quoque Poetae, divinas Angelorum apparitiones substituit. Ut taceamus, ne illa quidem quæ a doctrina & eruditione Poetae expectari poterant ornamentalia, carmini huic decesse; siquidem non proletaria rerum Geographicarum, Historiarum,

ricarum, ad ritus denique veteres & antiquitates spectantium peritia in eo inveniatur.

In decem illud divisum est libros, quorum primo Arthuri legitimi Britonum Principis, a Saxonibus Angliæ in vasoribus violenter expulsi, & in patriam reditum parantis, dissipata adversus ventis classe, in aulam Hoelis Aremoricorum Regis describitur adventus. Hunc animo a religione Christiana ejusque fautore Arthuro prorsus alieno, divina visione ut humane Arthurum exciperet monitum, suæ religionis principis hic imbuît toto secundo & tertio libro, quibus adeo pleraque religionis Christianæ præcepta eleganti carmine explicantur. In IV libro ex Arthuri aulicis nonnemo Hoeli, qua ratione quibusve artibus a Saxonibus Anglia oppressa fuerit, exponit, Arthurique juvenis adhuc indolem & institutionem libro V persequitur. Eodem libro, quomodo Arthurus classe Hoelis opæ restaurata, Britanniam versus vela fecerit, Octave, qui Saxonibus insulæ illius oppressoribus imperabat, navali acie fusa, littoribus istis appulorit, enarratur. Hic ubi in terram fuisset expositus, elegante Maronis imitatione ad somnum se composuisse fingitur, in quo parentis ipsi apparens species omnes Reges post eum Britannia gubernaculis admoventos ei ostendit; qua fictione occasionem Auctor nanciscitur Potentissimum hodie Magnæ Britannia Regem Gulielmum debitis præconiis exornandi, simul vero etiã tristem incomparabili Reginae Mariæ gratiam nimis cheu festinato ad immortalia sceptrâ properanti lessum canendi. Jam libro VI Arthurû contra Octavæ arma in Britannia moventem nobis sistit, ubi notabilis est virorum maxime insignium ex Britannis, castra Arthuri sequentium descriptio. Parum ille præsentem Angliæ statum cognoscat oportet, qui non deprehendat, sub istorum nomine præcipuos viros, qui Serenissimi Gulielmi partes hætenus sustinuerunt, oculis nostris representari. Adeo enim illa, quæ de Bothano dicuntur *Dellamirio*, quæ de Canvallo *Duci Devonie*, quæ de Bartudo *Comiti Abingtonia*, quæ de Osrone *Duci de Leed's*, quæ de Tracapo *Trencherto* summo status Secretario, quæ denique de Sakilo dicuntur *Comiti Dorsetia* conveniunt, ut vix fortuitam esse illam utrorumve similitudinem nobis persuaderi patiamur. In hoc postremo amor in literatos & poetas imprimis prædicatur, unde ejus aulam *Laurus* Poeta, sub quo nomine *Drydenus* latere videtur, sæpius frequentare dicitur. Huic inter alia Romana religio & pertinax in Ja-

cobum II affectus, acerbe satis exprobratur versibus, quos fere Latine redderes

Laurus, qui laudes tollebat ad astra Sakili,
Sed diras semper Regique Deoque Sakili
Qui dixit, Laurus.

Sed redeamus ad principale poematis hujus argumentum. Vincitur primo prælio Octa, & pacis condiciones proponit Arthuro satis acceptas, interque eas filia Ethelindæ nuptias. Non repudiat eas Arthurus, verum exercitus ejus, ut solet in rebus prosperis fieri, luxui & idololatriæ se dedit criminibus, quibus provocatum Numen pestem castris ejus immittit, quam tamen precibus & expiationibus suis Arthurus sistit. Interea tamen, quod libro VII exponitur, occasionem adesse ratus Octa opprimendi Arthuri exercitum, peste confectum, posthabita quam dederat fide, eum adoritur, variis tamen prodigiis & prædictionibus de Arthuri victoria præmonetur. Describitur interea hoc libro Saxonum exercitus, quo variæ Saxonum gentes artificiosa manu elegantè depinguntur, quas tamen omnes prælio libro IIX fuscè descripto Arthurus superat. Nono libro Macori exequiæ fortissimi inter Arthuri duces, qui in prælio ceciderat, delineantur, cumque inducias postulasset Saxones ad mortuos suos sepeliendos, ludi equestres & alia lætitiæ signa ab Arthuro post victoriam eduntur. Interea Scotiæ Rex Tollo Octæ auxilium suum offert, cui præmii etiam loco Ethelindæ matrimonium Octa promittit. Verum vincitur lib. X. Tollo, incertusque quid faciat Octa, qui neque cum Arthuro neque cum Tollone pacisci poterat, summam belli duello inter Arthurum & Tollonem committit, qui etiam gloriose ab Arthuro prosternitur, laboribus suis finem victoria ista tandem feliciter imponente.

THE POETICAL WORKS OF MR. JOHN MILTON.

Hoc est:

Joannis Miltoni Opera Poetica, una cum notis ad Poema ejus Heroicum cui titulus *Paradisus amissus*,
& figuris æneis.

Londini, sumptibus Jacobi Tomson, A. 1695. in fol.
Constat Alphab. 9. plag. 16.

Quod

Quod novo vetustiore paulo Poetam Anglicanum subjungamus, inter suos in heroico genere inveterata fama omnes facile superantem, apud nostri saltem orbis eruditos veniam facile inveniet, quibus omnibus divinum Miltono in hoc quoque scribendi genere ingenium fuisse, haud forte haecenus innotuit. Non tamen ægre ferent iidem, obiter solum ejus mentionem a nobis fieri, cum moris nostri non sit, libros tamdiu sub Sole versatos nostra quoque luce collustrare. Miltoni tamen interea famæ, ejusque ingenii admiratoribus dandum id esse putavimus, ut præcipuorum ejus poematum catalogus hic quoque compareret. Primum inter ea locum, uti meretur, ita obtinet quoque in hac eorum collectione poema, quod de generis humani lapsu sub titulo *Paradisi amissi* concinnavit, sexta editione in hoc opere iteratum, de cujus sublimitate cæterisque virtutibus multa nunc essent commemoranda, nisi reddita jam a nobis rationes obsisterent. Id tamen prætereundum non esse existimavimus, censere plerosque, in quorum memoria adhuc viget temporum quibus floruit Miltonus conditio, eam poetice quidem, vivide tamen ab eo in hoc opere representari. Notæ quæ huic poemati in nova hac editione accedunt, Anglicano imprimis Lectori inserviunt, cui obscura videri omnino poterant nonnulla, quæ ex eruditionis paulo magis recondita penù Miltonus illi adsperserat. Proximum autem huic poema restaurationem humani generis describit, titulo *Paradisi reparati* insignitum. Tertium *Simson agonistes* vocatum, Herois hujus, Palæstinorum ludibriis expositi, fata representat: cui denique varii generis carmina, prout occasio tulit, elaborata & tertia vice nunc edita, succedunt. Id vero, antequam finem faciamus, monendum, tria illa heroica poemata, priori loco a nobis commemorata, illo carminis genere a Miltono scripta fuisse, quod rythmo destitutum metro solum gaudet, veterum Græcorum & Latinorum Poetarum exemplo: quod ante Miltonum inter Hispanos quidem & Italos nonnulli usurparunt, nemo vero Anglorum, apud quos tamen ejus exemplo excitatos, nihil hodie, in tragœdia imprimis, hoc carminis genere est frequentius.

JOHANNIS LUDOVICI HANNEMANN, M. D. IN CHRISTIAN-
 Albertina Professoris Publici &c. Zacharias Pontifex, i. e.
 Commentarius de Appellatione ad Vallem Josaphat.

Ff 2

Ham-

Hamburgi, apud Gotofr. Siebeck / 1696. in 8.
 Constat plagulis 13.

ANtequam scripti ipsius brevem recensionem instituamus, circa titulum monendum ducimus, quod ultimis verbis a Zacharia Pontifice prolatis originem debeat, eorumque occasione meditatio hæc inscripta fuerit *Zacharias Pontifex*. Hunc enim morti vicinum, cum lapidibus ad imperium Joas, Regis Judæ, peteretur, exclamasse legitimus: videbit Dominus & requiret, II. Chronic. XXIV. 22. In tractatione ipsa, quibusdam de judice atque appellatione in genere præmissis, ex Cornelio a Lapide, Drexelio, Richtero, Harsdörfferó, Erasmo Francisci, appellationis ad tribunal Jesu Christi varia exempla adducit, adductisque epicrisin suam adjicit clarissimus Autor. Hinc affert argumenta, quæ provocationem ad tribunal Christi dissuadere videantur. Demonstrat enim 1. quod provocantes ad Christum judicem, judicium Dei ante tempus ab ipso destinatum advocent. 2. Quod tales agant contra Orationis Dominicæ petitionem primam, ac nomen Dei sanctum minime reputent, qui ita extra ordinem Dei tribunal sollicitare haud verentur. 3. Quod ejusmodi provocatio repugnet Orationis Dominicæ petitioni secundæ, ejusque scopo primo, qui eo tendit, ut Deus per vocem Evangelii sibi Ecclesiam inter nos colligat. 4. Quod adversetur petitionis ejusdem scopo secundo, ut impios convertendos prædicatione verbi convertat. 5. Quod contrarietur scopo tertio, ut conversos in vera fide & vitæ sanctimonia conservet. 6. Quod tollat scopum quartum, ut eosdem in hac vita adversus Diabolum & impios defendat. 7. Quod consistere nequeat cum scopo quinto, ut denique gloriosam hæreditatis cœlestis possessionem clementer largiatur. 8. Quod impingat in Orationis Dominicæ petitionem tertiam, cujus virtute obligamur voluntati divinæ omnia committere, nec injuriarum nobis illatarum vindictam præscribere. 6. Quod injuria sit in Orationis Dominicæ petitionem quintam, quæ omnem vindictæ cupiditatem excludit, ac injuriarum remissionem mandat. 10. Quod ipse Salvator Matth. V, 44 *ἐχθροφιλίαν* sive inimicorum amorem nobis commendet. 11. Quod naturali lege damnatur vindicta, quæ nullum alium finem habet propositum, quam ægre facere illis, qui nos læserunt, ac eorum dolore nostrum animum satiare. 12. Quod sancti in ipso persecutionis æstu pro hostibus suis intercesserint, nec ad tribunal divinum appel-

appellarint. Quæ argumenta loco e Dn. Osiandri Theologia Casuali p. 970. seqq. adducto obſignat, eiq̃ue in omnibus calculum ſuum ad-jicit. Corroborata ſic ſua ſententia, ad examen argumentorum a Cornelio a Lapide & Dræxelio pro citatione ad vallem Joſaphat allatorum progreditur. Illa autem e quinque locis Scripturæ ſc̃ilicet I. Samuel. XXIV, 13. II. Paralip. XXIV, 22. II. Matcab. VII. II. Tim. IV, 14. Apoc. VI, 10. ſunt deſumpta, & e Luçæ Oſiandri comentariis reſoluta. Ad exempla quæ ex Hiſtoricis profanis pro ſtabilienda appellatione ad tribunal Chriſti afferri ſolent, reſpondet Autor, eadem, cum Chriſti præceptis ejuſq; præxi contrahentur, vi probandi deſtitui, iſque Davidis, Stephani, Chriſti, Pauli exempla opponi poſſe, nec non adduci exempla quibus probetur & irritò conatu has provocaciones eſſe inſtitutas; quamvis Autori perſuaſiſſimum videatur, ab innocentibus nunquam irritò ſucceſſu hanc provocationem fuiſſe factam. Tandem obſervat, Eræſmum Franciſci ex citatione ad tribunal Chriſti argumentum pro ſtabiliendo extermo judicio deſumere, & adhortatur tum iudices, ut ab injuſto ſibi caveant iudicio, tum peccatores, ne temere ad Dei tribunal appellent. In poſtloquio, quod tractatui ſubjunct Autor, varios adducit Scriptores, qui idem thema illuſtrarunt, illorumque vitula ſe neutiquam aſſe proſtitetur; inſuper & monet, ſe non absolute provocationem ad vallem Joſaphat improbaſſe; ac denique ſyllabum ſcriptorum ſuorum publice editorum, inter quæ præſenti & a nobis jam recensito decimus ſextus locus adſignatur, exhibet ſimul pollicitus, ſe daturum operam, ut reliqua, quæ moliatur, opera mature lucem publicam adſpiciant. E quibus erudito orbi non ingratum erit Poly-mathie Univerſalis Syſtema ex episto-lis concinnandum, quod in episto-la ad Europæ Etuditos huic tractatui præmiſſa adumbravit, ad idem feliciter perficiendum eruditorum ſubſidia implorans.

LILII GREGORII GIRALDI OPERA OMNIA DUOBUS TOMIS
diſtincta, quia omnia partim tabulis æneis & nummis, partim commen-
tario JOANNIS FAES, & animadverſionibus hætenus ineditis
PAULI COLOMESII, nec non indicibus illuſtrata exhibet
JOANNES JENSIVS.

Lugd. Batav. apud Hackium, Boutestein, Vivie, Vander
Aa & Luchtmans, 1696. in fol.

Constant Alphab. 9. pl. 5 $\frac{1}{2}$. & tabulis zneis 9.

Nihil est, quod in nova hac & luculenta doctissimorum Gyraldi operum editione nos multum moretur, præter posthumas elegantissimi viri Pauli Colomesii in Dialogos de Poetis. observationes; quibus quod insignior illa procedat, doctissimi H. Westeni, qui eas comparavit, debetur industria. Factis enim in libellum de *variorum veterum sepeliendi ritu* notas quod attinet, nihil de iis dicendum nobis esse existimamus, quod per integros fere viginti annos inter eruditos versata illa jam fuerint. De ipsis vero Gyraldi scriptis inveterata eruditionis fama adeo claris multa differere, quid aliud esset, quam Soli lumen accendere? Clarissimi editoris autem prolegomenis satisfactum abunde a nobis arbitramur, ubi Gyraldi vitam Laurentii Frizzoli verbis in iis exhiberi, & pauca quaedam de ordine scriptorum ejus proferri, tandemque loca quaedam autorum annotari, quæ e corruptis codicibus male a Gyraldo allegata fuerunt, monuerimus. Nihil itaque impedit, quo minus ad Colomesianas statim curas, ad quas dudum festinat animus, deveniamus, & ex iis selectas quaedam observationes in Lectorum nostrorum conspectum producamus.

p. 5.

Loquitur Gyraldus in Dialogo statim primo, de illo veterum ritu, quo in plaustris poemata recitata fuerunt. Hinc patet, inquit Colomesius, quid sibi velit Jo. Tzetzes, cum ait Chil. 9. hist. 264. se ad augustam Homeri enarrationem scripsisse,

ἔχουσιν καὶ μετὰ Φρασην ἡμαξουμένους ἀρχαίως.

Hanc Metaphrasin MS. habuisse Antonium Augustinum teste Andrea Schotto ad Senecam, Colomesius observat: sed reperitur ea etiam in Bibliotheca Bodlejiana apud Oxonienses, cumve tota versibus politiccis æquali semper syllabarum numero decurrentibus constet, venit in mentem, ad istud carminis genus voce *ἡμαξουμένους* forte in Chilibus Tetzam respicere; quam conjecturam non improbabilem reddidit suppeditata ab Eustathio vocis *ἡμαξα* crymologia, ab *ἡμα* & *ἄξων* eam derivante. Sed de his alii judicent. De Zoroastre *ἀσποδότη* ubi agit Gyraldus, occasionem Colomesius nanciscitur castigandi Borchartum, qui p. 787. Geographiæ Sacræ locum Philonis Byblij, de Astar-

p. 79.

Astarte Phœnicum Dea loquentis, ita legit & vertit · *εὔρεν* (Astarte) *ἀεροπετῆ ἀστέρων; ὃν καὶ ἀνελομένη ἐν Τύρῳ τῇ ἀγία νήσῳ ἀΦιέρωσε, invenit Asteriam,* (quod nomen est certi aquilarum generis) *ex aere delapsam, qua maculata in Tyro sacra insula eam consecravit.* Verum infeliciter & vertere & emendare Bochartum illum locum, Colomeseus existimat, qui nihil mutatis verbis, prout ab Eusebio referuntur: *εὔρεν ἀεροπετῆ ἀστέρων ὃν καὶ ἀνελομένη ἐν Τύρῳ τῇ ἀγία νήσῳ ἀΦιέρωσε,* vertit: *reperit stellam ex aere delapsam, quam capiens, in sacra insula apud Tyrum dicitur.* Vix prætermittere liceret observationem ejus ad verba Gyraldi; quæ de Archelao profert, dum scilicet eum, *qua natura propria sunt multis vexibus collegisse* ait, redditis nimis Laertii verbis *ὁ τῷ ἰδιοΦυῖ ποιήσας.* Sed infeliciter, (aliud enim plane vult vox *ἰδιοΦυῖ*) nisi illa verbotenus ex Isaaci Casauboni nota ad L. II. Laertii Segm. 17 desumpta esse deprehenderemus. At Sophocleum; non Sophoclem, appellandum esse Grammaticum illum, e quo inter alios scholia in Apollonii Argonautica concinnata fuerunt, ex Aristophanis Scholiaste ad Nubes in voce *βεκκασελήνη,* & Stephano in *κἀναστρον,* non abs re contra Casaubonum, Mauflacum, & Fabricum eum monere forte aliquis putet; licet Stephanum minus caute pro se allegare videatur, utroque apud quem non *Σοφοκλῆς* sed *Σοφοκλῆς* constantiter legitur. Ingeniosa etiam est emendatio, qua apud Stephanum Byzantinum in voce *γέφυρα* pro *ἡδὺν, Δηῶ* substituit, fufiusque a nobis exponi mereretur; sed debetur illa, nisi fallimur, doctissimo Meursio, in ejus Lectionibus Atticis eam inveniri recordamur. Quod autem Epistolarum Græcarum Genevæ anno 1606 editarum interpretationem, magni Cujacii nomen falso jactare dicit, de eo optaremus, ut paulo accuratius nos informasset. De Fausto Gallo loquens Gyraldus, Pelagianismi eum suspectum fuisse observat; unde occasionem nanciscitur Colomeseus edendi duas de patria Pelagii epistolas, quarum altera Georgii Carletoni est, Cicestrensis quondam in Anglia Episcopi, altera Gerardi Joannis Vossii responsoria ad illam. In his præterquam quod luculenta instituti Vossiani de confutando Baronio, & aliorum quorundam fiat mentio, de patria Pelagii, inter duos hosce viros doctos erudite disputatur. Putat enim Episcopus Cicestrensis Pelagium, deserta Hieronymi autoritate, qui Scorum eum fecit, cum Beda & vestigia ejus sequentibus Historicis, Britannum po-

p. 149.

p. 154.

p. 106.

p. 170.

p. 300.

tius

tius esse statuendum, *Morgan* patrio nomine dictum, & Banchorensi in Wallia monasterio præfectum. Sed non ita facile, ut ab Hieronymo suo discedat; movetur Vossius, utpote ætate Pelagio quam Beda propinquiore. Nec forte contradicere illi Bedam ait, siquidem generali Britanni nomine & Anglo-Saxo, & Cambrus, & Scotus vel Picus dici queant. Imo Galliarum Pelagium vindicare eruditorum non nemo ausus fuit, quod generali Britonis nomine eum appellari videret; cui tamen repugnat iudice Vossio suppar Pelagii Prosper, qui insulanum Pelagium facere videtur, dum dicit eum *frugis sua aquorosos pavisse Britannos*. In Wallia interea Banchorensi cœnobio eum præfuisse, non multum se repugnare Vossius dicit; potuisse tamen eum e Scotia oriundum, ibi sedes postmodum sibi figere, existimat. Cæterum duas istas epistolas miratur clarissimus Jenſius in Prolegomenis, a Colomesio in editione epistolarum Vossianarum prætermittas fuisse; præcipue cum jam in *Κεμηλίαις* suis Literariis c. XXIX. earum meminisset, easve se aliquando editurum promississet. Verum & aliarum quamplurimarum Vossii epistolarum hodie extant, quibus collectio illa Colomesiana augeri posset. Sic enim ipse Jenſius testatur, se plus L. epistolarum ejus ad Grotium apud Dordracenum Theologum D. Davidem Flud a Giffen vidisse, quarum ne unica quidem in volumine edito reperitur. Castigat autem passim in hisce notis doctissimum Vossium Colomesius, non in iis tantum quæ de Poetis, sed in illis etiam, quæ de Historicis ille scripserat. Insignis inter alios est lapsus ejus, cum in Hist. Græc. p. 510. Cleoxenum & Demegclitum, quasi de Persis egerint, inter Historicos reponit, a Suida deceptus, apud quem in *Κλεόξανος, περὶ περσῶν* viciose pro *περὶ πυρσῶν*, h. e. *de ratione ignis prævultus in speculis ostendendi* legitur: veram enim lectionem non ipse tantum exhibet Suidas in voce *Λιμένας*, sed Polybius quoque in Eclogis l. 10. *περὶ πυρσῶν* duos hosce autores egisse testatur. Sic eundem Vossium cum Aristophonte poeta confundere Aristophonta pictorem, cujus apud Plutarchum libro de legendis poetis mentio, quemve Plinius etiam l. 35. c. 11. memorat, ostendit: cujus similis est error paulo superius observatus, quo Vossius poetam fecit Silanionem a Plutarcho memoratum, quem statuarium calatorem fuisse constat; ut alia hujusmodi nonnulla nunc taceamus. Ad duci autem meretur emendatio nominis *Sciro*, quod poetæ est apud Athæneum l. 9, & de cujus corruptione non Gyrardo tantum, sed aliis quoque

p. 403.

p. 406.

quoque viris doctis dudum suboluit. *Scleriam* itaque pro *Scira* substituit Colomesius, Poetam Comicum, cujus versus allegatos invenit apud Antonium *Melissa* lib. 2. c. 79, Maximum in *Collectan.* c. 63. & Stobzum in tribus locis, apud quem fabulæ nomen *Sclerius* esse J. Casaubonum ad Athenæum l. 3. c. 4. spisso nimis errore autumare observat. Certe Colomesio, ut hoc nos addamus, favet etiam Photius, qui Cod. CLXVII autorum, e quibus sua Stobæus congestit, texens catalogum, Poetas inter tale aliquod nomen habet; licet apud ipsum non *Σκληρίας*, sed *Σκληρίος* legatur. Jam alium Vossii errorem, quem Colomesius ipsi impingit, liceat observare. Ille in Hist. Græc. p. 232. Athenæi Naucratis scripta recensens, cum de Syriæ Regibus librum consignasse tradit, idque patere ex Deipnosoph. lib. 5. ait. Verum loco illo non de se loqui Athenæum Colomesius existimat, sed de alio Athenæo, quem *Ἰθαίων* suum vocet, quive idem forte sit cum illo, cujus fragmentum de Semiramide affert Diodorus Siculus lib. 2. Verum factum, non satis videri evidens argumentum, quo lapsus hujus Vossius arguitur. Si recte enim capimus Colomesium, Naucratis Athenæi non esse de Regibus Syriæ librum ideo statuit, quod ipse de ejus autore l. c. tanquam de alio loquatur. Ast expendendum id erat, non Athenæum ibi, sed aliquem Deipnosophistarum loquentem induci, qui proinde non poterat non ipsum illum Naucratis Athenæum, tanquam a se loquente diversum suumve *Ἰθαίων*, observato orationis *πρὸς Ἰθαίων* allegare. Præterea quomodo *Ἰθαίων* suum appellare potuerit Athenæum Diodoro Siculo allegatum, adeoque eo antiquiorem, aliquot seculis Diodoro junior Athenæus Naucratis, non capimus; ut adeo non omnino certa hæc Colomesii conjectura videatur. Probabilior forte illa est, qua pro *Philocro* Poeta, qui allegatur apud Fulgentium l. 1. Mytholog. (ubi *Philistion Locrus* restituit Vossius,) *Philochorum* ponendum esse arbitratur. Plura hujusmodi annotare liceret, sed instituti memores, quod specimen dare, non librum exscribere erat, finem facimus, ubi id saltem prius monuerimus, mentionem alicubi in his notis facere Colomesium observationum Josephi Scaligeri in *Peruigilium Veneris*, quas ex autographo ejus a Sarravio descriptas ipse habuit, editurus eas, nisi præmature fato nobis ereptus fuisset,

P. 420.

P. 434.

P. 507.

SAMUELIS DE PUFENDORF, DE REBUS GESTIS FRIDERICI WILHELMI MAGNI, Electoris Brandenburgici, Commentariorum. Libri novendecim.

Berolini, apud Jer. Schrey & Haeredes H. I. Meyeri, 1695. in fol.

Alphab. 18. plag. 18.

Cum diu ab Orbe Erudito desideratos Commentarios hosce in lucem tandem publicam prodiiſſe, anni superioris menſe Octobri pag. 488 obnuntiaſſemus, conſtitutum tunc nobis erat piusculum recenſendis iis impendere ſtudii, ut juſtam totius operis ideam Acta Eruditorum noſtra repræſentarent. Jamque plus vice ſimplici laborem huic tentaveramus, cum poſtremo ipſa rerum in vaſtis hiſce commentationibus obviarum amplitudo & varietas, quam complecti compendio velle inanis opera videbatur, ab eo nos inſtituto dimoveret. Neque id adeo mirabitur, qui reputare animo ſecum velit, quadraginta & octo annorum regimine, diuturno certe & quale pauciſſimis Principum obtingit, Heroem noſtrum, cujus res geſtæ lauculo hoc opere enarrantur, perfunctum fuiſſe, quippe quod ſeculi hujus anno quadregimo, tenui quidem & incipiti tum Marchiæ Brandenburgicæ ſtatu auſpicatus eſt, nec niſi anno octogefimo octavo, poſtquam non eluctatus ſolum dudum ex innumeris difficultatibus, ſed & Majorum ſuorum decora, parva auctoritate ſumma & ditionibus inſigni acceſſione dilatatis, longe ſupergreſſus eſſet, cum vita ipſa depoſuit: quique porro memoria recollere ſuſtinuerit, quam multis quamque atrocibus bellis conquaſſata iſto temporis intervallo Europa fuerit, quibus vel ob ſolum regionum ſuarum, a Lithuania nempe ad Belgii uſque limites præſectarum ſitum, non potuit non immiſceri Sereniſſimus Princeps, jam has, jam adverſas partes, prout rationum momenta poſtulabant, ſecutus. Ut adeo dimidiū fere ſeculi exacta Hiſtoria, nec ea Brandenburgicarum ditionum circumſcripta finibus, ſed catholica velut & per Europam omnem diſfuſa hiſ Commentariis contineatur, quam in epitomen inſtituti noſtri legibus convenientem quis redigar? Neque eſt, ut quam accurate, quamque ornate eam illuſtris Auctor compoſuerit, nos quidem hoc loco definiamus. Præterquam enim, quod de hiſ talibus ut plurimum Lectoribus judicium relinquimus integrum, quotuſque eſt, qui non vel ex levi operis inſpectione ſtyli elegantiam venuſta-

nustatemq; , qualem tot alia Pufendorffii scripta spirant, passim agnoscat, facileq; insuper deprehendat, præter rerum gestarum seriem atque circumstantias eventumque , quibus enarrandis plerorumque Historiographorum consumi solet industria, id præcipue curæ habuisse celeberrimum Auctorem, ut ubivis consiliorum datorum captorumque momenta, & quo collimatum revera in gravissimis negotiis quoq; cum successu fuerit, aperiret, Historicumque adeo πολιτικώτερον , quam quisquam ante eum alius fuit, se exhiberet: id quod hic illic magis fortasse præstitit dilucide, quam velint, qui id genus mysteria arcanis Principum penetralibus ac sacrariis coercenda, non propalanda in vulgus contendunt. Ne tamen nihil plane ex amplissimo hoc opere derivatum in hæc Acta nostra videatur, ipsa Pufendorffii verba, quibus FRIDERICI WILHELMI MAGNI characterem, corporisq; formam ac animi indolem expressit, huc transcribere non pigrabimur. Ita vero hæc libro ultimo §. 104. se habent:

Ex ejus vultu primo statim intuitu aliquid relucebat, unde statim heroem agnosceres. Majestas venerationem provocare apta, sed quam luculenta bonitati stricatura temperabant, ut non minus amoris conciperes. Unde & quantumvis saepe velut exuta magnitudine admodum familiariter suis sese dispensaret; his tamen modestia semper salva persistebat, ne ejus humanitate abuterentur. Corpus torosum, agile, tractandum armis, ac tolerandis belli laboribus validum. Tum & id militare, quod delicatio cibus non delectaretur, sed solidis, simplicibus, ac domesticis gauderet. Vinum copiosius ferre magis poterat, quam affectabat; nec largiorem invitationem admittebat, nisi ubi illa ex moribus seculi, & nationis inser officia esset. A natura sortitus fuerat ingenium alacre, capacissimum, judicium rectum, magnam memoria vim. Cultura juvenilibus annis non adeo felix contigerat ob turbulentiam temporum, & quia non deerant, qui optarent, tam vividum animum inter ignorantiam obtundi. Pepererat sibi tamen proprio magis quam alieno instinctu Latina lingua notitiam, ut intelligeret. Gallica, ac Belgica lingua frequens usus erat. Historia recentioris cum primis multa cognitio; architectonica civilis, ac militaris, bonorum & exquisitorum librorum, numismatum, picturarum, sculpturarum exquisitus intellectus. Plurimarum præterea rerum notitia e colloquiis cum varia sortis hominibus collecta. Nam mira isti erat affabilitas, per quam undequaque adven-

tantes ad differendum provocabat de rebus, quæ ad cuiusque captum orant. Præcipue ditionum suarum conditionem, & quid quovis loco proveniret, exactè callebat; quod moris ipsi esset, ubi quis e quacunque provincia accessisset, eum & quacunque transfret, aut diversaretur, de omnibus ad eum locum spectantibus exquirere. Sic ut nihil eorum, queis proventus regionum constat, quæque adeo ad rem œconomicam faciunt, ipsum fugeret. Unde & non solos militares viros, sed & patrum artibus, & quacunque utili ac egregia facultate pollebentes æstimabat. Omnia porro, quæ ad ipsum referebantur, cognoscere cura erat, ne quid injuste, aut imprudenter decerneret: nec unquam multitudinis rerum, quam tanta molis administratio pariebat, protolari, aut expedienda in longum rejicere solebat. In universum autem tanta cupidine cuncta penitus cognoscendi flagrabat, ut quoties ipsi litera adferebantur, id quod quotidie ferebat, earum prælectioni sæpe ultra tres, quatuorve horas continuas vacaret, nec ullis recreationum Principibus solitarium illecebris, nec acervimis morbi articularis doloribus, quibus ingravescente ætate sapius infestabatur, inde avelli posset. Cum exteris agenti solida prudentia miram gratiam adsperebat digna Principe eloquentia. Ante omnia sincera in Deum pietas cum exacta publici cultus observantia. Circa tuendam Protestantium religionem sollicita cura, quam etiam apud alios, quacunque poterat, protegere ac fovere studebat. Inter ipsos autem Protestantès qua agitantur dissidia, uti convenienti ac placido modo componi quam maxime in votis erat: ita cum plerosque cives sortitus esset, a quibus ipse circa quadam fidei capita dissentiebat, hanc eo sese omnes pari amore prosequeretur, ac fovebat, ac nullo discrimine ministeriis suis admovebat, prout quisque quam maxime idoneus erat. Quin nec illi, qui Romanos ritus sequuntur, iniquior erat, quos nec ipse ulla molestia afficiebat, nec ab aliis affici patiebatur, eosque bonis ac juribus suis liberrime gaudere permittebat. At uti ipse ab omni ratione abhorrebat, ob diversam religionem aliquem odisse, aut minoris æstimare, quam plerique non propria electione, sed per ipsos natales sortimur; ita nefas ducebat ob humanos respectus eam mutare, ac multo magis per vim, aut illecebras religioni Christiane ignoratas ad idem aliquem compellere. Et quia ad propagandam pietatem, animique culturam schola cumprimis faciunt, earum in sua ditione insignem curam habuit, ac Francosuranam Academicam, & eam qua Regiomonte est, præclaro reddituum augmento ma-

David:

*Mare: simul Duisburgi ad Rhenum novam instituit, dotavitque, quam
 olim Wilhelmus Clivii Ducis molitus fuerat, sed ubi ingruens bellum Bel-
 gicum omiserat. Præterea confirmata diuturno regimine prudentia, &
 exactissimum iudicium; ac si quando anticipi negotio Consilium in diver-
 sas sententias discedebat; ipse velut virgula divina ductus eligebat, quam
 optimam fuisse eventus postea comprobavit. Nec tamen ideo omnia suo
 ex arbitrio agere, aut quæ semel in mentem venerant, iis perniciter
 inbarere; sed & aliorum sententias libenter audire, & quæ rationibus
 prævalebant sequi. Justitia incorruptum studium, & uti innocentes ab
 oppressione vindicasse cordi erat; ita in noxios debita severitas, nile cru-
 delitate trahens; aut velut a supplicii voluptas quæreretur. Fortitudi-
 nem memorare superfluum fuerit, quam tot expeditionibus tati orbi ad-
 probavit. Nec tamen inconsulta in periculum ruendi libido; & quæ vi
 pervincere hant dabatur, necessitati cedere hant indecorum habebatur.
 Ingenii quoque animi magnitudo, quæ per totum regiminis ætatem elu-
 xit; ac uti inanis fastus procul aberat; ita debitam dignitatem afferuisse
 omnium studium sedebat, quod nec metus, nec segnior quæ respectus un-
 quam inflexit. Sane nemo sui ordinis Electorate fastigium diligentius
 unquam vindicavit. In vivendi paratu splendor citra luxum, nec ultra
 rediitum modum; ac præpostera magnificentia habebatur, quam op-
 presso civium, aut æs alienum consequeretur. Nec minus egregia ma-
 gnificentiæ, ac ut ministeria sibi exhibita quantum dabatur liberalissime
 remuneraret, ac ut neminem penitenter præclare fecisse: ut tamen in pro-
 fusionem hant aberraretur. Faciles præterea accessus etiam inferioris
 sortis hominibus, ac obvia humanitas, ut vix quispiam tristis ab ejus
 sermone discederet. Inter tot eminentes virtutes facile venia dari poterat
 subita bilis effervescentiæ, in quam per temperamentum proclivior
 erat; sed quæ ultra asperiora verba hant procedebat, ac mox ita detu-
 mebat, ut nullum in animo vestigium reliquisse reperiretur. Non defue-
 runt, qui parum constantem, ac desultoriam fere consilium gaudentem ar-
 guerunt. Sed quæ criminatiõne facile tam absolvunt, qui tempora, quibus
 vixit, ac provinciarum, quæ imperavit positum curatius considera-
 rant. Unicus illi, isque perpetuus omnium consiliorum, & actionum scopus
 fuit solus tam propria Domus, & ditionis, tam communis patriæ
 quarum utriusque cum a variis varia pericula crearentur, pro indole cu-
 jusque consilia fuerit opponenda. Et cuius tam late diffusa provinciæ tot vi-*

cinis, amulis fere, aut infestis cinctæ possidentur, ei non magis integrum est uniformem semper agendi viam scitari, quam directum semper cursum secare gubernatori, qui scopulis obsitum pelagus inter instabiles vaqtos navigat. Id quod facile agnoscent, qui singularum mutationum, quæ in istius altis occurrunt, occasiones, atque causas rite scrutaverint.

Unicum superest, de quo Lectorem Benevolum admonere se duximus, Auctorem, in plerisque prolixam satis ac copiosum (unde in duo sat spissa volumina opus excrevit.) paucis tantum verbis matrimonium Electoris cum Ludovica Friderici Henrici Arausionensis Principis primogenita filia, per quod fundamenta jacta sunt arduissime illius amicitie ac necessitudinis, quæ Potentissimo hoc tempore Brandenburgico Electori FRIDERICO III, cujus auspiciis ac sumptibus Commentarios hosce, velut perenne paternæ memoriæ monumentum debemus, cum Magnæ Britanniæ Augustissimo Rege GEORGIO III intercedit, attingisse. Qui tamen, si quis est, defectus ex Leonis ab Aizema libro vigesimo sexto de Negotiis Status & Belli (*Saken van Straet en Oorlog, in ende omtrent de vereenigde Nederlanden*) quo & ipsa pacta dotalitia exhibentur, suppleri utcunque poterit.

Herrn Haubolds von Milditz / auf Scharffenberg / Kroppen und Scherau x. Leben und Sterben der Kinder Gottes.

Hoc est:

HAUBOLDI A MILDITZ, DYNASTAE IN SCHARFENBERG, Kroppen & Scherau, Serenissimi Electoris Saxoniae Consiliiarî intimi, Circuli Misnensis Praefecti supremi & redituum publicorum Directoris, VITA & MORS FILIORVM DEI, ad ductum

Col. III, 3. 4. delineata.

Lipsiæ, impensis Martini Theodori Heybey, 1696. in 8.

Constat Alphab. 2. & plag. 7.

INTER tot alios meritis de republica, & patria imprimis nostra vros eminentes, non aliter ac præfulgidum quoddam sidus emicuit paucis abhinc annis Vir illustris, HAUBOLDVS A MILDITZ, Potentissimi Electoris nostri Consiliiarius intimus. De cujus virtutibus rebusque præclare & feliciter gestis qui commentari velit, eas non compendiosius atque succinctius exponere, nec ad vivum magis delineare possit,

posset, quam istis verbis, quibus *Vellejum Paterculum* de Tib. Graccho loquentem uti meminimus; fuisse nempe *virum vita innocentissimum, ingenio florentissimum, proposito sanctissimum, tantis denique adornatum virtutibus, quantas perfecta & natura & industria mortalis conditio recipit*. Addimus vero duas potissimum in ipso excelluisse virtutes, quæ omnibus mirum in modum se approbaverunt; primum charitatem erga patriam, quæ tam impense flagravit, ut facile pateret omnibus, utilitatibus ejusdem & incremento ipsum postposuisse omnia; id quod testantur gravissimæ functiones, quibus per annos quadraginta quinque admirabili fide & incredibili dexteritate præfuit: deinde pietatem finceram, ærdentemque erga Deum amorem, quæ utique eo magis in personis illustri loco positis æstimanda sunt, quo magis in animis hominum exolescere vulgo animadvertimus. Enim vero quibus cogitationibus omnium maxime delectatus fuerit Generosissimus *Mildizius*, documento esse possunt Meletemata hæc sacra, quæ ipse in locum illustrem Pauli *Col. III, 2. 3.* instituit, quæque nunc ab Hæredibus illustribus typis evulgantur in publicum. Hinc enim occasionem nactus *Vir devotissimus*, capita quædam Christianismi primaria pie, solide & eleganter pertractat; ostendens nempe *moriendum* in hoc mundo Christianis esse morti naturali, spiritali, & æternæ; porro peccato, legi, mundo, & sibi ipsis: ulterius ebrietati, securitati, scortationibus, impatientiæ, pusillanimitati, voluntati propriæ; sic iræ, avaritiæ, superbiam, imo omnibus denique peccatis. Et ita quidem conditionem Christianorum esse absconditam in mundo, tum coram mundo, tum coram ipsis piis. Sed in altero seculo manifestatum iri Christum, & cum ipso Christianos; idque coram Christo, angelis, beatis omnibus, impiis etiam & diabolo. Quibus certe capitibus quis ea contineri ambigat, quibus quæ circa mores versantur, absolvuntur officia Christiani hominis?

Sed quæ in egregio libro exhibeantur, veluti in summa edocet luculentissima *Prefatio*, qua *Vir summe reverendus* deque Ecclesia Christi meritisimus SAMVEL BENEDICTVS CARPZOVIVS, Serenissimi Electoris Saxonici Concionator Auslicus primarius & Consiliarius Ecclesiasticus, eundem munivit pariter & exornavit; ex qua hæud incongruum erit pauca excerptisse. Explicaturus nempe Pauli dictum *Rom. II, 24. Spe salvati sumus*, annotat primum, Apostolum, cum
antea

antea dixisset, creaturam, irrationalem nempe (nam de ista sermonem esse, non de hominibus, exin manifestum ait, quia mali homines inviti & præter voluntatem suam, quod de creatura asseritur, vanitati non sunt obnoxii; pii autem creaturæ illi opponantur) anhelare libertatem filiorum Dei, nunc pergere, & adhortari pios, ut id multo magis ab ipsis fiat, addita hac ratione, quoniam *spe salvi facti sumus*. Ubi vox *ἐσθ' ἡμῶν* adhibita legatur, quæ licet alias de liberatione corporali occurrat, hoc loco tamen de liberatione æternum nos exhilaratura accipienda sit, Hoc vero cum non de acquisitione, sed de applicatione salutis intelligat Apostolus, mirum id alicui videri possit, reputanti quæ calamitates eos in mundo mancant, qui Christum sequuntur, & de quibus Paulus alibi pronuntiat, *si in hac solam vitam in Christum sperens, fore miserissimos*. Sed hic accurate monstrat Vir summe reverendus, duplicem esse beatitudinem, aliam gratiæ, alteram gloriæ; quæ duas beatitudinis species ex beatissimis Theologis nostris, Höpfnero, Jo. Oleario, Jo. Benedicto Carpzovio patre, & Balduino adstruit, ne nova res adferri videatur. Beatitudinem gratiæ vita spirituali, adoptione nostra in filios Dei, amore Dei paterno, exauditione precum, & spe hereditatis æternæ absolvi: hanc excipere alteram, in vita æterna, quæ quidem sit fidei finis, ut prior ejus constituit objectum. Jam cum queratur, de quæ beatitudine Paulo sermo sit, an gratiæ an vero gloriæ; adjunctum verbum *spe* ad beatitudinem olim a nobis obtinendam nos amandare, ad stipulantibus huic interpretationi verbi etiam sequentibus. Si aliquis quærendo instare velit, quid ergo significet, *spe salvari*, sciendum, non præter bi hic novum salutis medium, quod aliquibus ex Pontificiis ardeat, neque per spem fidem intelligi, veluti cum Chrysofomo sentiant alii; sed potius verbis iis describi statum *salvandum*, & istud dicere velle Apostolum, possidere nos spe futuram salutem; non tantum habere nos præsentem beatitudinem per fidem, sed quia fides & futurum apprehendat, cui spes innitatur nostra, & spe ista nos salvos esse, Quæ quidem in opere ipso latius & exquisitius deduci innuit,

*HISTORIA MUSICA, NELLA QUALE SI HA PIENA CO-
gnizione della Teorica, & della Pratica antica della Musica
Harmonica &c.*

Hoc

Hoc est:

Historia Musica, in quae datur plena cognitio Theoriae & Praxeos antiquae Musicae Harmonicae, secundum doctrinam Graecorum, qui eam ante diluuium inventam a Jubal, & denuo repertam a Mercurio restituerunt pristinae suae dignitati; & quomodo ex Theoria & Praxi antiqua postea nata sit Praxis moderna, quae complectitur Scientiam Contrapuncti. Auctore JOHANNI ANDREA ANGELINO BONTEMPO, Perusino.

Perusia, typis Constantini, A. 1695, in fol. Plag. 73.

Quamvis bene multos reperias ex recentioribus, qui de Musica Harmonica sunt commentati, paucissimi tamen in hoc argumento feliciter versati fuerunt, suis scilicet ducti conjecturis potius, quam veteres sacati Musicae principes, quorum septem scripta emendatissima edidit Vir Graece & Latine doctissimus, Marcus Meibomius. Ne ergo in eundem offenderet lapidem, hos sibi duces unicos elegit in Historia Musica, quam Auctoris nobilissimi dono, curae vero celeberrimi Magistri bechii debemus, scribenda Dn. *Joh. Andreas Angelini Bontempo*, Perusini, quem tum ob artis Musicae praestantiam, tum ingenii elegantiae doctrinam, gratia Serenissimi quondam ac Potentissimi Saxoniae Electoris *Job. Georgii II* floruisse, choro musico aulico praefectum, meminimus. Comprehendit autem Historiam Theoriae Musicae antiquae; duabus partibus, totidemque partibus Historiam Praxeos Musicae antiquae; reliquis autem duabus tradit Historiam Praxeos recentioris, ita quidem, ut appareat nihil eum dedisse suis conjecturis, sed quae in auctoribus, quos copiose allegat, confusa reperit, redegisse in ordinem, & obscura illustrasse.

In prima ergo parte Historia Theoria Musica antiqua agitur de Musica generatim, superiore nempe seu divina, & inferiore, quae dividitur in mundanam, humanam, politica, rhythmicam, metricam & harmonicam; praecipue vero de ultimo ejus genere disquisitur, referturque quomodo inventum sensimque auctum & ad certa systemata revocatum fuerit. In secunda parte exponitur de septem partibus seriei modulatae, sono nempe, intervallis, generibus, systematis, tonis seu modis, commutatione & melopoeia. In Historia autem Praxeos antiquae primam afferantur regulae Aristoxeni ad eam pertinentes; deinde vere

H h

quis

quis ab A. C. 370 usque ad Guidonem Aretinum, qui circa A. C. 1049 floruit, Musices fuerit status, qualesque regulæ in ecclesiasticis hymnis observatz, narratur. Sequitur *Historia praxis recentioris*, cujus parte prima Guidonis inventa, altera ipsam Contrapuncti scientiam explicat, prout a Joh. Muri, Parisini, ætate adhuc usque tempora locupletata fuit, explicat, ita ut agatur de figuris, gradibus, proportionibus, contrapuncto simplici & florido. Distinxit quoque clarissimus Auctor hoc opus adnotationibus, quas Corollaria vocat, in quibus de rebus dubiis sententiam suam modeste proponit, errores Musicorum recentiorum, imprimis Zarlini, coarguit, alique ad hoc argumentum spectantia affert, quæ non poterunt non philomusis esse jucunda & proficua, cum profecta sint a Viro, qui sub Virgilio Mazochio, Musices in templo Vaticano summo præfecto, tyrocinia olim posuit, omnemque artem in hac arte contrivit, eamque lectione scriptorum optimorum, & consuetudine quotidiana artificum celeberrimorum, quibus Italia illustratur, mirifice auxit. His ergo ut salivam moveamus, pauca more solito dabimus excerpta. *Part. 1. Theor. Mus. Coroll. 9*, conjectura traditur, tres nervos in testudine arefacta, qua reperta Mercurius lyram excogitasse fertur, habuisse tonos E, F, G, in genere diatonico, ita ut primum intervallum hemitonii, alterum toni fuerit. *Corollario 13*, quod de ponderum a Pythagora ex chordis consonantibus suspensionum proportionibus referunt Nicomachus, Gaudentius & Boethius, ab experientia refelli, testimonio Galilæi probatur. *Coroll. 18* ostenditur, ipsam naturam auctorem esse generis diatonici, quia lyra Pythagoræ ex heptoniis & tonis constans componitur ex tetrachordia, quæ similia tetrachordis lyre Terpandri, hæc autem derivatur ex lyra Mercurii, quæ ex nervis testudinis traxit originem. *Coroll. 15*, nec non alibi passim, confirmatur, antiquis non fuisse cognitam illam canendi rationem, qua plures sibi voces consonant. *Parte secunda Histor. Theor. Mus. Coroll. 10* monetur, inter consonantias, quæ intervallum diapason transcendent, quamvis olim non fuerint admittæ nisi dia pason & dia tessaron, atque dia pason & dia pente, nostro tempore posse quoque admitti dia pason & hemiditonum, dia pason & dionum, dia pason & hexachordum minus, dia pason & hexachordum majus, cum intervalla illa sint consonantia reddita in systemate, cuius hodie viger usus, quodque temperatum vel participatum dici solet, cum particeps sit tum anti-

antiqui systematis syntoni, tum systematis syntoni reformati a Didymo, quod Ptolemæo vulgo tribuitur. *Coroll. 13* ostenditur, Zarlinius perperam habere systema Ptolemæi pro systemate modulationum nostro tempore usitato, probaturque, differentias quæ inter systematû syntona intercedunt esse quosdam intervalla, quæ sensu percipi nequeant, cum experientia constat, in Musica harmonica neque integrum comma posse auditu sentiri, necum ejus partes minimas. *Coroll. 16* corriguntur nuperi, qui apud Boethium in systemate Chromatico corrupti reperiuntur. *Coroll. 21* celeberrimus Auctor a clarissimo Meibomio dissentiens statuit, Enharmonicis sextatones dia tessaron enharmonicam in duas divisisse partes, quarum priorem duæ dieses, posteriorem ditonus efficiant, illosque reprehendit, qui in doctrinam contrapuncti rationes enharmonicas introduxerunt, cum tamen a voce humanæ sonus medius spissi enharmonici exprimi non possit, & hac occasione Balthazaris Ferni, civis sui, symphoniacique exquisitissimi elogia repetit. *Coroll. 31* dia pente illa dicitur esse consonantis, ex qua facile possit de contrapuncti peritia ferri judicium, cum soni nonnulli magis ament comitem sextam, quam quintam, docenturque non pauca ad hanc remfacientia. *Coroll. 32* ratio cur situs naturalis dia pente sit infra dia tessaron, non supra illam, hæc redditur, quia illum situm referunt numeri 6, 9, 12, in proportione arithmetica naturali constituti, hunc numeri 6, 8, 12, harmonicam servantes proportionem, quæ artificialis est. *Coroll. 54* improbatum illorum sententia, qui transitum a modo Musico uno ad alium sensum fieri debere præcipiunt. In *Histor. Prax. antiqu. part. 1, Coroll. 5*, non adprobatur axioma Aristoxeni sine ulla exceptione, quod in chromatico & enharmonico genere omnis sonus spissi debeat esse particeps. *Coroll. 13* denuo illi reprehenduntur, qui contrapunctum enharmonicum constituere voluerunt, moneturque, errores a Kircherio in Musurgia commissos, quamvis Romæ impressa fuerit, non tribuendos viris celeberrimis, qui eo tempore Romæ vixerunt, vanumque esse hinc exortum clarissimi Meibomii metum, fore ut barbaries ex Italia, politissimæ gentis sede, in omnem Europam diffundatur. *Coroll. 2, part. 1, Histor. Prax. recent.* docetur, tolli posse difficultatem, quæ in mutatione vocum tyrones fatigat, si more Græcorum quatuor tantum assumantur, nempe Mi, Fa, Sol, La, & in cantu pariter duro & molli Fa, Sol, La, adhibeantur, in duro autem syllaba

Mi tribuatur clavi (\square) Parameses, & syllaba Fa clavi (b) trites systema-
menon in cantu mollis. *Coroll. 4* systema participatum, omnia inter-
valla exceptis diapason & apotome, irrationalis habere ostenditur, sy-
stemaque syntonum a Zarline excogitatum nullius esse usus. *Coroll. 5*
distinctio toni in majorem & minorem, item hemitonii in majus &
minus, Mathematico relinquenda censetur, Aristoxenusque hoc dis-
crimen negligens defenditur. *Coroll. 7* affertur compendium libri, La-
tina quondam lingua ab Auctore in Germania edita, in quo docuit,
quemodo Mathematici possint in usus suos convertere quasdam oc-
cultas convenientias, quæ in intervallis diatonicis reperiuntur, earum-
que ope construere compositionem diatonicam quatuor vocum. *Parte*
a Hist. Prax. recent. Coroll. 5 syncope vocabulum ex Medicina in Mu-
sicam translatum explicatur. *Coroll. 8* Joh. Maria Bononcini doctrina
de mensuris sub censuram vocatur. *Coroll. 10*, an & curdæ quin-
tæ, & qua cum cautela possint admitti, disputatur. *Coroll. 13* ratio,
cur sexta major octavam, minor quintam requirat, exponitur.

*LA NATURA DELLA PROPORZIONE, ET DELLA PRO-
porzionalita, con nuovo, facile & sicuro metodo spiegata, da ANGELO
MARCHETTI, Accademico dell' Arcadia di Roma, & dal medesimo
dedicata al Serenissimo COSMO III, Gran Duca
di Toscana.*

Hoc est:

**Natura rationis & proportionis, nova, facili & segura
methodo explicata ab Angelo Marchetti &c.**

Pistoriæ, e typographia Stephani Gatti, 1695, in 4. Plag. 14.

DE ratione & proportionem quamvis præclara Euclidés tradiderit, fue-
re tamén inter præcipuos Geometras hujus seculi, qui haud pauca
in methodo, quâ in his docendis usus est, desiderarunt, ut vel ex Borelli
& Barrövii, Euclidis hyperaspistæ, scriptis est manifestum. Neque et-
iam recentiores clarissimo Viro Angelo de Marchettis ita rem omnem
peregisse visi sunt, ut mens veri indagandi avida plane possit in eorum
dictis conquiescere. Quapropter diligentem navavit operam, ut in
præsenti scripto, ejus per illustrem *Magliabechium* copiam nobis fa-
cere dignatus est, primaria de ratione & proportionem Theoremata co-
cum

cum rigore demonstraret, qui in Mathematicis scientiis requirunt. In prima igitur ejus parte rationes affert, cur rejiciat ea, quæ in hoc argumento ab aliis scripta sunt Geometris; in secunda vero ipsam propositionum huc pertinentium setlem cum demonstrationibus proponit. In eo ergo peccasse ipsi videntur plerique scriptores, quodea etiam definire & demonstrare susceperint, quæ per se manifesta sunt, nulliusque definitionis aut demonstrationis egent; contenditque frustra defini v. g. æqualitatem & inæqualitatem rationum, quoniam rationes sunt relationes quantitatem veram habentes, perinde ut anguli, quorum, licet & ipsi relationes sint, unus altero major dicitur. Quemadmodum ergo in doctrina de angulis, neque Euclides, neque alius quisquam Geometra definitionem æqualitatis aut inæqualitatis angulorum seorsim tradit, sed eam, quæ communis est omnibus quantitatis speciebus, supponit: ita quoque in doctrina de ratione & proportione, idem faciendum censet, cum alias definitiones exoriantur definitis obscuriores. Id vero ut ostendat, Euclidis dogmata primum, deinde vero ea, quæ Borrellius habet in *Euclide restituo*, ad examen revocat. Porro illius quoque definitionis, in qua ratio composita per multiplicationem componentium a quibusdam describitur, nec non eorum, quæ de hac re a Theone tradita sunt, censuram agit, & hæc occasione refert, novam libri primi *Almagesti* Ptolomei cum Theonis commentario versionem concinnatam fuisse a doctissimo Hiberno, Georgio Fleming, eamque notis clarissimi sui Parentis ornatam, ad editionem esse paratam. Occurrit etiam objectioni, qua in dubium vocari posset, quod dictum est, rationes esse veras quantitates. Cum enim in quantitatibus veris totum semper minus sit parte, ex qua componitur, contrarium videtur evenire in compositione rationum, ubi composita ratio minor quandoque est componente. Ostendit ergo, nihil hic accidere peculiare, quod non competat quoque numeris positivis & privativis, ut ex *Algebra* primo *Algebraico* notum, quibus respondent rationes excedentes (majoris inæqualitatis) & deficientes (minoris inæqualitatis) Secunda pars constat ex definit. 31, axiomat. 15, & propositionibus 25, in quibus non solum Euclidæ primariæ, (cum demonstratione lib. 5, def. sexta, octava, & conversæ octava) sed etiam Pappi, Campani & Borrelli propositiones quædam perutiles comparant.

D. BENEDICTI BAGGHINI DE SISTRIS EORUMQUE
figuris Dissertatio, edente JAC. TOLLIO.

Trajecti ad Rhenum, apud Franc. Halma, 1698. in 4.

Plagula 5. & lamina znea.

In Tineris Italici, quod peculiari narratione se expositorum esse premi-
sit Jac. Tollius, cujus initium sub prelo fervens indicat, fructum hunc
percipimus, quod Dissertatio hæc a clarissimo Bacchino Parmæ edita,
sed quæ ad exteriorum vix conspectum pervenit, quinquaginta modo
ejus exemplaribus excusis, plurimum oculis & notitiæ nunc patet, ve-
nuste in Belgio recusa. Iliacæ superstitionis monumentum ea exhibet,
& delineatas oculis Lectorû objicit varias sistrorum figuras, angulifor-
mia, ovalia, varie manubriata, loco exornata; ut omnino unius gene-
ris formam omnia habuisse, quod Hier. Bossius existimasse videtur, non
consensendum sit. Is enim in tractatu de Sistris ita istud describit: *est cry-
pitaculum ovale, ex arguti metalli lamina factum. cæcis apicibus superioribus
tribus insignitur figuris: una scilicet alari bustiana facies in medio posita;
altera Ifidis in dextro latere; tertia Nephelias in sinistro. In ima
vero sui parte manubrium habet; quod dum caventur, virgula qua-
rdam ex eodem metallo facta, & per lamina foratos transjecta, ad utroque
utrinque cuspidem laminam ipsam percussit, qua minor sonorum edit
tinnitum.* Hæc omnia examinat, & non omnia Sistris omnia convenire,
sed alium in modum alia efformata fuisse, ostendit Bacchinus. Neque
enim vultus istos semper supra mobiles virgulas fuisse collocatos; ne-
que seipsum omnibus impostam, sed Sphingem interdum, interdum tor-
torem, interdum humanam affigiem, aliquando & nudam emittisse Si-
strum demonstrat. Inde de propagatis Iliacorum mysteriis dissertit, ac
quam late Ifidis patuerit cultus, in quo Naturam parentem venerari
fuerint Gentiles, unde etiam tot ejus profluxerint cognamina, quæ vel
e Lib. XL Milesior. Apuleji innotescunt, docet. Iisdem ab Ægypto Ro-
manos, a Romanis Græcos accepisse, & cultum ejus apud Græcos it-
valuisset, cum Romæ jam diu viguisset, observat: nec sacra ejus cum
sacris Magnæ Deæ Matris seu Cybeles eadem profus fuisse conserta
an tamen, utraque tandem coalescerint, ambigit. Jac. Tollius in sub-
jecta Bacchini Dissertatione observatione, quatuor in Sistro virgulas
zneas, quatuor Elementorum harmoniam sonoro tinnitu significasse
con-

conjicit, ovalem figuram Chaos antiquorum adumbrasse, forte etiam quatuor anni tempestatum conversionem istis virgibus designatam fuisse, existimans. Idem in tabula aenea complures Sistrorum formas, e nummis & gazis illustratum hominum & doctorum virorum petitas, exhibet.

LIBRI NOVI.

- J**uliani Imperatoris Opera qua supersunt omnia, & S. Cyrilli contra impium Julianum Libri X, cum notis Dionysii Petavii & observationibus Eschscholii Spanhemii. Lipsiæ apud Jo. Lud. Glodisfch, 1696. in fol.
- T**hesaurus Antiquitatum Romanarum congestus a Jo. Georgio Grævio. Tomæ III & V. Trajecti ad Rhenum apud Fr. Halman & Lugd. Bat. apud P. Vander Aa, 1696. in fol.
- B**iblia sacra, sive Testamentum Vetus ac Novum, ex linguis Orientalibus in linguam Latinam translatum a Sebastiano Schenckio. Argentorati apud Jo. Frid. Spoor, 1696. in 4.
- A**rticularum Formula Concordia Repetitio, illustrata a Sebastiano Schenckio. Argentorati apud Josiam Stadel, 1696. in 4.
- J**ob. Schiltneri Codex Juris Alemannici Fœdalis. Argentorati apud I. R. Spoor, 1696. in 4.
- A**ntonii Van Dale Dissertationes de Origine ac Progressu Idololatriæ & Superstitionum: de vera & falsa Prophetia: de Divinationibus Idololatricis Judæorum. Amstelod. apud Henricum & viduam Theodori Boon, in 4.
- A**ntonii Bynæi de Jæso Christo Liber secundus. Amstel. apud Gerhards Boesiana, 1696. in 4.
- V**ervolg op't Voor-bef der Heydenen, door Salomon Van Til. Tot Dordrecht, by David Gortz, 1696. in 4.
- V**alerii Harporationis de Verbis Liber, cum notis Jacobi Gronovii. Accedit Diatribæ Henr. Stephani ad locos Isocrateos. Lugd. Bat. apud Fred. Haering, 1696. in 4.
- P**omponii Mela libri III de Siva Orbis, nummis antiquis & notis illustrati ab Jac. Gronovio. Lugd. Bat. apud Johannem Luchtmann, 1696. in 8.
- J**acobi Le Mortis Chymia vera nobilitas & utilitas &c. Operaque ejus omnia hucusque typis commissa. Lugd. Bat. apud G. Boutschery & F. Haering, 1696. in 4.

Epheme-

Ephemerides Persarum Latine versa & V. Commentariorum libris illustrata a Matth. Frid. Beckio. Augusta Vindel. apud Laurentium Krcniger & Th. Gobelii Haredes, 1696. in fol.

Jo. Jac. Manges Bibliotheca Medico-Practica. Tomus III. Geneva apud I. A. Chouet, 1696. in fol.

Antonii Matthai Manductio ad Jus Canonicum. Lugd. Bat. apud Fred. Haaring, 1696. in 8.

Yoma. Codex Talmudicus de Sacrificiis diei Expiationis, illustratus a Rob. Seringhamio. Accedit Jac. Rhesfordi Comparatio Expiationis Pontificis Maximi cum Expiatione JESU Christi. Francoera apud W. Bleck, 1696. in 8.

De Viva deque Mortua Fide Doctrina Jacobi Apostolicae voluta a Jac. Guffetio. Amstelod. apud Henricum & viduam Theodori Boom, 1696. 8.

Veritas Religio Catholica, suppositis Scripturae & Fide in Christum, evidenter demonstrata per A. R. P. Thyrsium Gonzalez, Praepositum generalem Societatis Jesu. Editio tertia. Insulis apud Fr. Fievet, 1696. 12.

Maurici Westwig de Ambitu antiquo & hodierno Liber. Bremae apud P. C. Saurman, 1696. in 8.

De l'Incredulité, ou l'on examine les motifs qui portent les incroyables à rejeter la Religion Chrétienne, & ou l'on en prouve directement la vérité. Par Jean Le Clerc. A Amsterdam chez H. Wetstein, 1696. 8.

Traité de la Conscience, par Mr. Baynoge. A Amsterdam chez P. Brunel, 1696. 8.

Les Devoirs des Hommes & des Citoyens suivant la Loi Naturelle. Ouvrage composé en Latin par Mr. le Baron de Sussendorff, & mis en François par Antoine Teisier. A Berlin chez R. Roger, 1696. 12.

Intra triduum publicabitur Sectio XI Tomi II Supplementorum, quam Sectio XII eaque Tomi II ultima propediem sequetur.

ERRATA.

In Actis A. 1691, pag. 80, lin. 7, lege: *instellie undecim ascensiones restat hoc ara decrescant, cum in reliquis crescant.* In Actis hujus anni pag. 167, lin. 3, 6, 8, pro *Antonio Augustino*, lege *Nicolaum Antonium*; pag. 174, lin. 22, pro *meritus*, lege *meriti*.

)o(

ACTA ERUDITORUM

publicata Lipsiæ

Calendis Junii, Anno M DC XCVI.

**JÖHANNIS WALLIS S. T. D. GEOMETRIÆ PROFESSORIS
Saviliani in Academia Oxoniensi Opera Mathe-
matica.**

Oxoniz ex Theatro Sheldoniano 1695. in fol. Alph. 21, plag. 13.

Cum celeberrimum *Wallisium* egregie de Mathesi meritum constet, paulo magis immorabimur recensendis ejus scriptis; licet pleraque hic simul edita jam dudum prodierint, & vel a nobis jam sint recensita, vel initia nostri laboris prævenerint.

Volumine primo continetur primum *Oratio inauguralis* in auditorio Geometrico habita A. 1649; ubi inter alia in Henrici Savilii Equitis nobilissimi, qui cathedram fundaverat, laudes expatiatur. Hunc ait Elizabetham Reginam in Græcis literis instituisse; Jacobi Regis jussu in versione Anglicana Sacri Codicis cum aliquot aliis magni nominis viris operam navasse; edidisse opera Chrysofomi, & Bradwardini librum de causa Dei contra Pelagianos ex manuscriptis exemplaribus in lucem protulisse: quemadmodum & Scriptores quidam Anglicanæ Historiæ veteres ei lucem debeant. Duas Mathematicarum cathedras (Geometricam & Astronomicam) fundavit, eisque leges posuit; quin & prælectionibus in Euclidis primordia flabitis cathedram suæ foundationis imbuere primum, infra dignitatem non putavit. Codices Græcos sua manu descriptos ex partibus transmarinis attulit. Annotationes in Apollonium, Eutocium, Ptolemæum scripsit, & in Scaligeri Geometrica animadversiones, aliaque id genus.

Primo inter libros Wallisianos loco ponitur *Opus Arithmeti-
cum*, sub titulo *Matheseos universalis*, ubi præter Philologica quædam

inspersa, calculi elementa explicat. Ait, non unitatem, sed nullitatem esse principium numerorum, ut punctum lineæ; unitatem vero ipsam met numerum esse. Multa habet non inelegantia de nominibus & notis numeralibus per literas: unde Saracenicis etiam, (Maximo Planudi Indicas) ex Græcis literis natas, post alios notat, refertque ex Pokockii ore, Alfépadi Arabem in commentariis ad elegantissimi poetæ Togrii poema Lamiatu' l Ajam dictum notasse, Indos de tribus inventis gloriari, ludo schachii, figuris numericis, & libro Golaila Wadamna dicto, qui fabulis Æsopicis ansam dederit. Notavit autem Erpenius, in quibusdam manuscriptis Arabum \emptyset significare nullitatem, & g quinarium, in aliis vero punctum crassiusculum pro nullitate poni, & \emptyset pro quinario. De decimali progressionem agens, distinguit gradus ascendentes, id est decades, centenarios &c. a descendentibus decimis, centesimis &c. Exponit deinde operationes seu 4 species tam in numeris quam in literis, & notat, cum aliquid apponitur mutato signo id subtrahi. Hinc minus in minus facere $+$. Demonstrat quoque hac occasione calculo literali decem primores propositiones libri secundi Euclidis, quippe quæ non dependent a Geometria. Geodesiæ quoque nonnulla exponit; deinde de differentiis & rationibus progressionemque Arithmetica & Geometrica, ac Logarithmis tractat, & quintum Euclidis elementum exponit. Ubi communicatum sibi a Pokockio locum supra dicti commentatoris Arabis in Togrii librum Arabice cum Latina versione inserit, de crescente in immensum Geometrica proportione; ubi & continetur, quod paulo ante de figuris numerorum ab Indis inventis diximus. Deinde regulas vulgares Arithmeticozum, auream (& ejus species, directam, reciprocam, compositam,) regulam societatis & alias, in integris & in fractionibus exhibet. Analytin autem & radicum doctrinam, ne opus nimium cresceret, non attigit. Huic operi appendicis loco accessit *adversus Marci Meibomii de Proportionibus Dialogum Tractatus Elementicus*. Nimirum Marcus Meibomius videns a multis rationem considerari, ut fractionem, cujus denominator antecedens sit, numerator vero consequens, adeoque duplo facto antecedente duplam fieri rationem, & Gregorium a S. Vincentio hinc etiam rationum rationem duxisse, graviter hanc doctrinam improbat & veteres ipsos in ea re lapsos putavit, Theonemque reprehendit, quod rationem sextuplam putavit esse triplæ duplam, cum talis

talisi ipsi noncupla potius videatur. Nam additionem rationis ad rationem vel compositionem rationum esse, cum ratio a ad c dicitur composita ex ratione a ad b & ratione b ad c ; minime vero cum ratio l ad n & ratio m ad n dicuntur componere rationem $l + m$ ad n . Sed rēvera non nisi de nomine hæc quæstio visa est Wallisio, qui & notavit, Euclidem, confusionis vitandæ gratia, sextuplam rationem dicere duplam (*διπλασον*) triplæ, quia 6 ad 1 fit duplum ipsius; 3 ad 1 ; sed noncuplam quæ fit ex ratione 9 ad 3 , & 3 ad 1 vocare *διπλασιον*, quod Latini reddunt duplicatam, ad distinctionem duplæ, verbi commodioris defectu. Addit Wallisius, etiam Auzotium Gallum (aliis postea Mathematicis speciminibus clarum) libellum contra Gregorium a S. Vincentio in eundem sensum composuisse, quem manuscriptum (neque enim prodit) legerit Ainscombe & non incommode refutarit. Cæterum Wallisius in dedicatione hujus contra Meibomium libelli ad Vice-Comitem Brounkerum narrat, quomodo parabola cubica sibi imposuerit specie diametrorum, & quomodo post Robervallii admonitionem diu non potuerit nodum solvere; donec detexerit, hanc curvam in vertice non rursus parabolæ Apollonianæ more descendere, sed potius flexu sursum factò ascendere. Annectitur & *Tractatus de Sectionibus Conicis nova Methodo expositis*. Ibi quamlibet sectionem separatim, tam in cono quam in plano explicat. In appendice tractat & de paraboloeide cubicali & ejus diametris; sed hæc postea retractavit, animadverso, ut diximus, diametros tales in paraboloeide cubicali non esse.

Hos tractatus excipit *Arithmetica infinitorum, sive nova Methodus inquirendi in curvilinearum quadraturam aliaque difficiliora Mathematicos problemata*. Ejus vis huc redit: Autor considerat summam numerorum naturalium seu progressionis Arithmeticæ, deinde summam quadratorum ab ipsis, deinde summam cuborum ab ipsis, & ita porro. Reperit autem, quanto minor assumitur unitas, seu quanto minus differunt termini, eo magis accedi in summa numerorum naturalium, quadratorum, cuborum &c. respectively ad secundam, tertiam, quartam &c. partem facti ex termino ultimo & numero terminorum: unde cum unitas fit infinite parva, seu cum termini repræsentant ordinatas figuræ, tunc summam horum terminorum, ut Cavalleriano more loquamur, id est aream figuræ, æquari parti dimidiæ, tertię, quartæ &c. rectanguli

rectanguli sub altitudine, quæ repræsentat numerum terminorum, & sub basi, quæ repræsentat terminum ultimum. Quod autem summæ numerorum dicto modo magis magisque accedant ad dictam partem, secundam, tertiam, quartam &c. probat in singulis per inductionem aliquosque productam, & ita non dat demonstrationem, ne quidem pro una serie separatim, v. g. pro quadratis, & multo minus pro omnibus simul. Equidem Ismael Bullialdus libro peculiari hoc conatus est supplere, & in serie naturalium, quadratorum, & paucorum aliorum rem universaliter demonstravit, pro unaquaque serie tantum separatim, sed non ostendit universaliter idem locum habiturum in seriebus sequentibus, præsertim pro ordinatis irrationalibus, ubi non æque bene licet inductione uti. Unde aliam dedere Geometræ per tangentes, quæ rem universaliter conficit. Et hæ quadraturæ etiam antea in Gallia Fermatio & Robervallio & Pascasio fuere notæ. Sed illud peculiare habet Wallisius, quod deinde procedens etiam ad Apotomas seu differentias inter duos ejusmodi terminos, harum vel ab ipsis potentiarum quadraturas quærit, & inductione ostendit, quomodo hinc etiam appropinquatio ad circuli quadraturam duci possit per seriei interpolationem. Hoc tamen habet imperfecti hæc methodus, quod in Apotomis istis earumque potentiis ipsa tantum inservit pro toto, non vero pro singulis partibus seu segmentis figuræ quadrandis. Itaque postea methodus per series infinitas fuit introducta, quæ expressiones dat magis universales. Cæterum quæ de ordinatis parallelis dicuntur, certo modo applicat etiam ad ordinatas ita collocatas ut radii crescentes vel decrescentes in spiralibus solent, paucisque designavit quæ doctissimus Geometra Stephanus de Angelis fufius peculiari postea libro explicuit, qui quosdam numeros Wallisianos reprehendit, in quibus tamen non erat methodi sed calculi error. Ex his patet, Arithmeticam infinitorum sensu Wallisii longe diversum significare ab Analyfi infinitorum, seu calculo differentiali, qui ita se habet ad illam, ut Analysis speciosa ad Arithmeticam. Adjicitur hic Eclipsis Solaris observatio Oxonii visæ Aug. 22. (styl. vet.) 1652, Hevelio inscripta.

Hæc excipiunt tractatus duo, prior de *Cycloïde*, posterior de *Cissoïde*, ubi & quædam de linearum *εὐθύγραμμων* & corporum *πλατυμεῶν*. Quoad Cycloïdem res ita habet. Pascalius dissimulato nomine Parisiis A. 1658 hoc problema proposuerat. Dato in Semicloïde (primaria)

ria) cujus vertex C, puncto quolibet Z ex quo ducta recta ZY basi parallela axem CY secet in Y; quaeritur dimensio spatii CZY ejusque centrum gravitatis, solidaque ejusdem CZY conversione tum circa ZY, tum circa CY genita, & horum solidorum centra gravitatis; quod si eadem solida plano per axem bifariam secentur, horum item semisolidorum quaeruntur centra gravitatis. Quorum quidem problematum solutionem a praestantissimis toto orbe Mathematicis supplicat postulat anonymus, proposito simul praemio in haec verba: quisquis superius proposita intra primum diem mensis Octobris anni 1658 solverit & demonstraverit, magnus erit nobis Apollo: et primus quidem consequetur valorem quadraginta duplorum aureorum Hispanicorum, quos ipsi Hispani dublones & Galli pistoles vocant, secundus vero viginti ejusmodi duplos aureos; si unus tantum solverit, sexaginta solus habebit. Additae sunt postea aliae conditiones, quibus postulabatur, rem intra praestitutum tempus instrumento publico Notarii Parisiensis Carcavio significari; pecunia autem apud Ducem de Liancourt fuit deposita. Sed cum tempus nimis coarctatum appareret, praesertim pro remotioribus locis, Wallisius noster, de praemio & formalitatibus minus sollicitus, rem ipsam transmisit. Etiam Lalovera ex Societate Jesu aliique solutiones dedere, praemium tamen ob temporis coarctati limites obtinuit nemo. Wallisio certe ne responsum quidem fuit; sed prodit dissertatio Gallica inscripta *Histoire de la Roulette*, in qua inventio lineae Cycloidis tribuitur Mersennio, dimensio spatii Cycloidis Robervallio; nonnulla Anonymus se supplivisse ait. Verum Itali multo probabilius Cycloidis primam inventionem Galilaeo, dimensionem Torricellio tribuere, qui saltem suam primus publicavit. Wallisius autem, videns se silentio praeteritum, sua ipsemet edidit. Interea Wrennus curvam Cycloidis in rectam extendit. Hugenius quoque quoddam segmentum Cycloidis absolute quadravit, & longo post tempore aliud Cycloidis segmentum a Leibnitio absolute fuit quadratum. Segmentum Hugenianum est, quod abscinditur recta ad axem ordinatim applicata per punctum transcurrente, quae a vertice abest quarta parte axis, aequale dimidio hexagono aequilatero intra circulum genitorem descripto. Leibnitianum est, quod abscinditur recta ducta a vertice ad punctum Cycloidis, cui occurrit recta basi parallela per recti generatoris centrum ducta, seu quae

a vertice abest dimidia axis parte; id enim invenit æquari dimidio quadrato radii circuli genitoris. Adjicitur Wrenni demonstratio de dimensione curvæ cycloidalis primariæ, qui & ostendit cycloides contractas & protractas ellipsium lineis æquari, idemque cycloides alterius generis circulo supra circumulum procedente descriptas Epicycloides appellavit. Additur deinde *Dissertatio Epistolariæ ad Hugenum de Cissoide*. Nam cum Hugenus tam totam figuram cissoidalem, quam ejus segmentum quodvis ad circuli ejusque segmentorum aream reduxisset, ostendit Wallisius idem, (sed tantum quoad totum spatium cycloidale, non vero quoad segmenta quæcunque) ex sua Methodo inductiva elici posse. Inde cum Hugenus significasset, Heuratum Batavum anno 1659 invenisse curvam paraboloidis, in qua ordinarum eubi sunt ut abscissarum quadrata, aliasque hujusmodi, posse absolute in rectas extendi; respondit Wallisius, Guilielmum Nelium Equicis Pauli filium jam idem præstitisse A. 1657, primumque omnium curvæ alicujus dimensionem invenisse. Notavit tamen Hugenus, & ipse Wrennus, Nelium tunc dimensum fuisse curvam, sed ignotæ sibi constructionis; Heuratum vero curvæ constructionis cognitæ dedisse dimensionem. Unde dicebat Hugenus, non multum quidem ab hoc invento abfuisse Nelium, non tamen omnino fuisse assecutum. Adjicitur deinde a Wallisio & superficiæ Conoidis parabolici dimensio, quam & Hugenus invenerat, aliaq; id genus,

Mechanica sive de Motu tractatus Geometricus primum quædam præmittit de momento, ut vocat, ejusque contrario, nempe impedimento; deinde de gravitate, descensus declivitate, & de libra. Sed potissima operis pars in centro gravitatis & calculo ejus pro variis figuris instituto occupatur, idque pro non contemnenda Geometriæ accessione haberi potest, dum alii jam labori eadem calculandi parcere possunt. Explicatur etiam obiter inventum Wrenni, quod jam in Actis Philosophicis Oldenburgii fuit expositum; nempe si in quacunq; ab axe torni distantia ponatur acies dolabræ recta in situ ad illum axem non parallelo, sed obliquo, formari tornæ cylindroides hyperbolicum convexo-concavum, & quidem ab ea hyperbolâ, cujus semiaxis transversus æquatur minimæ distantie aciei dolabræ ab axe cylindroidis, (seu semidiametro basis inscripti cylindri) axisque conjugatus cum Asymptotâ eum faciat angulum, quem facit dolabræ acies recta
cuma

cum recta axi torni parallela. Unde patet ratio cylindroides tornio sic formandi, ut sectio per axem sit data hyperbola. Inscritur & Hugenii demonstratio quadraturæ Cissoeidalis figuræ & ejus partium, ex supposita circuli ejusque partium quadratura: item dimensio doli sphæroceidalis truncati, quod Joh. Collinius ad mensuranda vasa liquorem continentia pro parte depleta utile futurum censuerat; id enim frustum sphæroceidale ad inscriptæ sphære frustum reducitur. Post hæc agitur de vecte, axe in peritrochio cum potentiis cognatis, veluti rotis, trochlea seu polyspasto, cochlea, motibus compositis, acceleratis, retardatis & cunco, elatere seu resiliione & hydrostaticis, atque aëris æquipondio. Ubi occasione vectis modum exponit a se inventum, contignationem planam ex tignis multo brevioribus, quam sit aereæ latitudo, in vicem conjunctis constituendi, & computo æstimandi, quantum cuique juncturæ oneris incumbat. Figura jam in Itinerariis Monconisii & Sorberii extat. Deinde de percussione tractat, & putat corpora concurrentia simul procedere eadem celeritate, quæ prodeat, si momentorum summa, vel (si in contrarium tendant) differentia per summam corporum dividatur; momentum autem ipsi est factum ex ductu ponderis in celeritatem. Et si grave motum æquali quiescenti directe impingat, ictus magnitudinem fore ad momentum gravis moti, ut quiescentis pondus duplum ad ponderis utriusque aggregatum. Et si duo gravia sibi motibus contrariis occurrant, fore ictus magnitudinem ad momentum alterutrius gravium, celeritatum aggregato lati, ut reliqui pondus duplum, ad utriusque pondus simul. Ubi & de centro percussionis, quod cum centro oscillationis, ab Hugenio explicato in libro de Horologio oscillatorio, coincidere notat. Denique & de vi Elastica agit, ostenditque ex ea oriri, quod corpora inter se concurrentia post concursum non simul procedunt, sed a se invicem dissiliunt. Neque enim in motu incepto vim nescio quam esse collocandam, nec in resiliendo motum novum absque nova causa incipere. Et quoniam ad ostendendam æqualitatem anguli incidentiæ & reflexionis, assumferat motus obliqui compositionem ex perpendiculari & parallelo ad superficiem excipientem; respondet Honorato Fabro, qui in Tractatu de Motu lib. 6. & in Dial. phys. 2. hanc compositionem in dubium revocaverat. In Epilogo rationem veteris jam experimenti, quod scilicet inflata vesica solo flatu spiritus humani lateribus

lateribus distentis, & longitudine contracta, pondus librarum 50, 60 aut plurium pro viribus pulmonum flantis elevare possit ad exiguam licet altitudinem.

Alterum Operum Wallisii Volumen, quod *Algebram* cum nonnullis tractatibus additis continet, non minore cura essemus recensituri, nisi id jam a nobis esset factum mense Junio A. 1686, cum eadem Wallisii Algebra Anglice anno præcedente cum iisdem tractatibus plerisque hoc volumen constituentibus prodiiisset. Nonnulla tamen attingemus, quæ hic accessere. Dixerat scilicet Wallisius in priore Algebrae editione, collatisque locis ostenderat, magnam partem Geometriæ Renati Cartesii ex Thomæ Harioti Analyfi posthuma aliquot ante annis edita, & multis ante annis scripta, fuisse desumptam; quemadmodum & nos loco supra dicto in recensione Algebrae Wallisianæ retulimus. Quod cum doctos quosdam Cartesianos male haberet, Samueli Morlando horum impulsu interroganti, num plagium Cartesii probari possit epistolam A. 1688 scripsit Wallisius (hic additam ad cap. 53) qua Geometriam Cartesii percurrit, ostenditque, quomodo maxima pars ex Harioto, nonnulla ejus & ex aliis fuerint desumpta. Incidit deinde Wallisius in secundam editionem Elementorum Johannis Presteti, qui in præfatione secundi voluminis dixerat, Wallisium ex vanis conjecturis Cartesianam Harioto ascriptisse, invidia & æmulatione gloriæ Gallicanæ in rebus Mathematicis, & ridiculam accusationem renovasse, nullis nixum probationibus; sed merito respondet Wallisius, quæ affirmaverit probata haberi demonstratione oculari, cum Harioti opus in hominum manibus versetur, & loca a se sint producta, in quibus optima quæque extant, quæ Cartesius in Algebra speciosa pro suis edidit. Elementa Presteti Wallisius ex fama & cum ipso multi Malebranchio tribuerant, sed nos recensentes Wallisii opus, subindicaveramus, de eo a nobis dubitari. Et Prestetus ipse secundis curis ea edidit sub nomine suo. Cum deinde & Bailletus in Vita Cartesii suspicionem plagii amovere a Cartesio contendisset, adducta quadam Pelli ad Mersennum epistola, quæ dicat Anglos de Cartesio favorabiliter judicasse; respondet Wallisius, & se de Cartesio alias favorabiliter judicare, sed hic rem manifestam dissimulare non potuisse, & sese, quæ in priore editione pro Harioto jam dixerat, Pelli legente & approbante dixisse. Subjicit

Bailletus,

Bailletus rem in Cartesii favorem jam decisam esse ab Huddenio & Prestetio; sed Prestetii decisio non magni momenti est. Huddenius in Epistola a Schotenio Cartesianæ Geometriæ inserta, de plane alia re locutus est, nempe de regula solvendæ æquationis biquadraticæ per cubicam, quæ jam apud Bombellum & Vietam extabat, sed cum peculiarem Methodum ostenderit Cartesius, qua ad eam pervenit, sumfisse eam ab aliis veri simile non putavit Huddenius. Verum longe aliud est in iis quæ ab Harrioto sumfit, in quibus eandem plane methodum secutus fuit, nisi quod sæpe fontes ab Harrioto indicatos suppressit. Unum hic de Harrioto adhuc notare placet (ex Algebræ Wallisii cap. 11) hujus & Walteri Warneri schediasmata complura extare apud Dn. Richardum Busbey S. T. D, qui Scholæ Westmonasteriensi a longo tempore præfuit, jam valde senex. Et veretur Wallisius ne ipso extincto plane intercidant, una cum Canone Antilogarithmo ab ipsis constructo, ubi logarithmis ab 0 usq; ad 100,000 apponuntur naturales respondententes. Inseritur etiam Algebræ cap. 79 Epistola celeberrimi Sturmii ad autorem, qua scrupulum quendam communicat & amolitur, qui contra Wallisii Methodum quadrandi per inductiones numerorum fuerat motus. Cui respondet Wallisius, & Sturmii solutionem probat firmatque. Newtonianis etiam seriebus jam in Anglicana editione expositis, adjicit quædam quæ David Gregorius Scotus Professor Oxoniensis; & Archibaldus Pitcairnius Medicinæ Lugduni Batavorum Professor non abludentia attulerunt. Addit cap. 95 Algebræ pag. 389 apud exteros (ut verba ejus sonant) etiam Leibnitium & Tschirnhausium nonnihil ejusmodi præstitisse, & apud Britanncs Jacobum Gregorium & Nicolaum Mercatorem, sed quæ sint ut plurimum nonnisi casus particulares intra ambitum generalem regularum Newtoni. Calculo quoque differentiali Leibnitii affinem esse methodam fluxionum Newtoni (in Principiis Naturæ Mathematicis primum editam) tum utraque esse antiquiorem Barrovii, & omnes Wallisianæ Arithmeticæ infinitorum superstrui, quæ Cavalerii Geometriam promovit, ut hic Archimedeam. Exhibet etiam Methodum quandam Josephi Raphson pro infinitis seriebus, libello Londini 1690 edito sub titulo Analyseos Æquationum universalis comprehensam. Cæterum ipse Newtonus non minus candore quam præclaris in rem Mathematicam meritis insignis, publice & privatim agnovit, Leibniti-

um tum cum (interveniente celeberrimo Viro Henrico Oldenburgio Bremensi, Societatis Regiæ Anglicanæ tunc Secretario) inter ipsos (ejusdem jam tum Societatis Socios) commercium intercederet, id est jam fere ante annos viginti & amplius calculum suum differentialem, seriesque infinitas & pro iis quoque Methodos generales habuisse; quod Wallisius, in præfatione operum factæ inter eos communicationis mentionem faciens, præterit, quoniam de eo fortasse non satis ipsi constabat. Cæterum differentiarum consideratio Leibnitiana, cujus mentionem facit Wallisius (ne quis scilicet, ut ipse ait, causaretur de Calculo differentiali nihil ab ipso dictum fuisse) meditationes aperuit, quæ aliunde non æque nascebantur. Est enim differentia analyticum quiddam & calculi capax, & quod rei caput est, summæ reciprocum. Eaque demum ratione factum est, ut calculus Analyticus non minus in Geometria altiore, quam Cartesius a suo calculo excluderat, quam in ordinaria ab ipso tractata procedat. Et quemadmodum Apollonius & alii veteres habebant quidem proprietates ordinatarum pro lineis Conicis & aliis, ex quibus formatae sunt postea æquationes a Cartesio; ita similiter lineæ, quas ipse Cartesius, quippe calculo suo intractabiles, a Geometria excluderat, Leibnitiana primum methodo æquationibus finitis sunt expressæ & sub leges Analyseos reductæ; qua ratione omnes earum proprietates analytico jam calculo investigari possunt, prorsus ut in ordinariis. Et cum antea per viam figurarum & imaginationis etiam præstantissimi Geometrarum faciliora tantum assequi in his potuerint, nunc ope hujus calculi non tantum priora illa primo velut obtutu patent, quæ tunc merito admirationi erant, sed & multo magis abstrusa deteguntur ad quæ imaginatio non pertingit, in quo consistit potissimus calculi analytici usus. Cæterum ipsum celeberrimum Wallisium, quo est candore, non dubitamus etiam nostratum meditationibus, si sufficientem earum habuisset notitiam, locum ampliorem in suo opere daturum fuisse. Sed ipse queritur ultima Algebrae suæ pagina, hæc nostra Eruditorum Acta, in quibus bona earum pars continetur, minus sibi fuisse visa: unde neque illa satis sibi cognita ait, quæ de Geometria incomparabilium, vel Analyli infinitorum, a Leibnitio data fuere, quæ libenter alioqui in suo quoque opere exhibiturus fuerit. Cæterum hac occasione & de Nicolao Mercatore, (quem Wallisius velut inter suos recensere videtur) notare volumus

luimus, Germanum fuisse, & ex Holfatia oriundum, etsi in Angliam habitatum concesserit; eumque primum fuisse, quantum constet, qui quadraturam publice dederit per seriem infinitam, tametsi tunc quoque Newtonus in eadem ipso inscio incidisset, eaque multo longius produxisset.

Obiter quoque, præsertim hac secunda Wallisiana Algebrae editione de nonnullis quæstionibus tractatur, velut de Charta Nautica ad ingeniosi cujusdam Nautæ interrogata, de causa cur Sol Lunave in situ ad horizontem vicino majores appareant nudo oculo quam in instrumento (quod Noster putat phantasie deceptæ judicio fieri) de complicatis annulis in ludicro quodam sed subtili instrumento, cujus meminit Cardanus in libro de subtilitate; de problemate Florentino nuper Hemisphæricæ superficiei testudinem constituentis, quæ demtis fenestris sit absolute quadrabilis; aliisque id genus passim inspersis. Tractatibus additiis non immorabimur, quippe qui plerique jam cum prima Algebrae editione fuere recensiti. Accessit hic *tractatus* licet jam olim editus de *gravitate & gravitatione*, ubi pondus aeris defenditur, & Dn. Mathiæ Hale, primarii Angliæ Justitiarii, Libro sub titulo, *difficiles nugæ pro Funiculo Lini adversus Gerikianam & Boilianam Barometri explicationem scripto*, & Henrici Mori objectionibus respondetur. Suspiciatur autem Autor noster, gravitatem oriri ex sola vi Elastica atheris expansionem affectantis, atque ita quæ hanc impediunt repellentis. Peculiari etiam dissertatione defenduntur definitio quinta & postulatum quintum libri sexti Euclidis, quæ Savilius ipse inter propositiones demonstrabiles rectius referri in suis Lectionibus judicaverat. Repetuntur etiam in hoc volumine, quæ de Tangentibus ducendis, de quadratura Hyperbolæ, de æstu maris, & aliis olim ab ipso Wallisio Transactionibus Anglicanis fuere inserta; quibus immorari nostrum non est, quemadmodum nec *Commercio Epistolico* (olim edito) quod Wallisio & Vice Comiti Brounkero cum Fermatio, Freniclio & Schotenio, sed de quæstionibus maxime numericis (subtilissimis tamen) intercessit, nec *Trigonometriam* planam & sphericam a Dn. Joh. Caswello eleganter delineatam, & quibusdam acutissimi Analytici Thomæ Bakeri jam defuncti propositionibus auctam, qua hoc quoque volumen finitur, fusiore recensione hic opus habere judicamus.

JAC. B. OBSERVATIUNCULA AD EA, QUÆ NUPERO
 mense Novembri de Dimensionibus Curvarum publicata
 leguntur Auctore D. T.

PRæclara sunt, & e maxime desideratis illa, quæ hic promissit Nobilissimus D. T. atque si ullatenus præstari possunt, ab ejus certe ingenio expectanda erunt. Optandum tantum esset, ut cum de excellentia Methodi, quam tegere voluit, per exempla nobis judicandum sit, talia selegisset, quæ haud facile aliunde solvi possent, aut aliis exceptionibus obnoxia forent; qualia num ista sint, quæ dedit Vir eximius, paucis examinandi veniam ab ipso flagitamus. Primo, quod de Spatio elliptico nos docet in fig. 1, nulla singulari methodo videtur indiguisset, cum ex natura Ellipsis simplici proportione concludatur; juncta enim CH & producta GH donec ipsi OF occurrat in I, quoniam ubique IH est ad IG, sicut CD est ad CE, erunt tum spatia IHDC, IGEC, tum Triangula IHC, IGC, tum his ablatis sectores CHD (sive $\frac{1}{2}$ CD in DH) & CGE, ut CD & CE, hoc est, erit CE in DH = 2CGE. Et patet generaliter, quod si loco circuli & ellipsis substituantur quævis aliæ curvæ ejusdem generis, hoc est, quæ habeant applicatas IH, IG in constante ratione, fore in eadem illa ratione etiam sectores CHD & CGE. Quod deinde proprietatem spectat, quam focus curvarum per fila descriptorum attribuit fig. 2, omnibus illa indifferenter punctis est communis, & ex generalissima centri gravitatis natura manat; sumptis etenim in quacunque curva quibuscunque & quocumque punctis A, B, C, D, eorumque centro gravitatis E, semper vel summa trilineorum AFG, BFG, CFG, DFG; vel (si punctorum nonnulla ad convexas curvæ partes assumantur) differentia trilineorum quæ ab una, & eorum quæ ab altera parte sunt, trilinei EFG totuplex erit, quot assumpta puncta fuerint. Sed & præter punctum E infinita alia puncta idem præstant, quæ in axe aliquo æquilibrii per E transeunte existunt. Considerationem igitur focorum nihil hic ad rem facere apparet. Quod porro asseritur de portionibus Parabolæ communem focum habentium fig. 3, etiam procedit cum diversos habent, modo punctum C, e quo recta CE educenda est, tale assumatur, ut ipsa CA, CB, sint in ratione parametrorum; at nihil hic peculiare tribui video parabolis, quod non idem quoque valeat de omnibus ejusdem speciei curvis, hoc est, curvis similibus & circa

& circa communes axes, focos, centra, aliave puncta similia similiter constitutis; puta, si curvæ AE, BD, forent duæ Ellipses vel Hyperbolæ similes circa eundem axem AC, & communem focum seu centrum aliudve punctum simile C similiter constitutæ, semper essent abscissæ portiones curvarum AE, BD, in ratione rectarum similium abscindentium AC, BC, vel CE, CD, utraq̃ue nimirum in ratione constante: quorum applicari possunt ea, quæ jam anno 1692, m. Majo ad spiram mirabilem de triangulo circa angulum (hic infinite parvum ECD) rotato & proportionaliter fluentē in genere dicta sunt. Quod denique subjungit nobilissimus Auctor de assignandis in Parabola portionibus datam ad invicem rationem habentibus, fig. 4, id rogo ut revideat; deprehendet enim rem aliter se habere, atque in locis a vertice A tantillo remotioribus portionem CD ad EF semper minorem obtinere rationem, quam GH ad IK. Quorum omnium ingeniosissimum Auctorem non ideo commonefacimus, ut præstantissima ejus inventa, quibus ipsi plenam fidem adhibemus, ullatenus suspecta reddamus, sed illum invitemus potius, ut vel ipsam suam methodum præclarissimam nobiscum communicare dignetur, vel si hanc diutius nos latere cupit, selectioribus saltem speciminibus eandem nobis comprobet. Quibus si addere velit nonnulla methodum tangentium inversam concernentia, tentare poterit tum Problema præteriti Decembris, cujus & ego solutionem dabo proxime, tum alia hinc inde in Actis occurrentia, quæ nondum solutionem acceperunt, ipsique adeo uberem materiam publico gratificandi suppeditabunt.

*EJUSDEM CONSTRUCTIO GENERALIS OMNIUM
Curvarum transcendentium ope simplicioris Tractoria
& Logarithmica.*



Methodus Tangentium inversa, in qua dubio procul summus Geometriae apex consistit, tribus potissimum partibus absolvitur, quarum prima versatur in reducendis differentialibus altiorum generum (seu differentio-differentialibus) ad differentialia primi generis; altera in separandis literis indeterminatis cum suis differentialibus a se invicem; & tertia in construendis æquationibus hoc modo reductis. In singulis perficiendis varie hucusque occupati fuimus, quotquot promotioni

hujus scientiæ operam nostram addiximus. Ad primam inter alia pertinet Theorema de radiis circulorum osculantium, cujus nupero Dec. p. 538 mentionem injeci, quodque in secundis differentiis ad primas reducendis usum habere dixi, ut suo tempore uberius explicabo. Ad secundam spectat, quod ibidem ad calcem meditationis subjunxi Problema, cujus solutionem, ni alius quispiam interea me præveniret, brevi quoque exhibebo. Restat tertia Methodi pars, de qua nobis impræsentiarum specialius agendum est, & quæ constructiones curvarum transcendentium concernit. Omnes construendi modi, quorum hucusque specimen in Actis comparuerunt, ad duo vulgo nota genera revocari possunt, fiuntque vel per motum continuum eumque seu naturalem seu artificialem, vel per inventionem plurium punctorum. Motum naturalem voco, quem natura ipsa sibi relicta sponte producit: artificialem quem insuper ars moderatur. Ad illum refero constructiones super Dec. p. 551, 552 memoratas, quæ fierent per elastra vel funes debita conditione imbutos: ad hunc, quæ per tractiones, qualem non sine intelligentium approbatione dedit ingeniosissimus Dn. Leibnitiu m. Sept. 1693. Constructiones, quæ punctorum inventionem absolvuntur, fiunt vel per quadraturas, quæ non ita pridem solæ in usu fuerant: vel per rectificationes curvarum algebraicarum, quo pacto puncta Catenariæ per Curvam Parabolicam & Isochronæ per Lemniscatam determinantur: vel denique per coordinatas aliarum Transcendentium sed descriptu facilliorum, veluti præfatus Cel. Leibnitiu puncta Catenariæ reperire docuit per Logarithmicam. De quibus breviter hæc teneantur; quod constructiones curvarum per motum sive naturalem sive arte temperatum productæ procul dubio omnium forent optimæ, si facili aliquo mechanismo in effectum deduci possent; sed cum illæ tales conditiones prærequirant in materia, quas ei introducere æque vel fortasse magis arduum est; hæc motum deposcant ita compositum & implicatum, qui in praxi difficulter succedat; necessitas omnino cogere videtur, ut in curvarum transcendentium non secus ac in algebraicarum altiorum delineationibus sola punctorum inventionem acquiescamus. Ubi quidem quadraturæ, cum ad praxin æque inidoneæ sint, jam fere exoleverunt, iisque merito præferuntur constructiones, quæ fiunt per logarithmicam, lineam sinuum, aut similes, vel etiam per rectificationes curvarum algebraicarum, sicubi haberi possunt, quoniam du-

bium

o. cu to C. co. all in

SUPP



bium est, an semper inveniri possint, nec si possunt, universalis regula iis inveniendis præscribi queat; jure desiderari potest adhuc methodus, qua puncta curvarum semper & ubiq; facili & ad usum accommodata operatione inveniuntur. Ostendam igitur hic modum, quo hoc consequi possumus ope unius Logarithmicæ & cujusdam Tractoriæ motu simplici facillimoque describendæ. Quemadmodum enim puncta algebraicarum determinantur per intersectiones duarum aliarum algebraicarum descriptu faciliorem: ita quoque puncta mechanicarum reperiri debere consentaneum puto.

Si proposita sit æquatio $ady = tdx$, ubi t dari intelligitur per x , (ad hanc enim formam facta separatione indeterminatarum omnes reducuntur) ducantur in plano aliquo horizontali duæ rectæ parallelæ AB, CD , in distantia arbitraria AC , interque illas statuatur curva algebraica FK talis, ut existente AE vel $BE = x$, EF quarta sit proportionalis ad t, a , & duplam subtangentem Logarithmicæ, quæ hic uti voluerimus: tum sumto filo FGH longitudinis AC describatur Tractoria Curva HI ope normæ DGF propellentis extremitatem sili F super curva KF , eo modo, quo id *m. Jun. 1693, p. 255* explicatum fuit. Deinde, trajecta indefinite per rectas AB & CD perpendiculari GE , centro G radio EF arcus describatur secans Tractoriam in H ; unde demittatur in CD normalis HD , ac jungatur GH : quo facto tum aggregarum rectarum GH & GD tum earundem differentia applicentur Logarithmicæ, eritque axis portio, quæ applicatis intercipitur, = quæsitæ y , cui proinde si statuatur in E æqualis EL , atque hoc ubique fiat, habebitur per puncta sic descripta optata Curva LM . Nota, si æquatio fuerit $rdy = tdx$, & r etiam indeterminata sit, sed data per y , constructio nihilo difficilior evadit; posita enim $rdy = adz = tdx$, constat ex præcedente constructione, inveniri posse relationem inter x & z , itemque inter y & z , quare etiam inter x & y innotescet. Patet autem etiam ex allatis, quod si data sit relatio trium linearum CG, GH & GD (quod contingit, quodcumq; Tractoria HI est ex numero algebraicarum) Curva LM possit constitui per solam Logarithmicam sine adjumento alterius mechanicæ; unde novum criterium pro dignoscendis curvis hoc modo construibilibus resultat, quod Lectores nostri cum olim exhibito conferre possunt.

TAB. V.
Fig. 1.

SUPPLE-

JOH. BERNOULLI SUPPLEMENTUM DEFECTUS GEOMETRIÆ Cartesianæ circa Inventionem Locorum. Annotata quadam in Schediasmata Leibnitianum & Tschirnhausianum in ultimo Actorum Novemb. edita. De Complanatione Superficierum Conoidearum & Spharoidearum. Problema novum Mathematicis propositam.

Quantum Geometriæ incrementum accesserit, ex quo variz infinitorum Methodi, inter quas Differentialis Calculus nemine invidente primas tenebit, inclaruerunt, mille inventorum exempla comprobant, quæ, si verum dicere fas est, nostro hoc ævo, ut superiora taceam, etiamnum pro desperatis habebantur; quemadmodum ex plurimis modernorum Mathematicorum scriptis conjicere licet. Non quidem desunt, qui meliora non edocti audeat nimis asserunt, nihil esse in tota mathesi pro quo communis Geometria a Cartesio aliisque tradita non sufficiat. Alii paulo æquioris judicii ab ea *infiniti* tantum considerationem excludunt, & hac in parte ejus imbecillitatem lubenter agnoscunt, admittentes interim indiscriminatim omnia quæ circa finitas & ordinarias quantitates versantur. Sed quid si ostendam, etiam hic multa desiderari, quæ vulgarem Geometriam mirum quantum imperfectam relinquant?

Notum est, potissimam Cartesianæ partem conscriptam esse pro inveniendis locis & natura curvarum, tanquam materia in Geometricis summi momenti: Notum vero etiam est, quod methodus Auctoris semper supponat, certam quandam dari relationem punctorum in curva ad puncta in recta positione data quam axem vocat, pro qua relatione invenit æquationem algebraicam, unde curvæ naturam & constructionem determinat. Verum si ex sola mutua relatione ipsorummet curvæ punctorum (nullis aliis consideratis vel datis) natura vel constructio curvæ eruenda sit, non video qua ratione id obtinere liceat per regulas Cartesii. Nec etiam methodus infinitesimalis ibi quicquam præstare poterit. Non itaque ingratum Geometris fore puto, si novam pro his & similibus mihi repertam esse, per solutionem unius vel alterius exempli ostendero.

Primum

Primum quod huic meditationi ansam dedit, erat decantatissima illa proprietas circuli demonstrata prop. 35 & 36 lib. 3 Euclid. *Quod omnis recta per punctum datum ducta & a circumferentia circuli terminata habeat rectangulum segmentorum dato constanti aequale.* Quis est qui non statim pronuntiaret, hanc proprietatem esse circulo essentialem, & concluderet reciproce: *Ergo curva faciens rectangulum subsegmentis cujusvis recte per punctum datum ducte dato aequale, est peripheria circuli.* Ego vero contrarium statuo, & dico sic argumentantem enormiter hallucinari, utpote reperiens, quod infinita dentur genera curvarum, quae non minus quam circumferentia circuli dicta proprietate gaudeant, cum hoc solo discrimine, quod in hac ob similitudinem partium suarum punctum datum ubivis, in ceteris vero certo tantum loco possit sumi. Quod ut clarius explicem, suppono, me huculque ignorare, quod sit circulus, cui ista proprietas conveniat, sed mihi problematice proponi: *Invenire & construere curvam ABC (vid. Fig. 2) ita ut ex puncto dato D ducta quavis recta DEC, secante curvam in punctis E & C, rectangulum sub segmentis DE & DC sit semper aequale eidem constanti dato.* Cui problemati, ut jam dixi, infinitis modis satisfieri potest; ducta enim utcumque recta DAG pro diametro in qua abscissa DF & ad hanc ordinatim applicata in quocunque angulo BF; assumatur quaedam recta pro unitate,

TAB. V.
Fig. 2.

junctaque DB: vocetur DB, x & BF, y ; Dico si fiat $y = ax^a + ax^{2-a}$,

vel $y = ax^a + ax^{2-a} + bx^c + bx^{2-c}$, vel $y = ax^a + ax^{2-a} + bx^c$,

$+ bx^{2-c} + cx^y + cx^{2-y}$, vel $y =$ quantitati hoc modo quousque libuerit continuatae, fore semper punctum B in curva ABC quae quaeritur. Ubi notandum, quod coefficientes a, b, c , &c. ut & potestates a, c, y & c sint constantes & arbitrariae, affirmativae sive negativae; unde patet, curvam ABC non solum quoad dimensionem variare in infinitum, sed etiam posse fieri transcendente, si pro a, c, y , &c. sumantur numeri rationales. Quod si eligamus aequationem simplicissimam fa-

ciendo nempe $y = ax^a + ax^{2-a}$ & ponendo $a = e$, habebimus $y = ax^e + a$ vel suppletis homogeneis per quadratum unitatis, quod sit an ;

L1

erit

erit $ny = xx + an$, quæ æquatio, si examinetur, videbitur esse ad circulum; adeo ut nunc satis liqueat, quod asserui, præter circulum, qui generalissimæ nostræ solutionis specialissimus existit casus, innumeras alias altiorum graduum curvas construi posse, quibus æqualitas rectangulorum sub segmentis competit.

TAB. V.
Fig. 3.

Sed nunc ad illud progredior non minus curiosum: *Queritur curva FHG (vid. Fig. 3) ita ut ducta quavis recta GEB ad positione datam DC in angulo dato, rectangulum sub segmentis BG & BE sit semper æquale constanti dato.* Ex conicis patet, hyperbolam respondere quaesito, sed præter illam, sequentes infinitas curvas habet: Summa

quadam recta pro unitate, sit DC, y & CE, x; & facias $y = ax^a + ax^{-a}$,

vel $y = ax^a + ax^{-a} + bx^6 + bx^{-6}$ vel $y = ax^a + ax^{-a} + bx^6 + bx^{-6} + cx^7$

+ cx^{-7} , vel y = quantitati hoc modo ad libitum continuatæ; atque sic obtinebis solutiones infinitas. Hinc sumta æquatione simplicissima

$y = ax^a + ax^{-a}$, & posito $a = 1$ prodibit æquatio $xy = ax + a$ pro hyperbola, quæ ut circulus in superiori exemplo simplicissimi gradus est omnium reliquarum.

Fig. 4.

Sed ne nimis prolixus sim in exemplis, quorum duo jam prolata probitatem methodi satis superque manifestant, transeo tandem ad problema, quod olim mihi, si bene memini, aliquis non infimæ notæ Geometra proposuerat; erat autem tale. *Queritur qualis sit curva ABCDE (vid. Fig. 4.) ita ut ducta per verticem A tangente AC, & alia utcumque secante curvam in punctis B & D, summa segmentorum DA & BA sit ubique dupla ipsius tangentis AC.* Sol. Accepta quadam AE pro unitate, ex qua abscindatur indeterminata AF, & ad AE, AF tertia proportionalis AG; Fiat ut AE ad AF sic FG ad quartam HD, quæ erigatur perpendiculariter super AE, ita ut sit sinus arcus FD centro A & radio AF descripti, erit punctum D in curva optata. Vel si mavis expressionem literalem, idem infinitis solutionibus præstari po-

test, si fiat (positis AE = 1, AF vel AD = x, DH = y) $y = x \cdot x \cdot \frac{1}{x^2}$, ubi n. numerum quemvis constantem denotat.

Si qui

Si qui alii in hisce suarum methodorum vires experiri velint, quarant (Fig. 2.) curvam ABC, ejus proprietatis, ut ducta a puncto dato D recta utcumque DEC, solidum sub uno segmento DC & quadrato alterius DE, vel (Fig. 3.) solidum sub uno segmento GB & quadrato alterius FB sit constanti dato æquale.

Cum hæc meditarer, accepi cum aliis ultimum horum Actorum Novembrem, ubi non sine magno delectamento legi, quæ Illustræ viro- rum par Leibnitijs & Tschirnhausius publico impertierunt. Et quidem utriusque vidi novum meum theorema mensi Aug. superioris anni insertum ansam suppeditasse, ut nova novis auferent: Celeb. Leibnitijs perbene notante, differentiam vel summam rectangulorum curvilinearum & æquealorum una evolutione condescriptorum æquari spatio circulari. Quæ insuper habet de rectangulis curvilinearis & de curvis parallelis, pro more ejus ingeniose excogitata sunt. Omnino mihi placet ejus constructio ducendarum parallelarum non adhibita evolutione, quam etiam, contra ac ipse sentit, præfero alteri illius per evolutionem factæ, tum quod facilius circulus construatur quam evoluta, tum etiam quod per rotationem non minus quam per evolutionem parallela per punctum datum duci possit, si modo radius circuli fiat æqualis perpendiculari ex puncto dato ad curvam ductæ.

Quæ Nob. Tschirnhausius ex contemplatione focorum in curvis nobis dedit, satis ostendunt, quantum hæc materia mereatur ut diligentius tractetur; fateor enim stupenda theoremata, & veritates alioquin indaginis abstrusissimæ nullo interdum aut levi negotio inde erui. Interim non perspicio, quomodo per aliam evolutionem quam Hugenianam theorema meum de condescriptarum dimensione demonstrari, nedum ejus doctrina amplificari possit, cum in demonstratione necessario respiciendum sit ad normalitatem radii evolventis ad curvam, quæ normalitas in sola evolutione Hugeniana contingit. Adde quod Vir acutissimus nondum docuerit modum generalem describendi curvam quamlibet per focos simplices non lineares, quem si præmit, rogandus est, ut communi bono illum in lucem emittat, eumque ex. gr. parabolæ cubicali per focos describendæ applicet. Ardentem quoque desideramus publicationem methodi universalis, cujus se competentem dicit art. III, *In qualibet curva, data portione ejusdem, aliam*

semper assignandi, quod locum rationem ad priorum obinet. Quinimo totum Mathematicorum Orbem sibi obstringet & æternam laudem merebitur, si dabit demonstrationem speciminis quod ibidem exhibuit pro assignandis in curvâ parabolica portionibus in data ratione. Miror Celeb. Auctorem pro perspicacitate sua non animadvertisse, quod hoc specimen longe plus in recessu habeat quam apparet. Det enim mihi demonstrationem constructionis suæ, & ego ipsi dabo quadraturam hyperbolæ, & proinde rectificationem curvæ parabolice Geometricæ, in qua indaganda omnes, quotquot extiterunt Mathematici, hæcenus frustra defudarunt:

Cætera, quæ Nob. Tschirnhausius in dicto schediasmate profert, pereximia sunt. Præprimis art. I notari dignissima est reductio sectorum ellipticorum ad sectores circulares, ex qua commode deducit divisionem spatii elliptici in partes æquales, quamvis alias sector ellipticus & hyperbolicus commodissime bifariam dividatur, bisecando tantum subtensam arcus sectoris per rectam e centro eductam. Observo insuper, constructionem Viti Nobilissimi etiam locum habere, si pro radio circumferentiæ BFD (vid. Fig. I Auct.) sumatur major ellipseos diameter, id est, quando ellipsis AFB cadit intra circumferentiam BFD: Dico enim etiam tunc rectangulum ex recta AE in arcum circumferentiam HD esse semper quadruplum sectoris elliptici CGE. Mirari hic subit, quod pro mensuranda hyperbolæ area velit adhibere arcum curvæ mechanicæ, cum tamen id fieri queat commodissime ex ductu rectæ constantis in arcum curvæ Geometricæ, nempe parabolæ, seu notum est.

In fine articuli primi elegans habetur theorema, quod tamèn meo iudicio non fuit ex natura focorum, quoniam longe universalius est, quam Celeb. Auctor illud proponit, sese extendens ad omnes curvas, siue sint per focos, siue aliter, quomodocunque, & si vis, libera manu descriptæ. Sit enim Curva quæcunque FG (vid. Fig. II Auct.) sitque E centrum gravitatis quodcunque punctorum A, B, C, D, ad arbitrium sumtorum, si ex singulis hisce punctis ducantur rectæ ad duo quælibet puncta curvæ F&G, erit summa sectorum AFG, BFG, CFG, DFG ad sectorem EFG ut numerus punctorum ad unitatem.

Quod superest, non possum, quin hic ex occasione utilissimam de scriptarum theorematum insinuem, me possidere modum generalem

ralem complanandi superficies omnes conoideas & sphæroideas habent axem ad basin rectum, & ex illis abscindendi portionem dato spatio sive rectilineo sive curvilineo æqualem, utrumque ope solius quadratricis vulgaris. Ubi monendum tamen est, quod in aliquibus, ut in sphærica, conica, conoidea, parabolica aliisque absolute & sine quadratrice id præstari possit. Hinc ænigma Florentinum non solum in superficie sphærica, sed in quavis alia conoidea vel sphæroidea nullo labore & diversimode solvere licet. Hinc etiam emergit insignis cono recti proprietas, quam quia a nemine hæcenus animadvertam scio, huc refero: *Si super basim cono recti elevetur prisma rectum, habens pro basi figuram quamcumque sive rectilineam sive curvilineam, abscindet hoc prisma ex superficie conica portionem, qua erit ad basin prismatis, ut latus cono ad radium basis cono.* Ex quo ultro patet, cuilibet spatio plano sive quadrabili sive non quadrabili posse sumi absolute spatium æquale ex superficie cono recti, & vicissim. Item omnis portio superficiei conicæ rectæ terminata a tribus pluribusve hyperbolis in cono factis, quorum axes sunt paralleli axi cono, est quadrabilis, utpote æqualis figuræ rectilineæ.

Problema novum ad cujus solutionem Mathematici invitantur.

Datis in plano verticali duobus punctis A & B (vid. Fig. 5) TAB. V. assignare Mobilem M, viam AMB, per quam gravitate sua descendens & Fig. 5. moveri incipiens a puncto A, brevissimo tempore perveniat ad alterum punctum B.

Ut harum rerum amatores instigentur & propensiori animo ferantur ad tentamen hujus problematis, sciant non consistere in nuda speculatione, ut quidem videtur, ac si nullum haberet usum; habet enim maximum etiam in aliis scientiis quam in mechanicis, quod nemo facile crediderit. Interim (ut forte quorundam præcipiti iudicio obviam eam) quanquam recta AB sit brevissima inter terminos A & B, non tamen illa brevissimo tempore percurritur; sed est curva AMB Geometris notissima, quam ego nominabo, si elapso hoc anno nemo alius eam nominaverit.

JOHANNIS GAUBII EPISTOLÆ PROBLEMATICÆ TRES AD
Virum clarissimum FREDERICUM RUYSCHIUM M. D. Ana-
tomie ac Botanices Professore, una cum hujus totidem
Responsionibus.

Amstelodami apud Joannem Wolters, A. 1696 in 4.
Constant plagulis 6. & figurarum ta-
bulis 3.

SI Bilsii corpora condiendi ratio vel ex eo tantam celebritatem ob-
tinuit, quod specimen ejus ipsis diebus canicularibus fuerit exhibi-
tum, artificium certe, quo Nobilissimus *Ruysehius* ultra biennium cada-
vera humana conservavit, conservataque anno superiori cum publice
Sirio æstuante, tum privatim demonstravit, tanto majoris habebitur,
quanto præclariora simul ejus beneficio in lucem protracta fuerunt.
Ex his quippe uti nonnulla in epistolis suis a Præstantissimo *Gau-
bio* insigniter celebrantur, eorumq; explanatio uberior a Celeberrimo
Ruysebio efflagitur: ita talia solis e responsionibus hujus doctissimis
intelliguntur promissime. In *Responsione* nempe *prima* Experientissi-
mus *Ruysehius* quatuor quæstiones enodaturus, primum radices pi-
lorum non semper e glandulis cutaneis emergere indigitat, dum in
scroto vaginulas pilorum plurimas tam productiores glandulis, quam
glandulis plane destitutas, prout in *Fig. 6. lit. A. & B.* exprimitur, ad
oculum ostenderit, ac desuper in locis aliis ultra cutim e pinguedine
quasi ipsa pilos enasci viderit. Hinc scrotum publice prolatum ho-
minis perfecte sani nec testiculis viduati extitisse affirmat, in cujus
licet parte tantum superiori, secundum *Fig. 6. & 7. lit. C. & E.* pinguedo
apparuerit, talisque in obesis non raro ibi deprehendatur, interiorem
tamen scroti partem ad pinguedinem recipiendam apprime dispositam
esse, quia sub cute ejus æque ac in aliis corporis partibus membra-
na adiposa delitescat, quæ non modo fibris carneis intertextis in *Fig. 8.
lit. G.* adumbratis, sed & cellulis adiposis gaudeat, in eunuchis frequen-
ter pinguedine undiquaq; infarctis, in aliis vero ita sibi invicem in-
cumbentibus, ut non nisi in membrana inflata, exsiccata, & in lamellas
dissecta cellula dictæ, *Fig. 8. lit. H.* signatz, in conspectum veniant.
Tum septum scroti ab aliis hætenus neglectum, in *Figura* autem *6. lit.*

D. nota-

TAB. V.
Fig. 6.
& seqq.

D: notatum, vasisque sanguifluis innumeris juxta *Fig. 7. lit F.* perfusum, quo perspicue demonstrari queat, scrotum unice inflare ante & exsiccare jubet. Corporis denique reticularis atque papillarum pyramidalium, quæ Malpighio debentur, ac in vulgari dissecandi modo vix patefunt, delineationem veram microscopio visam in *Fig. 9 & 10* sistit; quemadmodum easdem particulas magnitudinè duplo circiter majores in *Fig. 11. & 12.* depingit. Ast in altera *Responsione* artem, qua scrotum, rugis naturalibus linea longitudinali media delotis, sub amplitudine & colore naturalibus ita sibi præparare ac indurare licet, ut vasorum reptatus distinctius longe quam in corpore vivo aut recens defuncto patefcat, & in qua acquirenda ultra triginta & quatuor annos desudavit, communicare renuit; arteriarum nihilominus anterioris partis scroti, ut & costarum perioftii & pleuræ, item mammariarum internarum atque pericardii & mediastini, delineationes exactas promte offert, vasorum intercostalium trunculos neutiquam pleuræ ejusve duplicaturæ, sed costarum perioftio inhaerere simulq; musculorum intercostalium tendinibus muniri, furculos vero vasorum mammariarum internorum per utrumque cartilaginum costarum marginem inordinato sæpe cursu distribui annotans. Tandem in *Responsione tertia* & ultima arteriarum per cordis humani substantiam ejusq; auriculas, nec non tunicas aortæ, diramationem figuris accuratis illustratam pertractat, truncosque aortæ vulgo duos minus recte constitui observat; postquam inventionem egregii illius artificii, quo cadavera ab omnibus rugis præternaturalibus immunia successu temporis saturatiorem rubedinem præ se ferunt, cujusque adminiculo quælibet corporis vasa sanguifera, præsertim arteriosa, justa sanguinis quantitate referta & indurata, etiam ea, quæ per tunicam officulorum auditus sparguntur, exhiberi, juxtimq; ipsi lymphæ ductus, una cum particulis subtilissimis atque arteriarum extremitatibus non ubi vis ejusdem constitutionis, vera itidem glandularum globatarum textura & vasculis palpebrarum tenuissimis detegi valent, sibi suoque filio vindicavit.

Explicatio Figurarum.

Figura, nobis quidem in Tabula nostra, sexta, Auctori vero prima, Scrotum humanum post inflationem ensicationemque parte superiore apertum, indigitat.

A.A. Va-

- A. A. Vaginulæ & radices pilorum, glandulis cutaneis productiores.
 B. Vaginulæ & radices pilorum glandulis cutaneis privæ.
 C. Pinguedo in parte superiore scroti.
 D. Septum, scrotum in duas partes dirimens.

Fig. 7.

Septum supradictum vasis sanguineis innumeris ditatum & exsiccatum repræsentat.

- E. Pinguedo in cellulis coërcita,
 F. Vasa sanguifera per septum dispersa.

Fig. 8.

Faciem interiorem lamellæ dicti scroti exsiccati denotat.

- G. Fibras carneas demonstrat.
 H. Cellulas adiposas flatu extensas.
 I. Duplicitatem lamellæ,

Fig. 9.

Corpus reticulare Malpighii, sub cuticula locatum, microscopio visum.

Fig. 10.

Agmen processuum papillarum cuti in hærentium, microscopio visum.

Fig. 11.

Dictum corpus reticulare naturali magnitudine duplo majus.

Fig. 12.

Agmen processuum papillarum naturalem magnitudinem bis superans.

DE L' INCREDULITE' &c. PAR JEAN LE CLERC.

i. e.

TRACTATUS DE INCREDULITATE, IN QUO CAUSÆ RATIONESQUE GENERALES, quæ ad rejiciendam Religionem Christianam Incrudulos commovent, examinantur: nec non Epistola duæ, quibus veritas illius directe comprobatur. Autore Johanne

Clerico.

Amstelodami apud H. Werstein, 1696, in 8. Alph. 1. plag. 1.

EO prolapsa est seculi nostri impietas, ut ipsis Christianis, saltem qui hoc nomine superbiunt, Christianæ religionis veritatem in dubium & sub

& sub examen vocare pudori non sit. Non enim cum Turcis, cum Judæis aut aliis, quibus Christianæ doctrinæ capita non innotuerunt, sibi rem esse fateatur *Jobannes Clericus*, qui nunc post tot clarissimos doctrinæ cœlestis propugnatores in hoc certamen descendit : sed cum iis, qui Christiani audiunt, nec tamen doctrinæ, qua Christianus orbis personat, fidem adhibent. Cum hisce autem ita congregitur, ut non tam veritatem doctrinæ Christianæ demonstret (id enim brevissimis & paucis, quod ajunt, lineis executus est in Epistolis huic libello additis) quam ut primo inquirat in ipsas rationes, arcanas licet & abstrusas, quæ impios homines ad fidem doctrinæ Christianæ denegandam impellunt, & deinde obstacula, quæ ab aliis illis objiciuntur, eosque in errorem aut inducunt, aut certe inductos confirmant, indicet removeatque.

Primo ergo asserit, nefas esse doctrinæ Christianæ ideo non Part. I. c. I. adhibere fidem, quod cum hominum ad certa vitia inclinatione & pronitate pugnet. Nimirum nemo fere mortalium vivit, qui non ad ambitionem, aut avaritiam, aut voluptatem, aut alia vitia proclivis sit & rapiatur. Hinc vero menti ejus tanta offunditur caligo, ut non nisi id verum putet, quod cum sua ad hæc vitia pronitate convenit; quod vero eum ea pugnat, ut falsum rejiciat. Jam vero cum ea Christianæ doctrinæ pars, quæ mores hominum fingit, accuratissima longe sit & cunctis vitiis bellum indicat, fieri secus non potest, quam ut multi homines cum sua inclinatione eam pugnare deprehendant. Qui ergo eam ideo falsam esse judicant, turpiter sane errant, cum facile demonstrari possit, hanc ipsam inclinationem, quæ homines ut rejiciant religionem Christianam commovet, rectæ rationi e diametro adversari. Hæc inde quoque constare Auctor ait, quod cum ipse Christus Servator & Apostoli cœlestem doctrinam hominibus annuntiarent, paucos admodum, qui in dignitate erant constituti, dictis suis habuerint audientes. Et hodie quoque plerosque, qui magnis honorum titulis fulgent, non credentium turbæ esse annumerandos. Cujus rei non aliam causam esse putat, quam quod Christiana doctrina horum ad ambitionem pronensioni parum conveniat. Frustra vero hosce omnes esse porro contendit, dum asserunt se Christianæ doctrinæ non ideo refragari, quod morum sanctitatem ac integritatem ab omnibus exigat, sed quod talia proponat quæ cum ratione sana pugnent, Hæc quippe

Mm non

non serio ab illis dici, sed obtentui solum sumi, inde intelligi posse, quod iidem non raro alia credant aut sibi persuaderi patiantur, quæ magis cum ratione pugnant, quam ullum doctrinæ cœlestis caput.

Cap. II.

Hiscæ præmissis ad singula descendit, & inter vitia quæ homines ad denegandam doctrinæ Christianæ fidem impellunt, primum locum tribuit ambitioni. Sane ambitiosi hominis hæc est indoles, ut omnes, quos tantis naturæ dotibus instructos non videt, quantis se polere putat, alto contemnat. Supercilio, & quicquid alii dicunt, hoc sibi fordere haud obscure significet. Cumque non raro contingat, ut multi decipiantur, dum id verum putant, quod vulgo verum esse creditur, ambitiosus tanto magis sibi ablanditur, dum a vulgi opinione recedit, quanto dulcius est, Lucretio iudice, sapientum tenere templâ, despiciere unde queas alios, passimque videre errare, atque viam palantes quærere vitæ. Sed vero & tanto periculosior est error, in quem ambitio homines præcipitat, eo quem multitudinis auctoritate ducti admittunt, quanto difficilias evellitur & eradicatur. Hæc omnia postquam prolixius deduxit Auctor, concludit ambitionis hunc esse effectum, ut alios inaudita velut causâ damnet; unde non possit temere a sua sententia ejusmodi homo dimoveri. Idque esse ait, quod improbis toto die contingit. Se solos enim sapere credunt, dum sententiam vulgo receptam exuerunt. Ceterum duplici ratione dijudicari posse docet, an aliquis ambitione abreptus an vero rationum momentis convictus, sententiam quandam rejiciat aut amplectatur. Primo cum ad iudicium ferendum ruit, re nunquam satis aut explorata aut examinata: deinde cum quandam hypothesin, nec adeo claram aut evidentem ut nos ad sui assensum trahat, nec ita etiam comparatam ut aliunde demonstrari possit, pro principio firmo ac infallibili non tantum assumit, sed & aliis obtrudit. Esse denique quosdam addit, qui & multitudinis auctoritate abripi turpe ducant, & eos improbant qui a vulgari doctrina recedentes nova principia stabilire nitantur: hinc de omnibus fere eos dubitare. Sed hisce etiam hominibus ambitionem, licet alio habitu prodeuntem imponere, probat.

Cap. III.

Secundum inter causas quæ homines, ne credant, impediunt, locum juxta Clericum occupant præjudicatæ opiniones, non illæ quidem, quæ ex prava institutione ceteroquin oriuntur, sed quas, illis depositis, ipsimet sibi fabricant. Nimirum si quis sectæ, in qua ab ineunte pue-

te pueritia vixit, quosdam errores detegat, nec tamen quid verum sit perspiciat, præcipiti impetu omnem religionem falsam esse inde concludit. Plerosque homines impios ejusmodi præjudiciis circumseptâ genere peccatorum asserit Auctor, & exemplis comprobat. Sic dum miracula non admittunt, præjudicata hac opinione, nihil credendum esse, quod non aut ipsimet vidimus aut a testibus oculatis accepimus, jûdice Nostro, laborant. Divinam vero revelationem ideo rejiciunt, quia non facta est eo modo, quo illam fieri debuisse sibi persuadent. Inepte quidem, ut prolixius Auctor ostendit.

Accedere tertio ait, quod multi non possint rite ratiocinari. Cap. IV.
Nec tantum Mahumedanorum, Barbararumque gentium & Judæorum mentes istam occupasse stupiditatem, ut argumentorum quantumvis luculentorum vim capere nequeant: sed & inter Christianos gentesque cultissimas haud exiguam esse illorum turbam, in quibus recte ratiocinandi facultatem merito requiras. Præterquam enim quod quidam per indolis atque naturæ suæ rationem stupidi sunt; multi quoque ejusmodi laboribus atatem occupant, qui omnem mentis vim obruunt & velut suffocant, ut adeo a brutorum conditione prope abesse videantur. Quin & qui in seculi hujus negotiis satis versuti sunt & callidi, iidem tamen, quoties ad alta mentem convertunt, mortalium sunt stupidissimi mentisque lumine prorsus destituuntur. Cum vero & ambitio, & præjudicata opinio, & aliæ errorum causæ ut plurimum concurrant, quid mirum, si quidam ita obbrutescant, ut doctrinæ coelestis fidem adhibere nesciant? Namque statim fastidio replentur, quoties de rebus divinis verba fieri audiunt. Talem Felicem Auctor. XXIV, 25. commemoratum fuisse, autumat Auctor.

Multum quoque ad profanorum hominum impietatem confert supina ista negligentia, qua nunquam in animum inducunt, de doctrinæ Christianæ capitibus serio dispicere. Circa ipsa nascentis religionis Christianæ incunabula plurimos hac ratione inductos ei non adhibuisse fidem, exemplis tum Judæorum tum Gentilium Auctor comprobat. Josephus pariter ac Philo, Judæorum facile doctissimi, dum aut plane non, aut admodum jejune de doctrina Christiana loquuntur, satis produnt, eam sibi per negligentiam non satis fuisse cognitam. Hac occasione rejicit illorum sententiam, qui per Therapeutas Philonis Christianos intelligunt. Locus ille celeberrimus Josephi, Cap. V.
qui

qui de Christo agit, an ab aliis insertus sit, non definit. Ethnicis idem contigisse, Taciti & Plinii exemplis comprobatur. Hodie eodem veneno multos afflati, ex ipsa, ut putat, experientia constat. Quotusquisque enim est, qui non periisse fere illud tempus arbitratur, quod negotiis seculi subtrahitur, & erudiendis ad omnem pietatem animis impenditur? Cujus quidem negligentiae cum plures causae sint, tum hanc non infamam esse censet, quod cum impii videant, credentium mores illorum doctrinae non respondere, statim concludant, ab omnibus perpetuam histrioniam exerceri; hinc doctrinam non dignam esse censeant, in qua exquirenda & perscrutanda multum temporis ponant. Sed eos ita rationes secum subducendo turpiter falli, id quidem est, quod pluribus Auctor demonstrat.

Cap. VI.

Prope ab ista negligentia abest ignavia, vel quidam animi torpor, quem ultimo loco inter incredulitatis causas Auctor commemorat. Ea quippe mentis nostrae in multis mortalium est indoles, ut vix excitetur, nisi sensus ipsos res quae nobis affertur feriat, aut vehementiori quadam commotione affectus concitet. Hicce torpor, nisi mox excutatur, vires indies sumit, & ut Tacitus inquit, subit homines ipsius inertiae dulcedo, & invisa primo desidia postremo amatur. Unde quidem contingit, ut omne istud, quod excutere hunc torporem videtur, nobis valde videatur molestum. Tali torpore confopiti sunt ut plurimum impii. Hinc tantum abest, ut doctrinam Christianam admittere parati sint, ut eam statim, velut rem permolestam sibi & ingrati- tam, rejiciant & damnent. Exemplum praebent Judaei Thessalonicenses in Actis Apostol. cap. XVII, quibus opponuntur Berrhoenses. Hodie quin ubique ingens horum hominum turba sit, qui per huncce animi torporem, aut nullam amplectuntur religionem, aut eam quam falsam esse intelligunt, non exuunt, Auctor non dubitat. Ostendit denique, quam ineptum sit & periculosum in re tanti momenti huic animi torpori & ignaviae indulgere.

Part. II.
cap. I.

In altera Operis parte de illis obstaculis, quae aliunde impiis ob- jiciuntur, Clericus dispicit. Inter haec agmen ducit illud, quod pro- fani homines videant, plerosque Christianos doctrinae religionique suae addictos esse, non quod a recta ratione veritatem eius sint edocti, sed quod levi quadam credulitate ad hoc ferantur. Hinc ergo impiis oc- casionem enasci asserit, totam doctrinam coelestem ludibrio habendi.

Ad ut

Ast ut evincat, perperam eos agere, falsum esse ait, quod religio Christiana ejusmodi credulitatem ab hominibus exigat: Fidem vero, quam requirit, longe aliud quid esse quam credulitatem: Ad illam enim accuratam rerum inquisitionem requiri, unde causæ firmissimæ oriantur, quæ assensum demum a nobis impetrent: Hinc non mirum esse, quod pauci admodum vera præditi sint fide. Paucos enim in veritatem ita ut par est inquirere: paucissimos suis ad vitia propensionibus in gratiam veritatis nuncium mittere paratos esse. Atque hæc ita se habere, Christi & Apostolorum exemplis probare annuitur, quos tantam fidem exegisse dicit, quæ certis & indubitatis rationibus inniteretur. Cum vero videat objici posse, homines simpliciores fidem tamen habere, licet in causas rerum penetrare nequeant, ut hinc se expediat, admodum operosus est. Pleraque tamen huc redeunt, quod non temere aliquis adeo stupidus sit, ut non præcipua argumenta, quibus Christianæ religionis veritas innititur, assequi possit.

Præterea cum experientia proh dolor! doceat, apud paucissimos Christianorum doctrinæ respondere mores, adeo quidem ut qui maximo ardore pro defendenda Christianæ religionis veritate incensividentur, omnium minime sanctissimas ejus præceptiones observent, novum hinc argumentum credere nolentibus ad suam impietatem aut defendendam aut excusandam suppeditatur. Existimant enim, Christianis nihil aliud constitutum esse, quam religionis specie & sibi & aliis imponere. Ad hoc respondet, primo, multos omnino esse, qui religione Christiana ut instrumento suis litandi cupiditatibus utantur, cum interim de veritate illius nullo modo persuasi sint. Sed hoc hominum, non religionis vitium esse. Deinde regerit, sapius fieri, ut sectus homines agant, quam agendum esse sciant credantque. Unde fieri posse, ut nonnulli de veritate Christianæ religionis persuasi sint, & nihilo secius ejus præcepta migrent. Tandem & istud reponit, omnium confessione iniquum esse, leges civiles ideo malas vocare, quod male observentur. Ergo, inquit, religioni Christianæ fraudi esse nequit, quod a suis sectatoribus sapius violetur. Fatetur porro, sapius fieri, ut zelum ignorantia comiteretur, quin ut quo crassior ignorantia est, eo ardentiori zelo homines inflammentur. Sed vero cum & hoc ex ipsa Christiana religione non fluat, ineptum profecto fuerit ei hoc imputare.

Mm 3

Non

Non minus vero & inde profanorum hominum impius error & robur & incrementum accipit, quod videant plerosque Christianæ religioni addictos esse, pietatemque præ se ferre, eo quod ad cupiditates suas explendas, illorum interfit ut ita se gerant. Præcipue vero sacri ordinis viros, quos tamen aliis præire exemplum decebat, non raro ita se gerere animadvertunt, ut voluptati, aut ambitioni, aut avaritiæ, aut alii vitio eos litare quis facile intelligat. Accedere ait, quod postquam per varias artes munus suum adepti sunt, statim redarguere impios aggrediantur, cum ad nihil minus apti sint, hisce semper sibi persuadentibus, eos nunquam serio illud credere, quod ab aliis credi cupiunt. Hoc Damasi Romani Episcopi exemplo, ab Ammiano Marcellino memorato, comprobatur. Addit denique, quod in plerisque cum morum perversitate magna Theologicarum rerum conjuncta sit ignorantia. Hinc quidem & illud evenire autumat, quod dissentientes nullo modo tolerare velint; quod non commissuri essent, si quid amor sit, quem tantopere suis commendat Servator, intelligerent. Hi ergo cum impiorum oculis maxime expositi sint, fieri temere secus non posse concludit, quam ut in viti quoque illorum impietatem alant foveantque. Nihilo secius perperam agere incredulos, dum pro impietate hanc argumentum capiunt, porro Auctor demonstrat. Namque quod ista Ministrorum vitia ipsi religioni tribui nequeant, vel inde constare putat, quod in prima Christianæ Ecclesiæ origine longe alii horum hominum fuerint mores. Ecquid vero, inquit, Apostolos ad munus suum obeundum allicere poterat? Vincula credo, virgæ, supplicia, exilia, & summa, quam semper comitem habuere, paupertas. Equidem crescente sanctiori isto hominum cœtu, qui doctrinam Evangelii amplectebantur, certi reditus iis, qui rebus sacris operarentur, tribui sunt: nec male sane, iudice Nostro. At quod hinc multi ad res sacras tractandas animum adjiciant, solum ut istis reditibus sibi frui liceat, id licet illorum pravitatem arguat, doctrinæ cœlesti ne utique fraudi esse potest. Si qui ergo per varias artes in sacrum munus se ingerunt, hi quidem fatente Auctore parum idonei sunt ad impios redarguendos, sed hoc illorum, non doctrinæ, quam profitentur, vitium est. Quemadmodum & ignorantia hisce solis vitio verti potest. Hic vero iterum de tolerandis dissentientibus Auctor disserit, & probare annititur, illos qui hodie secus sentientes tolerare nolunt, ab Apostolorum & doctrina & moribus procul abesse.

Hinc

Hinc aliud argumentum impiis subministrant funesta Christianorum dissensiones, & de variis Christianæ fidei capitibus certamina. Si enim, inquirunt, hæc religio cœlitus esset demissa, sane sine dubio melius homines de ea inter se convenirent. Jam vero pro Eridos quodam pomo non potest non haberi. Si Mahumedanus vel maxime transire ad Christianorum sacra vellet, quam quæso sequi deberet sectam? Se enim solos sapere, ceteros errare, omnes clamitant. Prope hic ab impiorum sententia abesse Auctor credit, qui hanc sectarum diversitatem videntes, tutissimum esse putant, sine examine eam amplecti religionem, in qua quisque educatus fuit. Sed ut hoc etiam ariete nihil proficere incredulos ostendat, statim negat recte ita concludi: Christiani inter se dissentiunt, ergo illorum religio non est divina. Quod eo evidentius esse putat, quia Christus Servator tales dissensiones futuras prædixit. Nec proficere quicquam impios contendit, dum asserunt, parum tamen decere religionem divinam, tot excitare dissensiones. Etenim quod ipsa religio per se hæc dissensiones non gignat, nemini dubium esse docet. Nihil enim magis quam discordiam & certamina execratur. Neque a Deo quæquam sanæ mentis hoc exigere posse addit, ut in religionis Christianæ gratiam, modo quodam communem naturæ ordinem excedente hæc dissensiones impediatur. Quod vero istud attingat, dum dicunt increduli, si vel maxime Christianam quis amplecti doctrinam velit, eum tamen non posse decernere, quam præ ceteris eligere sectam debeat, respondet Noster, esse quædam communia totius religionis Christianæ capita, in quibus homines, cujuscunque sectæ sint, consentiant. Hæc autem capita, ex mente Auctoris, huc fere redeunt: mundum a Deo esse conditum; manifestasse Numen qua ratione coli velit, & præcepta, quibus mores hominum formentur, dedisse; præmia probis, impiis æternas esse destinatas pœnas; Christum ejusque Apostolos a Deo esse missos, mortuos resurrecturos, & in ultimo universalique iudicio singulorum hominum facinora discussum iri. In his cum juxta Auctorem summa religionis Christianæ consistat, & vero omnes in hisce capitibus, ut patet, consentiant, jam nullo modo dissensiones Christianorum obtentur sum ab impiis posse concludi. Si qui ergo sint adeo stupidi, qui hæc elementa percipere nequeant, interim moribus integris sint præditi, se nihil de horum salute pronunciare posse ait: si qui

si qui autem hæc capita doctrinæ Christianæ teneant, interea eo non polleant iudicio, ut momenta quæstionum, de quibus disceptatur, expendere & in veritatem inquirere queant, eos ita demum recte sibi consulere, si nulli sectæ accedant, sed suum de hisce capitibus iudicium suspendant. Qui vero vel mediocriter sapiunt, illis, ut Noster existimat, haud adeo difficilis labor subeundus est, ut discipiant, quænam ex hisce, quæ Christianum orbem in partes trahunt, sectis a veritate magis discedat, aut ad eam accedat propius.

Cap. V.

Sed nec aliæ defunt improbis, quæ ad causam suam exornandam arripere & possunt & solent. Religionis inquirunt, divinæ & cœlitus demissæ hæc debebat esse indoles, ut per totum genus humanum se diffunderet, & orbi universo magnam præberet utilitatem. Ast hæc secus, ita pergunt, in Christiana religione se habent. Hæc paucis innotuit, & illi quibus innotuit, præcepta ejus male observant. *Varia hic respondet Auctor.* Primo licet religio Christiana non uno eodemque tempore per orbem universum fuerit propagata, sufficere tamen quod omnes homines ad eam admittantur: quod secus in religione Judaica fuerit. Et sane quod nondum omnes gentes sacris Christianorum sint imbutæ, id penes ipsos Christianos stare, quorum in dilatandis regni divini finibus ignavia, iudice Auctore, neutiquam est excusanda. Eos vero, qui modo quodam singulari a Numine totum orbem ad Christianorum sacra adducendum esse putant, admodum ineptos esse existimat: interim non negat, fieri adhuc posse, ut totus quacunque partet orbis nomen det Christo Seryatori. Quod Christianorum paucissimi ad religionis suæ præscriptum suos componant mores, non diffitetur: ast religionis hæc vitium esse, iterum abnuat. Interim ex religione Christiana hanc ad homines redigere utilitatem docet, quod saltem longe honestioribus moribus vivatur, quam olim Ethnici vixerunt.

Cap. VI.

Solent & istud obtendere homines profani, quod argumentis, quibus impugnari doctrinæ Christianæ veritas solet, male ut plurimum fiat satis. Hinc statim in eam ingrediuntur sententiam, totam religionem Christianam lubrico inniji fundamento. At errant, iudice Clerico. Primo enim cum vident quosdam ex suis hypothesis sibi satisfacere non posse, statim inquirere deberent, num horum doctrina conveniat cum doctrina Apostolorum. Quod si face-

rent,

rent, ut plurimum rem secus esse comparatam deprehensuri essent. Deinde nihil infrequens est, veritati admixtos esse errores. Ergo si nonnulli ejusmodi doctrinas fovent, quæ cum veritate conciliari nequeunt, neutiquam tota religio Christiana hinc rejicienda est. Denique & istud accedit, quod veritas non desinat esse veritas, licet male defendatur. Ad exempla dum descendit Auctor, inter errores Theologorum, qui impiis impedimento sunt, quo minus credant, præcipue illum refert, quod rationis limites nimis coerceant, & quod doceant quædam nobis injuncta esse, quæ cur injuncta sint, non alia ratio reddi possit, quam quod Deus hæc ita voluerit; de quibus prolixè ita disserit, ut quantum potest, hæc doctrinas exagitet.

Interim non diffidetur Auctor, ex ipsis religionis Christianæ Cap. VII. capitibus dubia quædam enasci posse, quæ forte imperitioribus haud adeo levia videantur. Ast duplicis generis dubia esse, quæ in scientia aliqua oriri possunt, addit. Nonnulla enim principia scientiæ non evertere: alia autem demonstrare doctrinam, quæ profertur, scientiæ nomine indignam esse. Dubia quæ religioni Christianæ opponuntur, ad priorem classem refert. Ergo si quis vel maxime dubium sibi obiectum solvere nequeat, interim videat argumenta, quibus veritas Christianæ religionis probatur, per istud nondum everti, ita hinc se expediet ut asserat, de re, disceptari, quæ sibi nondum satis cognita sit & explorata. Præterea ad nonnulla dubia diluenda sufficere cognitionem duarum aut trium propositionum: alia ita comparata esse, ut per longam multarum argumentationum seriem prius decurrendum sit, quam rite explicari possint. Si dubia posterioris generis proponantur, neminem, nisi qui harum rerum plane ignarus est, exigere posse, ut paucis solvantur verbis. Impiorum autem dubia, quibus impugnant religionem Christianam, maximam partem hinc oriri docet, quod aut principia quædam falsa illorum occupaverint mentes, aut ridendi vel disceptandi, non autem inquirendi in veritatem animum ad harum rerum tractationem adferant. Hæc postquam in genere monuit, exempla duo affert, de creatione & revelatione. Hæc enim doctrinæ Christianæ capita plurimum habere difficultatis non diffidetur; interim ea ita explicare annitur, ut cuilibet constare possit, cum recta ratione ea plane convenire.

Postquam hæc ratione obstacula, quæ improbos impediunt, quo

Na

minus

minus divinæ doctrinæ fidem adhibeant, removit; ipsam religionis Christianæ veritatem duabus epistolis exponit, quarum prior sinceritatem Apostolorum evincit, & jam ante decem annos luci publicæ exposita est: altera autem, quæ de miraculis dispicit, ex opere majore, quod Auctor de natura Spirituum composuit, excerpta.

Epist. I.

In priori itaque epistola primo ponit, Christianæ religionis veritatem a notitia quorundam factorum pendere. Hinc sic procedit: Si quis summam doctrinæ Christianæ, prout Auctor eam exhibet, contempletur, primum sine dubio in eam ingredietur disquisitionem, quinam demum fuerint hujus doctrinæ auctores? Eundo ergo per omnia secula, ex certissimis Historicorum monumentis non poterit non intelligere, ab Apostolis eam orbi fuisse impertitam. Quod si porro dubitaverit, quid induxerit Apostolos ad hanc doctrinam spargendam, statim deprehendet, eos, quoniam de veritate ejus fuerunt convicti, aliter facere non potuisse. Hoc vero quod ita se habeat, probari primo, quia Clemens Romanus alique scriptores veteres testantur, eos innocentissimos integerrimosque mortalium fuisse. Deinde quia in scriptis eorum nihil occurrit, nisi quod virtutem, honestatem, summamque probitatem ac sinceritatem spiret. Præterea quoniam nec avaritiæ, nec ambitioni, nec voluptati, si vel maxime hisce vitis laborassent, hoc instituto potuissent ullo modo litare. Ceteras rationes, quæ ejusdem fere indolis sunt, prætermittimus.

Epist. II.

De miraculis in altera epistola Auctor ita disputat, ut primo quid miraculum sit, definiat. Nimirum si quid miraculi nomen promereri debet, illud, judice Auctore, naturæ leges potentiâque corporum & animæ humanæ excedat, necesse est. Præterea requiritur, ut qui miraculum perpetrare cupit, hoc eventurum ante sciat, ne casus fortuitus miraculi speciem induat. Hæc dum prolixius profequitur, cum primis profanos homines sibi refellendos sumit, qui negant sciti posse, an naturæ legem aliquid excedat, cum intimi naturæ recessus nemini fere cogniti sint & explorati. Hinc veritatem miraculorum a Christo perpetratorum evincit, & quod nulla ratio sit, quare Scriptoribus, qui ea se vidisse testantur, denegemus fidem, probat. Ad causam miraculorum dum progreditur, ea tum a Deo tum ab Angelis fieri posse, autumat. Ad veritatem autem religionis Christianæ probandam parum nostra referre, sive Deo, sive Angelis ea tribuas. Necesse quippe est, ut Ange-

ut Angeli boni intelligantur, cum nemo sibi persuasurus sit, malos hac ratione veritatis cœlestis propagationem promovere voluisse. Tandem quo pacto vera miracula a falsis discerni possint tradit, aliasque quæstiones ex suis principiis solvit, finemque operi imponit. Nos vero id dissimulare neutiquam possumus, multa subinde in hocce libro occurrere, quæ digna sunt, ut diligentius a viris piis & cordatis discutiantur; ut taceamus Auctorem placitis religionis, cui addictus est, subinde inservire. Nos summam operis historico more exhibuisse contenti, censuram Lectoribus merito relinquimus.

INNOCENTIA VINDICATA, IN QUA GRAVISSIMIS ARGUMENTIS e S. Thoma petitis ostenditur, Angelicum Doctorem pro immaculato conceptu Deiparæ sensisse & scripsisse.

• Typis Monasterii S. Galli, 1695. in fol. Alph. 2. plag. 10.

Multos sane propugnatores habuit immaculata B. Virginis Mariæ conceptio, adeo ut Simon Santagata, Canonicus Bononiensis, in altero suorum voluminum, quæ in istius gratiam conscripsit, sex millia Auctorum eandem defendentium recensuerit. Sed cum a præstantissimi nominis Theologo Pontificiis equidem partibus alias adducto, circa hanc doctrinam tamen negativam amplectente, D. Thomam illorum e censu eximi videret Tractatus hujus Auctor, (quem esse accepimus Reverendissimum hactenus Abbatem Monasterii S. Galli Dn. *Calestinum ex Marchionibus De Sfondrati*, inter Purpuratos Ecclesiæ Romanæ Patres nuperrime cooptatum, sæpiusque a nobis, quando eruditissima Ejus opera alia recensuimus, ex merito laudatum) operam in id impendit sedulo, ut contraria omnia demonstraret, & ipsum quoque Thomam vindicem Mariæ strenuum, quantum ad illius illibatam conceptionem, efficeret. Quamobrem loca primum illa cumulat, in quibus nudis planisque verbis pro hac pugnae Thomas videatur. Deinde varia ejus testimonia in medium adducit, e quibus possit colligi, quod mentem ille a communi hodie Romano-Catholicorum sententia minime alienam habuerit; veluti cum Virginem Mariam non futuram fuisse idoneam Christi matrem dixerit,

si aliquando peccasset; inde nempe concludendum autumat, quod eam non a veniali solum, sed & originali peccato immanem statuerit, quandoquidem posterius hoc multum priori utiq; sit indecentius. Quin imo ipsum Thomam affirmare innuit, ex eo, quod Ecclesia nativitatem Virginis celebrare soleat, credi, quod nata sit sine peccato originali, quippe eum hanc regulam veluti indubitatam conceperit: Ecclesiam non celebrare festum, nisi pro aliquo Sancto. Ac licet is e redemptione ad Mariam quoque spectante peccato originis infectam eam probare videatur, id eo quod, teu medicina morbum, ita redemptio captivitatem supponat; mentem tamen ejus hanc esse respondet, Mariam liberari debuisse non a malo ipso, sed a debito malum incurrendi: id quod ita succederit per redemptionem non curativam, sed preservativam, quam vocat, quamque D. Thomæ haud ignotam reperiri contendit. Mox ad Dominicanos quosdam Patres provocat, eosque immaculatæ conceptioni suffragari quam plurimis testimoniis ostendit; ipsos autem illos se ad defendendas Thomæ sententias juramento perhibet adstringere: unde satis manifestum esse ait, quod & istam a Thoma defendi credant, perjuria alias accusandi. Thomam porro annotat concedere, illam opinionem esse veram aliisque prævalere, quæ pro se Ecclesiam habeat; unde cum sententiæ de conceptione Mariæ, immaculata Ecclesiam favere ille neutiquam ignoraverit, eum quoque hanc pro vera agnovisse subsุมit, atque hac occasione simul calculum ab Ecclesia omnium seculorum lubentissime huic asserto tributum protrahere annititur. Non posse fieri miracula, nisi in testimonium doctrinæ veræ, Thomas edixerat: operosus ergo Eminentissimus Auctor est in enarrandis aliquot miraculis, quæ sententiam, quam statuminandam suscepit, confirmavit, atque isto pacto ex mente Thomæ sequi putat necessario, eam nulla ratione pro falsa debere venditari. Tacemus effata Thomæ alia, quæ Auctor pro assensu doctrinæ huic ab eo præstito adfert: nec opus est, ut, quæ ad dicta nonnulla Scripturæ Sacræ & quorundam Patrum adversus illibatam Mariæ ortum urgeri solita respondet, prolixè referamus, cum hoc ad primarium hujus libri negotium tantopere haud spectet. Istud vero magis heic significandum restat, quod ad allata Thomæ testimonia, in quibus is in aliam opinionem descendere dicatur, nihil fere aliud reponat, quam primo quidem, illa pleraque

cer-

corrupta esse atque vitiata; deinceps ubi hæc occurrat Thomæ thesis, *B. Virginem conceptam esse in peccato originis*, loqui illum ex sensu moreque Patrum antiquorum de conceptione corporis, non animæ, quæ tunc contingat, quando corpus animetur: Mariam autem ante sanctificatam fuisse, quam animatam, D. Thomæ non minus ac plurium aliorum sententiam communem vocat. Atque hæc in parte libri priori, quæ Theologicæ ea propter cognomen habet, posteaquam modo hæc recensito deduxit Auctor Reverendissimus, in posteriori, quam Symbolicam appellat, Emblemata sex & quadraginta æri incisa oculis contemplanda exhibet, quæ singula, quod ex subjecta cuius expositione constat, eo collimant, ut immaculatam, quam toties diximus, conceptionem illustrent. Videas heic (nonnulla enim in gustum Lectori dabimus,) Astrologos frustra maculas in Sole quærentes, cum lemmate: *absque nota*; Pyramidem perpendiculariter a Sole percussam, cum lemmate: *umbra procul*; Lilitum candidissimum ex lutosa terra, cum epigraphe: *nil matris habens*; Lucidiam, avem obscura etiam nocte lucentem, cum lemmate: *tenebra eam non comprehenderunt*. Videas olorem in medio aquarum siccum, cum inscriptione: *nec tingor ab unda*; Scirpum ad litus maris, cum inscriptione: *absque nodo*; Avem Paradisiacam, cum lemmate: *nihil coinquatum*. Simile ingenium elucet e reliquis, quæ huc transcribere universa, non est instituti nostri.

B. MARIE VIRGINIS IMMACULATÆ CONCEPTIONIS HISTORIA, cui accessit Alexandri VII Pape Constitutionis Examen ad Colonia & Herbipoleos Theologos directum, manu Friderici Ulrici Calixti, Regia Lusteræ Abbatis, Academia Julia Senioris & Professoris Primarii. &c.

Helmstadii, apud G. W. Hammium, 1696, in 4. Alph. I. pl. 19.

Quemadmodum tractatu præcedenti virum Ecclesiæ Romanæ principiis alias innutritum, sed circa immaculatam Mariæ conceptionem a vulgari ejus opinione abeuntem, occasionem dedisse diximus: ita huic etiam parando primam velut ansam ejusmodi aliquem subministrasse refert Henricus Wideburgius, celeberrimi Calixti in

Academia Helmstadiensis Collega conjunctissimus. In præfatione enim, quam Auctoris rogatu libro huic præmisit, natum esse eum innuit ex hujus colloquio cum primariæ nobilitatis ac dignitatis Viro religionis Pontificiæ, quem Pontificis supremam ac infallibilem in controversiis fidei determinandis auctoritatem submisit agnoscentem, quoad immaculatam autem B. Virginis Deiparæ conceptionem credendam aut negandam plus sibi tribuentem licentiæ ac potestatis Calixtus animadvertit, quam Alexander Papa VII, edita hanc in rem anno hujus sæculi sexagesimo primo Constitutione, suis indulserit. Insuper vero Auctor ipse indicat, quod post habitum hoc colloquium, sub fictis nominibus, sententiã Theologorum Colonienſium & Herbipolenſium de immaculata Mariæ conceptione fuerit expiscatus, & e responsis utrinque transmissis intellexerit, quod & illi eandem libertatem sibi tribuentes, Alexandrum VII non voluisse sententiã affirmantem ad fidem reducere existimarint. Quamobrem perficiendæ huic operæ sedulo incubuit, qua & integram controversiæ de immaculata Mariæ conceptione historiam paulo fufius explicavit, & fidei a Theologis jam modo memoratis Diplomati Pontificio admotas rescidit. Uti autem erudita passim accumulavit Auctor lemmata, quæ ad solidiorem hujus argumenti excussionem & accuratius ejusdem examen quoquo modo spectare ei visa sunt: ita sub ipsum statim initium ostendit, quod tantum absit, ut dogma præsens fide indubitata amplectendum, ut ne quidem probabile reputandum veniat. Etenim quod Maria sine peccato concepta non sit, patere affatim ex universalibus istis propositionibus, quæ toties omnes Adami posteros communi & consueto modo prognatos sub peccatum trahant, neminemque nisi Christum excipi patiantur. Argumentis vero ab adversa parte in contrarium urgeri solitis respondet, ac inter alia neutiquam ex Angelica salutatione, minimeque omnium ex miraculis & revelationibus, ad quas Pontificiorum quidam Scriptores provocare solent, quod probandum iis incumbat, sequi innuit. Sed antiquorum etiam ac probatorum Doctorum suffragiis immaculatam conceptionem hæud inanti monstrat; ubi imprimis aliquem ex Augustino, locum prolixè vindicat. Quid? quod ipsi hujus prærogativæ in Maria suspiciendæ propugnatores parum inter se conveniant, utpote quorum alii omne peccatum, quacunquẽ istud appellatione insignire velis, ab ea remo veant; alii sanctificationem a nati-

tate

tate demum accersant, & tamen ne sic quidem unanimes gerant sententias, his ad tempora exclusionem ex utero materno præcedentia, illis ad ipsum exclusionis momentum respicientibus; alii denique solum nulla actualia Deiparæ peccata agnoscant. Singularem autem classium affectis plures sese omni tempore opposuisse notat. Et a primis quidem qui recesserint, eos longo ordine ex Melchior Caño allegat; ac Dominicanorum in secundam classem se recipientium cum Franciscanis dissidia commemorat; contaminatam vero & insuper nativitatem Mariæ adstruxisse, atque ita Dominicanis longe ante, quam sua illi dogmata excuderent, contradixisse Anselmum, ArchiEpiscopum Cantuariensem, docet; ac tandem nec tertiæ opinionis patronos fundamento solido gaudere comprobat, qua ipsa in re deducenda dum paulo liberalior est, rationes immunitatem Mariæ a peccatis actualibus infringentes profert, atque etiam non una ejus peccata actu admissa ex Evangelicæ historiæ monumentis enumerat. Prout vero subinde hæcenus edocuit, quibus fatis hæc, ad quam utroque oculo in præsentis libro respicit, doctrina pro temporum vicissitudine usa fuerit: ita posteaquam a Thomæ Aquinatis atque Scoti ætate Dominicanos inter & Franciscanos nata fuerit æmulatio, pressam modo illam, modo iterum emergentem conspici observat, quando eam aut mitior aut paulo asperior de Romanorum Præsulorum ore spirans aura afflaverit. Joannem nempe XXII ad deprimendum Ordinem Franciscanorum doctrinæ a Thoma & Dominicanis defendi solitæ velificasse notat, licet is opinionem vulgi contrariam parum frangere potuerit, quam præterea semper adjuverint Pontifices ex Ordine Franciscanorum ad Papale culmen evecti, quos inter Sixtus IV postremas haud tenuerit. Pium deinde V aliquem erga Dominicanos favorem declarasse, quod tamen ejus successoribus plane displicuerit; unde factum quoque, ut Jesuitis novum Franciscanis robur addentibus, sub Paulo imprimis V & Gregorio XV fatis iterum sententia prior extenderetur. Sed ex hac ejus facie summatim delineata ad tempora rursus antiquiora regreditur, & ubi mutua Dominicanorum & Franciscanorum odia exemplo quodam memorabili, quod Bernz Helvetiorum Ordinis prioris Frater laicus, Jetserus, dederit, ex Gilberti Burneti Itinerario verbis Germanicis fufe declaravit, Leonem X medicam huic malo manum admovere cupientem litem determinandam quidem censuisse, sed parum eum interim proficientem, exorto imprimis

mis Luthero, propositum hoc deposuisse refert. Cum autem postea Paulus III diligentē attendere iusserit ad Sixti IV diploma, atque proin illius constitutiones sub pœnis in iis dictitatis Tridentina Synodus non tantum innovaverit, sed ipsæ etiam norma fuerint Romanis Patriarchis post secutis, iuxta quam sua decreta direxerint, ideo eas cum diligentia accuratiori pensandas Auctor assumit, diplomatisque illius contenta non minus atque rationes latius examinat. Nondum autem quæstione definita, Philippum III & IV Hispaniæ Reges a Pontificibus Paulo V & Gregorio XV per splendidas legationes decisionem illius ait expetisse, sed frustra, cum promittuntur Regibus Catholicis gratificandi schismatis periculum represserit. Interim prohibuisse Paulum V, ne in ullis actionibus publicis B. Mariam conceptam fuisse in peccato originali assereretur; quod interdictum Gregorius XV ad privatas quoque dissertationes traxerit. Interea tamen, usque ad seculi jam inclinantis annum sexagesimum primum, unicuique vel in affirmantem vel in negantem partem descendendi æquam fuisse potestatem relictam, donec Alexander VII servitutem imposuerit credendi, animam B. Mariæ Virginis in sui creatione & in corpus infusione a peccato originali fuisse præservatam. Totum igitur hoc decretum Pontificium Lectori exhibet; quam parum tamen termini in eo positi probentur etiam ab illis, qui alias onera a summi Pontificis manu imposita libenter bajulent, in subsequētib; manifestum efficere laborat. Et heic literas super quæstione: an hoc dogma creditu sit ad salutem necessarium? a se sub fictis nominibus ad Theologos Colonienses & Herbipolenses missas, una cum responsis ad eas redditis producit, horumque theses negativas sistit. Utriusque autem ad auctoritatem Alexandri VII provocatur, & quod ille immaculatam Mariæ conceptionem nētiquam pro dogmate creditu ad salutem necessario haberi iusserit, innuitur. Verum heic prolixissime contrarium defendit Auctor, & ex potissimis decreti illius locutionibus distincte atque aperte omnium ob oculos ponit, quod datis his responsis Theologi antea allegati sententiæ Pontificis e diametro contradixerint. Cæterum nostri instituti ratio ferre istud haud videtur, ut presso ubivisa pede Auctorem insequamur, quin ad ipsius potius libri lectionem clarior hæc nosse cupientem remittimus, addita simul hæc sponsione, quod præter ipsam diplomatis expositionem atque vindicationem, jucundi patet ac pulchri excursus, quos sæpius suscepit Auctor, non mediocrem ei volupta-

voluptatem allaturū sint. Satis vero his partibus defunctus Noster, ulterius Theologis illis, qui istam ipsi informationem suggererant, insignia illa privilegia opponit, quibus immaculatæ conceptionis assertio fruatur, quæque sane dogmati, quod non de fide sit, alias haud competant. Institutum namque immaculatæ conceptionis festum urget; urget juramentum, quod super ea in Viennensi Academia singulis Professoribus præstandum sit; quæ consuetudo & in Schola Parisiensi obtineat. Quinimo ut amplius evincat, quod isti Doctores frustra negaverint, dogma hæc ab Ecclesia Romana haberi pro articulo fidei firmissimo assensu amplectendo, hinc plura Scriptorum talium, qui post decretum istud publice emissum suos libros evulgarunt, testimonia coarctat, quibus in idem fastigium immaculata conceptio evehat; sed nec prætermittit effata similem ad scopum collimantia illorum Auctorum, quorum scripta ab ipsis olim Colonienſibus solenniter approbata deprehendantur. Cum igitur satis se hoc pacto evictum dedisse arbitretur, quam iniqua fuerit illa Alexandri VII definitio, minimeque dubitet, quin hoc agnoverint Colonienſes cum Herbipolenſibus, (licet interim satius duxerint aliam decreto ejus mentem affingere, quam quod sentirent, libere profiteri,) jam cogitat de consilio ipsis impertiendo, quomodo hæc sententia de immaculata Virginis conceptione fide necessaria tenenda ex animis hominum quam optime rursus queat evelli. Nimirum sicut institutum in memoriam istius conceptionis festum pro validissimo habet medio, quod dogmatis controversi canonizationem introduxerit: ita maculam hanc, quam putat, ab Ecclesia contractam melius elui non posse censeat, quam si illud sensum in desuetudinem venire faceret. Qua occasione elegantem pariter ac eruditum discursum inserit de festis quibuscumque; in honorem & memoriam Mariæ celebratis, usque aut in Lutherana etiam Ecclesia justis de causis retentis, aut a Pontificiis ex fundamento levi vel plane nullo institutis, aut ab iisdem abusibus quibusdam coinquinatis. Agit ergo de festo conceptionis, quo de jam dictum, immaculatæ; de festo annunciationis; de festo purificationis, ubi multa legas de ritu Pontificio consecrandi in eodem cereos; de festo septem dolorum B. Mariæ; de festo visitationis; de assumptionis festo, quod etiam dormitionis, transitus, & a rosis atque liliis, quibus Maria comparetur, herbarum festum audiat, magnaque præ aliis sollemnitate celebretur;

de festo spasmi Mariæ, quod originem debeat antiquæ traditioni, Matrem hanc Servatoris, ubi Filium sub crucis pondere sudantem anhelantemque conspexerit, spasmo correptam animique deliquium passam concidisse. Quibus post alia interjecta adjungit festum præsentationis seu oblationis Mariæ, quod & ab aliis festum incunabulorum Mariæ appelletur, & exinde suam sumserit originem, quod Mariam trimulam in Templum Hierosolymitanum deductam, & in Sancto Sanctorum per annos undecim relictam fuisse, nonnulli asseveraverint. Atque e festis ad hunc modum recensitis istud, quod septimum locum occupat, in Ecclesia Romana abrogatum dicit, & ex eo infert, quod pariter immaculatæ conceptionis Mariæ festum antiquari haud difficulter possit; sicuti & alias conditiones insinuat, quibus festis olim observatis terminum figere concessum sit; imò quod in talibus, quorum introductio origine minus idonea nitatur, fieri hoc omnino debeat, contendit.

ANDRÆE ALCIATI CONTRA VITAM MONASTICAM AD Bernardum Mattium Epistola. Accedit Sylloge Epistolarum Gifanii, Vulcanii, Brabei, Seriverii, Pontani, Vossii, Sibrandi Siccama, Gronovii, Boxbornii & aliorum; nec non vetera aliquot Testamenta. Edente ANT. MATTHÆO.

Lugd. Bat. apud Fr. Haaring, 1695. in 8. plag. 38.

Magna inter Jurisconsultos non modo, verum etiam humaniorum literarum & elegantioris doctrinæ cultores, fama *Alciati* nomen fertur, ejusque de bonis literis merita suspiciuntur, maximoque in pretio eloquentia habetur; quam inter Jurisconsultos superioris ævi primus excoluisse, inque ea *Duareno*, *Baldino*, *Cujacio* & aliis præluxisse censeatur. Dolendum igitur, inter opera ejus Lugdunæ A. 1560 evulgata Epistolas non comparere: quas neglexerunt etiam in aliis clarorum Jurisconsultorum (præterquam *Ulrici Zasii*) voluminibus congerendis istorum editores. Neque enim dubitare licet, iisdem eloquentiæ luminibus eas præcelluisse, quibus reliqua doctissimi juxta ac disertissimi Viri scripta sunt insignita. Vel ex una hac, sed luculenta & diserta Epistola, quæ beneficio doctissimi Jurisconsulti,

A. Mat-

A. Matthæi, qui e Scripnis P. Scriverii eam fuerat nactus, jam primam publicam lucem adspicit, abunde id cognoscimus: etsi ea non juridicum, sed sacrum potius exequitur argumentum; & quia religioni, cui iannutritus erat, & cui addictis in locis jus profitebatur, adversatur sententia ibi exposita, occulte & sub silentii religione ad amicum perscripta est. Nimirum postquam Bern. Mattius, eruditione perpolitus, comis, facundus, suavibusque moribus & acri ingenio ac insigni probitate præstans, relictis amicis & domesticis, matre cum primis vetula & in re parum lauta versante posthabita, in cœnobium Jacobi anno ætatis XL se contulisset, & in Minoritarum familiam, animo vestituque mutato, transisset; indignitate propositi hujus permotus Alciatus, Epistolam hanc ad ipsum perscripsit, rationibus, argumentis, persuasione, precibus denique cum oppugnans, & monasticæ vitæ, ut quidem tum ea vivebatur, perversitatem disertis verbis prolixè ob oculos ponens. Quo quidem in argumento vivam ac spirantem Erasmi Roterodami imaginem refert Alciatus, desidiosam orbiq; inutilem Monachorum vitam passim insectantis, falsisque dictis perstringentis: quam & alii qui reprehenderent, & a primo cœnobiorum instituto degenerasse ac descivisse monasticam otiose vivendi rationem notarent, omni xv^o extiterunt pii & docti viri. Sane qui primitus Ecclesiæ se associarant, aliud vitæ tenuisse institutum, Noster observat. *Qui ei, inquit p. 10. nomen dederant, a vitis abstinebant, nullius delicti rei habebantur, & tamen si certa lege, quo minus uxores ducerent, non prohiberentur, nibilo tamen secius rari ducebant. Indifferentis vitæ erant, sicuti & habitus. Qui ex eis melior haberetur, in Episcopum creabant. Mores & vita sanctitas, non pecunia aut nobilitas, conspiciebantur. Ex his tot sunt martyres propagati, tot confessores &c. Et paulo post p. 13. Quoniam illorum virtute jam res Christiana mirum in modum creverat, & jam Constantini lege templa sua pagani claudere erant iussi, unusque Christus omni in orbe cantabatur; fuere qui secessum amaverunt, unde monachi dicti sunt, quorum institutum ita Hieronymo placuit Rufinoque, ut in hoc albo nomen dederint. Non erant hi, quales nostri temporis, furva tunica induti, capus cucullione tecti, solitarii a laicis, inter feminas frequentes, carnem perosi, pastillos, scribitas, placentas, pisces preciosissimos comedentes, latifundis ditissimi; sed qui vestimentis in promiscuo genere uterentur, divitias contempnentes, solius Dei laudibus insisterent, sudare alioquin suo vitiantes*

vilitantes; quippe qui legerim, eorum aliquot vili mercede tamentum & terram bajulare solitos, qua se alerent, & ut quod superflueret ceteris inopibus largirentur. De Ordinibus postea a Benedicto & Francisco optimo consilio institutis, p. 14, 15. disserit, ac Bonaventuram habitum vestis, quo hodie Franciscani utuntur, inuenisse, Bernardinum Sanensem calopodia addidisse p. 16. observat, aliaque hominum ab ingenio subinde adinventata, vera in Deum pietate posthabita: Cynicis eos p. 19, & Essenis p. 21, 22. comparat; laborem tamen, a quo hi neutiquam alieni fuerint, istos odisse & subterfugere, p. 23: eleemosynas etiam, quibus tamen plurimis ipsi fruantur, nemini præstari ab iis, p. 26. 30: conjugio prorsus iis interdictum esse, p. 27: proximi, quin & ipsorum parentum necessitati subveniri ab iis non posse, p. 30 improbat. Solitarium vitæ genus non optimum esse, p. 34. ostendit: nec jejunia magnam adeo apud Deum gratiam mereri, p. 41: longe majorem laudem apud homines & gratiam apud Deum adipisci eos, qui non peccant, quam possint; quam qui peccandi facultate sunt destituti, p. 43: ac proia utcumque arduum sit, ut diu quis bonus esse in magna male faciendi occasione perseveret, maxime tamen & tanto magis esse laudandum, p. 45 docet. Paupertatem Monachorum, qua Christum se imitari iidem credant, non adeo prædicandam esse, p. 48. existimat, quum ea adigente multa perpetrentur, quæ nec viris bonis conveniant, nec quicquam honoris Ordini eorum præstent, p. 51. Studiis bonarum artium monasticam vitæ rationem parum convenire, p. 53. ostendit, quod id genus hominum eo doctiorem existimet, eo meliorem, quo quis ab elegantioribus litteris magis abfuerit, p. 55: quum tamen, quo quis gravior est in divinis Scripturis auctor, eo & mundiore. & castigatiore stilo fuerit usus, p. 56; ipsi autem loco sanctorum & disertorum Patrum, Augustini, Ambrosii, Nazianzeni, Chrysostomi, ineptissimos indoctissimosque scriptores evolvant, pag. 54. 58. Tot magnificas porro substructiones & splendidissima ædificia, amplissimaque prædia & lautas possessiones, quibus Franciscani gaudent, paupertati quam jactant parum consentire, p. 59. 60. 61. annotat, nec ambitiosos titulos, quibus superbiunt, & ad Angelorum dignitatem tantum non Ordinis socios evehant, ipsos decere p. 62: istud autem execrabile esse, quod Christo parem Franciscum faciant, p. 67. affirmat. Quibus expositis, Mattiam hortatur p. 68, ut de sententia vitam monasticam festandi decedat, &

dat, & quia annum probationis adhuc agat (p. 70.) neque ulla lege intra hunc teneatur constanter isti vitæ generi insistere, ad prius vitæ genus redeat, quod Deo longe sit grâtius.

Huic Alciat epistolæ prolixiori, attekuit doctissimus Editor breviores, a doctis viris de variis argumentis, quorum tamen nullum ab humanioribus & cultioribus literis alienum est, perscriptas, e quibus nonnulla delibabimus. Janus Gruterus in araneæ descriptione exemplar Principis absolutissimum proposuisse dicitur p. 84. Joh. Wouweriam Romæ religionem Lutheranam ejurasse, p. 86. Justum Lipsium in notis ad Tacitum scripsisse Mureti & Chiffleti compilasse, p. 87. A Boxhornio Rempubliam Moscoviticam, Platonicam item & Aristotelicam descriptam esse, p. 99. 131, 191. Triglam, Vandalorum Deam, eandem fuisse quæ Hecate, Diana, Luna, Proserpina Romanorum, p. 102. Cur nullus piscicæ sacer fuerit, traditur p. 103, 105. Curtium Taciti imitorem esse, p. 109, 167, 168, 200, 201. Ludos judenses Belgis usitatos non a Julio Casare, quod plerisque visum, p. 113, sed a mense Decembrè & Januario, juxta Bedam, ob Solis conversionem *Julianæ* dictos p. 71. *Novæ* particulam Græcorum interdum *amabo, eia, quæso*, significare; & ita accipiendam Apoc. cap. ult, v. 20. Matth. XV, 27. Philem. v. 20, p. 125, 126. Cluverium in sententiis suis audaciorum esse, p. 133. Gothos non eosdem esse cum Getis, p. 146. Lucretium, Venerem dum principio operis invocat, non Deam, sed voluptatem corpoream intellexisse, p. 163. Ecclesiam pro templo, seu loco in quo conveniunt, qui ad cætum Christianum pertinent, ante Tertulliani ætatem non dictam esse, p. 170. Saccharum nostrum & veterum unum idemque esse, p. 207. Cur Jovi Ammonæi cornua tributa fuerint, p. 212, 316, 368. Quæ dea Epona fuerit, p. 226. Cuntium sub Trajano scripsisse, p. 230, 260. Gothos, Gutas, Vitas, Guthones, Vitungos, Juthungos, Jutlandos esse eosdem, p. 253, 254. Vendos etiam & Venedos, Hænetos, Vandalos haud esse diversos, p. 265. Estritham prius Duci Richardo, dein Ulfoni nuptam fuisse, p. 274, 278. Suenothanem non unum modo filium Canurum, sed præter hunc etiam Haraldum habuisse, p. 274, 279. Gisclam sive Ulvildam, conjugem Ortulphi Saxonum Ducis, non filiam sed sororem Magni fuisse, p. 281. Hermani Electoris & Archiepiscopi Coloniensis reformationem in religionis Ordinibus Trajectensibus vehementer displicuisse, p. 285. Pestanus,

& Vibonensis apud Macrobiū, portuum vel potius sinuum maritimorum, non hominum esse nomina, p. 257, 312. 113. Pygmæos hodie dari, nec extitisse unquam, p. 357. Saxonem Grammaticum Valerii Maximi imitatoreū fuisse, p. 373. seq. 413, 434. Marobodui & Arminii dissidia magnosui Romanis, nec minori damno Germanis extitisse, p. 385. seq. Petulantes apud Ammianum Marcellinum & in Notitia Imperii, esse Brabantiaē populos, Pelandos vel Pelanders dictos, p. 389. Basilicam D. Virgini sacram apud Ultrajectinos, auspiciis Henrici IV Imp. a Conrado Episcopo anno 1081 ædificari cœptam, anno 1099 absolutam fuisse, Episcopo isto per architectum Frisonem perfide trucidato, cujus rei causa narratur p. 409. seq. Vossii filiam Corneliam fracta glacie submersam fuisse, p. 441. Adrianum Cardinalem, postea Pontificem factum, singulari amore Ultrajecti, ubi natus erat, captum fuisse, p. 449. Plura ex Epistolis decerpenda non duximus, Lectorum industriae reliqua relinquentes.

Subiecta autem iis sunt nonnulla ex antiquitate monumenta haud contemnenda, ut Cornelii Adriani Minoritæ, ob vehementes & ridiculas conciones, nec non foeminarum castigationes celebris epitaphium, p. 455. Ridicula de Halece tabella, versibus leoninis conscripta, e cœnaculo Caroli Geldria Ducis deprompta, p. 459. Pyrrhi, corpore valido & robusto præditi epitaphium, p. 461. Elb. Leonini Jurisconsulti clarissimi & Geldriae Cancellarii vitæ ratio, ab ipso exposita diferte p. 462; & tandem quindecim *Testamentorum* formulæ p. 469. seqq. seculo decimo tertio conditorum, quorum pleraque & potiora legata ad cœnobia & ecclesias collegiatas pertinent. Has eruditis annotationibus, e Jure & Historia petitis, illustravit doctissimus Editor, iisque ætate antiquiorum tabularum minus gratarum aliquin lectionem reddidit.

VERVOLG OP'T VOOR-HOF DER HEYDENEN &c.

Hoc est:

ATRII GENTIUM CONTINUATIO, FUNDAMENTA LEGIS

Mosaica cum sana ratione concilians, & contra Atheorum exceptiones ad fidem stabiliendam confirmans. Autore SALOMONE A

TIL, V. D. Ministro & illustris Scholæ Dordrasena
Professore.

Dordraci apud Dieter. Goris, A. 1696. in 4. Alph. I. plag. II.

Atrium

A Trium Gentium, quod ante biennium evulgavit clarissimus Autor, superioris anni mense Martio prolixè satis a nobis recensitum fuit. Itaque silentio obvolvère haud poterimus ejusdem Atrii continuationem: cujus tamen scopum, cum ex ipso libri titulo facile cuique sit cognoscere, pauca solum de via, qua ad illum pertendere ipsi placuit, nunc quidem erunt subjicienda.

Capite primo de usu & abusu Philosophiæ agit, quam postquam limitibus regulisve aliquot circumscripsisset, ita circumscriptam cum revelatione divina, Mosis præcipue facta, contendere aggreditur. Hinc capite II cognitionem, qua se ipsum unusquisque inuenit, & schola conscientiæ proponit, ita quidem ut primo loco argumenta, quibus homo de animæ suæ existentia & natura intrinsecus convincatur, adducat. Capite III de Deo agit, prout ejus notitia ex contemplatione animæ nostræ resultat; dum scilicet eum idea mentibus nostris impressa, secundum omnia attributa ejus, ex sententia scholæ Cartesianæ repræsentat. Quarto autem capite existentiam ejusmodi Entis, quæ: mentis idea nobis sistit, contra Atheos eadem methodo evincit. Jam vero capite V in Spinosam peculiariter arma animosque vertit, cujus universa morologia cum notissimo isti ejus principio, *Unam tantum dari substantiam, eamque esse Deum, reliqua que in sensus nostros incurrunt omnia, non substantias, sed substantia illius animus esse modos*, innitatur; isti evortendo omnes machinas admoveere constituit. Postquam igitur, quid propriè per substantiam intelligatur, quodve sit diversitatis duarum substantiarum fundamentum, ostendisset, substantiam cogitantem atque extensam diversas, non unam eandemque substantiam esse, applicatis antea allatis diversitatis fundamentis demonstrat, objectionesque quæ contra fieri poterant, diluit. Inde capite VI contra polytheismum gentilium disputat. Capite vero VII ad alteram cognitionis propriæ partem progreditur, qua ad corporearum rerum scientiam perducimur. Et hoc quidem capite rerum corporearum naturam & existentiam in genere, in specie vero corpus humanum, & hujus universi, sed paucissimis examinat. In sequenti autem cap. VIII opus creationis omnipotentiam Dei non excedere, contra infideles probandum suscipit, cujus providentiam capite IX satis prolixè vindicat. Capite X Deum nobis tanquam legislatorem sistit, & obligationem hominis, qua legi naturæ

naturæ subicitur, manifestam reddere studet. Hinc capite XI de bonorum præmiis, pœnisque malorum differit, quo cum omnino spectare videatur de animæ immortalitate & corporis resurrectione doctrina, eam capite ultimo pertractat. Corporum eundem resurrectionem humanæ rationi propria evidentiâ non innotescere fatetur; cum tamen Scripturâ eam promittat, possibilitatem ejus rationem sibi haud ægropati persuaderi contendit. Cum enim tria potissimum ad resurrectionem nostram requirantur, primum ex pulvere compingere atq; efformare corpus humanum; secundum talem corpori ita formato imprimere motum, ut exequendis animæ jussis reddatur idoneum; tertium deniq; unire illud cum anima, cui antequam in pulverem redigeretur, erat conjunctum: neutrum horum aliquam contradictionem involvere existimat.

ABREGÉ DE L' HISTOIRE D' AN-
gleterre.

i. e.

COMPENDIUM HISTORIÆ ANGLICANÆ.

Hagæ Com. apud Steph. Foulque, 1695. 8. Alph. I.

A prima origine, quantum per Historiarum monumenta licet, res Britannicas Auctor repetit, & eundo per summa rerum capita ad nostram usq; ætatem deducit. Hinc primo varias gentes, quæ Britanniam incoluerunt, priusquam Romanorum Imperio subiceretur, earumque Reges celebriores enumerat. Hisce Imperatores Romanos, qui Britanniam tenuerunt, a Cajo Julio Cæsare usque ad Theodosium, Regesque Anglo-Saxones & qui cum illis de rerum summa dimicaverunt, Danicos itidem, ac tandem Normannicos, qui ad Guilielmum usque, hodiernum Britanniarum Regem felicissimum potentissimumque regnarunt, subjungit, ordinemque temporum securus, quid sub quoque memoratu dignum gestum sit indicat. Cæterum cum ea tantum, quæ scitu maxime necessaria sunt, Auctor sectetur, ac in compendio exhibere instituerit, nihil temere afferri potuit, quod non in rebus Anglicis versatis cognitum aliunde sit & exploratum.

* (o) *

ACTA ERUDITORUM

publicata Lipsia

Calendis Julii, Anno M DC XCVI.

**JACOBI TOLLII INSIGNIA ITINERARII ITALICI, QUIBUS
consentitur Antiquitates Sacra.**

Trajecti ad Rheum apud Fr. Halmam & Gul. van de Water, 1696.
Constant Alphab. 1. plag. 5. in 4. chart. reg.

Lessus procul dubio canendus esset Viro de elegantioribus literis meritissimo, nisi loci potius in quo versamur, quam meritum ejus nobis habenda ratio esset. Fatendum interea est, eo tristiores ejus animis nostris, dum ultimum hoc opus ejus tractamus, obversari imaginem, quo altius varios casus, quibuscum per omnem vitam non tantum, sed ipso hoc, cujus fructus illud est, itinere constitutus fuit, nobiscum expendimus. Jam omnibus istis fortunæ hujus & mentis fluctuantis ætibus finem fata invenerunt: quæ sibi imminere præsentens, in ipsa hujus operis præfatione rebus mortalibus valedixit; gravissimo monito amicis, quos in Belgio hodie de lana caprina acerbissime, congestis in se mutuo inauditis convitiis, disputare conqueritur, velut testamento relicto, ut (verba ejus sunt) omisso inani fastu & invidia, tempora sua utilitati potius publicæ, quam mutuis animi irritamentis impenderent. Equidem ut tantisper saltem doctissimo Viro superstiti esse licuisset, cum omnibus eruditis optarem, dum totum illud opus, cujus fragmentum jam exhibemus, eniti potuisset. Succedere enim primo huic Insignium Itinerarii Italici, qui sacras Antiquitates continet, tomo, alterum jussurus erat, idque *Corpus Chirurgia Græca* veteris, e codice Misto Florentino descriptum, una cum Chemicis aliquot Poetis Græcis exhibiturum: & tertium etiam, qui literaria aliquot monumenta inedita, quæ ad sua cum maxime studia spectare arbitrabatur, debebat complecti

P p

plecti. Sed eos cum intercedens Viri obitus interverterit, nihil superest, nisi ut iis saltem, quibus licet, bene utamur.

Inter ea, (paulo accuratius enim nunc erunt recensenda) primo loco comparent Gregorii Nazianzeni τῶν Κυγνείων. Ἀσμάτων Ἀνέκδοτῶν, h. e. *Carmina Cygnea inedita*. Horum primum, idque prolixissimum, utpote quod versibus triginta & quinque supra octingentos constat, *de se ipso & adversus Episcopos* scripsit, qui fraude & avaritia sua Maximo deceptorum patentes, ab eo induci se fuerant passi, ut Episcopatum Gregorio abrogarent. Carmen istud, ut & reliqua hujus Patris hoc loco edita omnia, e Bibliotheca AUGUSTI CÆSARIS nostri deperitum est, jungiturque ei pariter ac cæteris versio Latina, qua Leunclavius jam olim ea donaverat, notis vero subjectis & textus & versio luculente illustratur emendaturque. Secundum horum carminum apologeticum est, adversus obrectatores, qui criminabantur Gregorium, quod Constantinopolitano Episcopatu exutus, Nazianzenum, aliquoties sibi oblatum, recusaret; id quod superbie ejus argumentum interpretabantur. Reliquorum argumenta indicare vix opus esse putavimus, utpote quæ brevium suspiriorum maximam partem faciem habent. Liceat ex iis adscribere vigesimum & ultimum, quod animam jam agens effudisse in inscriptione dicitur:

Ἄγγελοι ἀγγέληντες ἀπειρέσιον κατὰ κύκλον
 Τεσσαράκισ' ἰωτήτων, ὃ μὲν οὐλοῦσ', ἀμφιπέτοντες,
 Γρηγόριον δεξαοῦ' ἀνάξιον, ἀλλ' εἰρήνα.

Gregorii carmina excipit Euthymii Zigabeni liber contra Massalianorum, (quos & Phrygians, & Bogomilos, nec non Euchitas, Enthusiastas, Encratitas & Marcionistas dictos esse ait) hæresin, quem Ἐλευχόν καὶ Θελαμβόν, h. e. *Victoriam & Triumphum* inscripsit. Appendedicem esse hoc opus Panopliæ Dogmaticæ Euthymii, Lambecius jam obseverat. Nomina vero Hæreticis illis in inscriptione libri ab Euthymio liberaliter adeo donata, fuscè in notis Tollius explicavit: qui etiam existimat, totam illam sectam e Gentilismo pullulasse, & Zingarorum nostrorum ritibus fere vixisse, Christianorum vero Imperatorum temporibus invalescentis Christianismi nomen sibi quoque adscivisse. De eorum autem pernicioso errore ut eo amplius constaret, excerpta de iis e Constantini Harmenopuli libello de opinionibus, Hæreticorum notis hisce inseruit; quibus & ex Psallo nonnulla de con-

priviis

viviis nocturnis Euchitarum subjunxit. Istis omnibus uberius illustrandis facere possent, quæ e veteri codice MSo alibi forte representavimus. *Κεφάλαια τῶ τῶν Μασσαλιανῶν εἰσεβῆς δόγματῶ, ἀνακληθῆντα ἐκ τῆ βιβλίῃ αὐτῶν* : quæ ornandæ huic materiæ eo aptiora esse videntur, quod dubium fere nullum sit, per *Εἰβλίον* illud Massalianorum, e quo summa ista doctrinæ eorum capita deprompta esse dicuntur, eum ipsum intelligi, quem *Ἀσκητικόν* inscriptum dogmata eorum continuisse, Photius autor est Cod. LII. Ut vero ad ipsum opus Euthymii redeamus, constat illud Anathematismis XIV. Ex illis primum statim speciminis loco integrum hic exhibere placuit, quod ille, iudice Lambecio, (cujus aliquas in hoc opus notas, quas codici MSo alleverat, simul exhibet Tollius,) plane singularia quædam de Petro, sive Lycopetro, hæreseos Massalianorum primo auctore, nos doceat, quorum nec apud Epiphanium, nec apud Photium, nec apud Hermenopolulum vel alios Scriptores Hæresiologos ullum vestigium extat. Ita igitur ille habet: *Πέτρῳ τῷ Ἀρχηγῷ τῆς Μασσαλιανῶν, ἦτοι Λυκοπιτριανῶν, καὶ Φυλδαϊτῶν, καὶ Βογομίλων αἰρέσεως, τῷ Χριστὸν ἑαυτὸν ἀπαλάσσαντι, καὶ μετὰ θάνατον ἀναστήσειεν ἐπαγγελλομένῳ, Λυκοπίτρῳ δὲ διὰ τῆτο ἔπινομαθένῃ, ὅτι λίθοις δικαίως διὰ τὰς ἀπίστες αὐτῆ μαγγανίας καταχωρήεις, ὑπέλαστο μετὰ τρεῖς ἡμέρας τοῖς πονηροῖς αὐτῆ συμμύσαις ἀναστήσειεν, καὶ προσκαθήμενοις αὐτοῖς τῷ βδελυρῷ αὐτῆ λειψάνῳ, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἄς ὄγκος ἐν αὐτῷ δάμῳ ἐφάνη, τῆς σφοδρῆ τῶν λίθων ἐξερχόμενος, Ἀνάθεμα.* In secundo anathematismo pariter Tychico anathema dicitur, cui sacrarum literarum, & speciatim Evangelii Matthei tribuitur corruptio. Idem omnes de Deo Patre & Spiritu S. sententias ad spiritualem suum patrem traxisse dicitur. In anathematismo quarto mentio fit *ψευδοπτερά* & τῆ *Ἡουίε ὁμοίως* a Massalianis circumlatæ, in qua præter Trinitatem ab Orthodoxis agnitam, de alia quadam Trinitate, in supremo septem caelorum caelo sedem suam habente, multa temere jaçentur. Ex anath. VII patet, doxologiam ab Oratione Dominica rescussisse hosce hæreticos. Christopolitas vero eos sese appellari voluisse, anath. XII docet. Tacemus nunc, quæ de sacro baptisinate, de sacramento corporis & sanguinis Christi, de ædibus publico Dei cultui destinatis, & aliis hujusmodi ipsis objiciuntur, utpote quæ magnam partem ab Epiphanio, Theodoro & aliis etiam annotata fuerunt.

Triumphum istum Euthymii excipit Τάξις γνωμῶν ἐπὶ τοῖς αἰπὸ Μανιχαίων καὶ Παυλικιανῶν ἐπιστρεφῶσι πρὸς τὴν καθ' ἑαυτὸν πίσιν, h. e. *Formula recipiendi eos qui a Manicheorum & Paulicianorum heresi ad fidem orthodoxam revertuntur*. Descripta hæc quoque ab Autore e codice Vindobonensi fuit, ad cujus oram doctissimus Lambecius notaverat, in Euchologio Græcorum quidem jam editam eam esse, sed duplo auctius esse exemplar Vindobonense, (quamvis id quoque capite & calce mutilum inveniamus, quorum utrumque tamen ex Euchologio facile ipsi restitui potest) & singularia multa ad historiam Manichæismi facientia continere. Unde & Petri Siculi Historiam Hæreseos Manichæorum plurimum ex ea illustrari & emendari posse ceasebat. Ut rectius Formula hæc a Lectoribus intelligeretur, satis prolixam præcipuorum Manetis dogmatum recensionem Tollius in notis instituit, quibus tamen, utpote aliunde satis notis non immoramur. Minime autem vulgare est, quod ad illum hujus Formulæ locum, quo execrare jubetur ad Ecclesiam rediturus eos, qui Zaradam, & Budam, & Christum, & Manichæum, & Solem unum eundemque esse statuunt, annotavit. Nam ut de iis saltem pauca quædam dicamus, quæ de Zarada observavit, primo quidem plures hoc nomine existisse docet. Deinde varie apud varios autores hoc nomen scribi notat, dum alii *Zaradam*, alii *Zaradam*, alii *Zaradum*, *Zabratum* alii, nonnulli deniq; etiam *Nazarathum* (pro quo tamen *Mazarathum* potius legendum esse sibi persuadet, sic ut in *Ma* articuli speciem obtineat) nobis exhibent. Idem omnino etiam nomen esse credit *Zaroua*, quod Arabicum *Zaraba* esse, h. e. *omnium satorem*, sibi persuaserunt Viri docti, a quibus tamen dissentit Tollius noster. Ille enim cuncta ista nomina a voce *Zaeg* potius, quæ Hebræis זעג est, h. e. *oriens vel orientalis*, seu *claritas*, Græcè αὐγή, derivanda esse existimat. Hinc enim esse ait *Zaegis*, *orientalis*, & *Zapētis*, *Diana* Persice, apud Hesychium, eoque etiam spectare locum Theodori Mopsuesteni apud Photium, qui de *Zaradum* agens dicit: ὅν τ' ἀρχηγὸν πάντων τῶν αὐγῶν Ζαργάδης, ὃν τ' ἵχθυον καλεῖ; ubi pro *ἵχθυον* legendum esse *αὐγήν* Tollius existimat. Confirmat hanc emendationem, pariter ac etymologiam nominis *Zaradz*, quod bonus Manetis Deus lux fuerit, quodq; hodiernum etiam *Zar* apud Persas argentum a splendore, *Zardaxt* vero amicus ignis dicatur, & deniq;

monet,

monet, 3. Règ. 4. 30 Γαῖθ' ἀν' Ζαρχίην apud Lxx idem esse, quod stylo Novi Testamenti Γαῖθ' ἀν' δὸς τῶν ἀνατολῶν. Ut vero alia quædam etiam ex singularibus, quibus Formulam hanc refertam Lambecius crederet, in medium afferamus, indignum forte mentione nostra non videbitur, quod Ἀπλαναρίης cognominatos fuisse Orthodoxos a Manichæis ex ea pateat, fabulas scilicet de animæ πλάνη & migratione in alia corpora respuentes. Nec prætermittenda hic librorum Manetis & Manichæorum recensio, quos quidem hoc ordine Formula ista execratur: primo volumen epistolarum Manetis, deinde τὸ ζῶν εὐαγγέλιον, porro Θεσαυρὸν ζῆσις, Μυστηρίων βιβλίον, in quo legem & Prophetas evertere eorum insania conata fuit, Apocryphorum librum, librum Ἀπλανημονευμάτων, librum inscriptum Adæ, ut & Adimanti, Mosisq; & aliorum Prophetarum, Agarii Ἐπτάλογον, Arithocriti librum Θεοσφία inscriptum, in quo Judæorum, Christianorum & Gentilium usam tandemque doctrinam esse demonstrare conatus fuit: quod ut eo facilius hominibus persuaderet, Manetem, quasi malum hominem ineffere & traducere non dubitavit. Istis autem omnibus Thesaurum minorem & librum de Astrologia, γιγάντων item βιβλίον, quem ab Heracliano confutatum e Photio discimus, Tollius in notis adjecit. Præter Manetem anathenza quoque in hac Formula dicitur parenti ejus Patasio & matri Carossæ, item ὑπομνηματῶσις ejus καὶ ἐξηγητῶσις τῶν τότε συγγραμμάτων, Hieraci nempe, Heraclidæ & Aphthonio, ut & reliquis omnibus discipulis illius: ex quibus præcipue nobis commemorandus videtur Sifinius, qui διάδοχος τῆς τότε μανιχæίας fuisse, & Thomas, qui Evangelium Manichæorum scripsisse dicitur. Præterea enarrantur quoq; insignes Ecclesiæ eorum, quales esse dicuntur Macedonia, sive quæ in Colonia, Cibossâ: Achaïa, sive quæ Samofatis Manalis: Laodicea, sive quæ in Lycia Argais: Colossensis, sive Cynochoretarum; Ephesiorum; item quæ Mopsuestiæ, & Philippensis. Pro Apostolo Paulo, Paulum Callinices filium colere dicuntur, cujus quatuor discipulos ad instar quatuor Evangelistarum recipiant, tribus autem reliquis SS. Trinitatis nomen imponant. Horrenda vero sacra sua & concubitus promiscuos Calendis Januariis celebrasse dicuntur. Sed satis de Manichæis ex ista Formula.

p. 140.

p. 142.

p. 144.

p. 146.

p. 148.

Sequitur eam inter Insignia Tollii Theodori Studitæ πρὸς τὰς

Pp 3

μαθη

μαθητῶν αὐτοῦ Διαθήκη, hæc. *Testamentum ad discipulos suos*, ex Bibliotheca Academiae nostræ Paulina descriptum, quod cum nihil fere notatu dignum contineat, nisi quod fidei suæ confessionem de SS. Trinitate, imaginum cultu, & aliis nonnullis in eo edat, simulque monasterii sui Præsulem variis monitis instruat, non est quod eos Lectores nostros multum detineamus. Minus autem adhuc opus est, ut de Maearii Alexandrini Sermone, qui extranea inter hæc Insignia locum occupat, πρὸ ἐξόδα ψυχῆς δικαίων καὶ ἀμαρτωλῶν inscriptus, verba faciamus. Edidit enim illum ex modo memorata Bibliotheca nostra Paulina, ex qua eundem Tollius quoq; nunc protulit, jam aliquot abhinc annis præclarum Angliæ decus Gul. Cave, in sua Scriptorum Ecclesiasticorum Historia Literaria. Ei tamen præter versionem Latinam, Tollius variantes codicis cujusdam Vindobonensis lectiones adjecit.

ABRAHAMI GORLÆI DACTYLIOTHECA CUM EXPLICATIONIBUS JACOBI GRONOVII.

Lugd. Bat. apud P. Vander Aa, 1695. 4. Constat plagulis 21, & figurarum ænearum plagulis 73.

Nullum est Antiquitatum genus, in quo illustrando plurimum otii & operæ non impenderint elegantia hujus sæculi ingenia. Usq; adeo non numismata tantum antiqua, marmorumque ac lapidum inscriptiones, sed annulos etiam signatorios veterum gemmasque figuris insignitas curiosis oculis involarunt. Et in his quidem in lucem protrahendis explicandisque uti *Fortunius Licetus*, *Joannes Chiffletius*, *Joannes de Laet*, *Jo. Petrus Bellorius*, *Michael Angelus Causeus de la Chaussè*, *Laurentius Begerus* pluresque alii haud perfunctorie laborarunt: ita Duumviri inprimis celeberrimi *Abrahamus Gorlaeus* Antverpiensis, & *Leonardus Augustinus* Senensis omnium judicio eminere, ingenti id genus gemmarum annulorumque supellestite undique conquisita, ac iconum æri elegantissime incisarum beneficio cum Orbe Erudito communicata. Verum cum Gorlaeus in Dactylitheca sua non nisi nudas gemmarum sculpcuras, sine ulla explicatione, præloquio tantum de annulorum origine variisque eorum generibus & usu apud præcos præmisso exhibuisset Augustinus autem gemmis, quas depictas dedit, illustrandis annotationes quidem adjuaxisset, sed

Italico

Italico sermone compositas, ut ejus linguæ imperitis usui non essent; præterea opus utrumque comparari ægre, nec nisi magno ære posset: occasionem sibi oblatam vidit arripuitque celeberrimus Gronovius, qua post tot alia in Rempublicam Literariam merita, novo sibi beneficio elegantiorum literarum cupidos obstringeret. Itaque primum Leonhardi Augustini Gemmas typis elegantissimis denuo expressas, una cum ejus annotationibus, & his quidem ex Italico in Latinum sermonem translatis, Amstelodami A. 1685, ut in illius anni Actis pluribus commemoravimus, edidit: & superiore anno Lugduni Batavorum Gorlaeanam quoque Dactylithecam, postquam a prima ejus editione, eaque, quod sciamus, nunquam repetita, integrum, & quod excedit, seculum lapsum esset, luci restituit, quin & collectis aliunde tum ineditis tum editis annulorum figuris triplo fere auctiorem reddidit, adjecta insuper singulorum succincta quidem sed utilissima explicatione. Ut adeo elegantissima ista Gorlaei & Augustini Opera non prostant tantum nunc publice, sed multo majore cum fructu, quam olim, ab omnibus Antiquitatum elegantissimarum cultoribus possint pervolvi.

Der Evangelischen Kirchen Rettung ic.

*EVANGELICÆ ECCLESIAE VINDICIAE ADVERSUS CULPAM
sibi-matis & communionis cum hereticis antiquis falso eidem impositam;
jussu Serenissimi ac Potentissimi ELECTORIS BRANDENBURGICI
dubius a M. Jo. Ernesto Gräbio Consistorio Electorali Sambienfi exhibi-
tis opposita a PHIL. JACOBO SPENERO D. Electori Branden-
burgico a Consilio Ecclesiasticis & Praeposito Bero-
linensi.*

Francofurti ad Moenum, apud Jo. Davidem Zunnerum, 1695 in 4.
Constant Alphab. 2. plag. 14.

POSTeaquam natus in Ecclesia Lutherana educatusque M. Jo. Ernestus Gräbius in Papæorum partes propensus dudum fuisset, illud imprimis ostendendum sibi venire ratus est, quod causas hujus rei utique satis idoneas habuerit. Quamobrem peculiari eas scripto coram illustri Consistorio Sambienfi exposuit, & quæ in hoc negotio

gotio conscientiam suam maxime vellicent, momenta ad duas hasce inculpationes revocavit: primo videlicet, Lutherum una cum asseclis a sancta Catholicaque Ecclesia, in qua purum verbi præconium & legitima Sacramentorum administratio viguerit, secessionem fecisse, cœtumque contra eam proprium formasse, unde iis Schismaticorum nomen jure competat; deinceps multa Lutheranos fovere dogmata, quæ veteres & ab Ecclesia dudum damnatas opiniones renovent ac propugnent, atque eo pacto efficiant, ut & ipsi in Hæreticorum classem referri mereantur. In utroque sigillatim probando late occupatus est. Et quod ad prius quidem attinet, definitionem ante omnia Schismaticorum ex Cypriani & Concilii CPTANI I. testimoniis depromit, eosque tales esse dicit, qui adversus Sacerdotes faciunt, hostes altari, adversus sacrificium Christi rebelles, qui contemtis Episcopis & DEI Sacerdotibus relictis, constituere audeant aliud altare, & sic porro. Qua in descriptione consentientes se habere ait Optatum quoque Milevitanum, Hieronymum, Augustinum, Ecclesieque antiquioris Patres alios. In Lutheranos autem singula hæc prædicata omnino quadrare affirmat, & ut ne hoc temere dixisse videatur, modis quibus potest, omnibus id manifestum reddere contendit. Præsupponit vero, quod ipsa Augustana aliæque Protestantium confessiones largiantur, unam sanctam Ecclesiam perpetuo mansuram esse; unde & illud sequi vult, semper mansurum Ministerium Ecclesiasticum aut ejusmodi collegium Sacerdotum, qui Evangelium pure prædicent, & Sacramenta modo debito administrent. Eo etiam promissiones quoque illas tendere, quas Jer. XXXIII, 18. Ec. LXII. Joh. XIV. 16. reperire licet. Non istud interim inficiatur, quod Ministerium illud in locis aliquibus, aut ferme etiam ubique, variis interdum corrumpi possit abusibus, præsertim si illius membra Simoniam exerceant, ambitionive dediti super alios proterve se extollant; nihil autem hæc vel verbi præconio, vel sacramentorum erogationi detrahere existimat. Ulterius exinde colligit, quod Ecclesia vera semper esse & manere debeat visibilis; quam thesin insuper effatis Ec. II. 3. LX, 12. Zach. XIV, 17. roborari, & in Augustini, Chrysofomi, imo & Melancthonis ac Chemnitii suffragiis fundari perhibet. Tandem concludit, quod Ecclesia ad modum antea memoratum descripta non uni alicui angulo inclusa lateat, aut paucis quibusdam provinciis continetur.

contineatur, sed potius catholica sit, & per univcrsum orbem se diffundat. Qua de causa non Apologiam modo Augustanae Confessionis in subsidium advocat, sed plura quoque veterum Doctorum placita circa nomen Catholicae Ecclesiae recenset. Atque his ita praelibatis infert, dubium haud esse, quin Lutheri quoque tempore talis Ecclesia extiterit. Ad quaestionem vero: utrum eadem Romana fuerit? aut affirmative respondendum censet, aut negative. Si affirmative respondeas, Lutheranos manifeste effici schismaticos subsumis, & odium eorum adversus Ecclesiam Romanam testimoniis non unis comprobatur. Si vicissim in negativam quis sententiam inclinet, indicari postulat, ubinam alias locorum reperiunda ea fuerit? Si Graecam haec aut solam aut cum Romana junctam nomines, Lutheranos nihilominus fuisse schismaticos ostendit, ut qui & ab illa multum abierint. Si Waldensem, aut Wiclefitarum, aut Hussitarum Ecclesiam substituas, primo quidem si addictos haereticos fuisse regerit schismaticosque; deinceps vero, si vel maxime inter eos Ecclesiam veram admittere velis, Lutheranos tamen & ab illis secessisse monet. Sigillatim, quod ad Johannem Hussum & Hieronymum Pragensem, horumque posteros, Calixtinos attineat, manifesto se Lutherum ex communione cum ipsis exclusisse superaddit. Ad objectionem vero, quod Lutherus a Curia solum Romana & Graeca, non item a communione hominum simplicium fidem puriorem tenentium secesserit, respondet; hoc si fundamenti loco ponere foret integrum, tunc omnes propemodum schismaticos a schismate liberos asserendos, quandoquidem nullus eorum totam facile Ecclesiam rejecisse deprehendatur. Testes deinceps illos veritatis, qui ex medio Papatu hinc inde a Flavio & Gerharo producantur, vitia equidem Paparum, Episcoporum & Clericorum reliquorum taxare, quosdam etiam in hac vel illa controversia nondum definita neque fundamentali diversas habuisse sententias, sed nullum occurrere, qui doctrinam Ecclesiae Romanae blasphemam, ejusque cultum idololatricum dixerit, aut si qui hac affirmare ausi fuissent, eos non Romanae Ecclesiae genuina membra, sed hypocritas hostesque veritatis nuncupandos asserit. Simpliciores, qui dogmata sua erronea agnoscere ob infirmitatem suam non potuerint, haereticos vocat materiales, & ab Ecclesia vera excludit, quippe quae coetus sit vere credentium & rite utentium Sacramentis

Qq.

mentis. De cæterò, si qui excipiant, Lutherum tamen & Lutheranos cum simplicioribus in Ecclesia Romana & Græca Symbolum Apostolicum constanter tenuisse, & indivulso charitatis nexu cum ipsis cohesisse, respondet iisdem argumentis suam cum Catholica Ecclesia communionem quoad prius quoque Novatianos, & quoad posterius Donatistas, jactare potuisse, qui tamen a Doctoribus orthodoxis jure refutati fuerint; imò & aliorum exempla, quæ huc quadrare autumat, in medium producit. Denique aut pravam Clericorum in Ecclesia Romana Græcave vitam, aut dogmata erronea ab ipsis propugnata, Lutherum ad segregationem commovisse supponit. Si vitam pravam assumeris, causam certe schismatis non adeo prægnantem in ea latere arbitratur, & Augustini imprimis adversus Donatistas, similibus fundamentis innixos, disputationes adducit. Si vicissim errores pro genuinis rationibus alleges, dispiciendum, an fundamentales illi fuerint, an minus? In posteriori casu iterum causas secessionis sufficientes nondum apparere; in priori autem hæud requiri, ut ostendatur, quænam tunc Ecclesia fundamentalibus istis erroribus caruerit? & perpendendum interea prudentioribus relinquit, quo in censu illum habere justum foret, qui hodie Ecclesiam peculiarem & ab aliis quibuscunque diversam adornare susciperet. Hæc in prima scripti sui sectione commentatus fuit Gravius. Jam in altera quosdam, ceu vocat, Lutheranorum errores producit, eorumque cum hæreticis antiquis convenientiam statuminare allaborat. Et Simonianis quidem illos primo assimilat, quorum inter alia hæc notentur dogmata: homines salvari per fidem, aut neutiquam per bona opera; legemque non amplius metuendam, sed posse homines tanquam liberos facere, quæcunq; voluerint. Quoad prius indubium esse putat Lutheranorum cum Simonianis consensum; posterius non universæ quidem eorum Ecclesiæ, sed Luthero tamen hæud frustra objici posse, si dicta quædam ejus (quæ hæc etiam in medium præferuntur,) consideres. A Simonianis progreditur ad Novatianos, & Lutheranos eodem modo atque illos chrisma repudiare ostendit. Eosdem porro Lutheranos ad exemplum Aërianorum preces & oblationes pro defunctis negligere; jejunandi statuta tempora & imprimis jejunium quadragesimale parvi pendere; ac discrimen inter Episcopos & Presbyteros tollere. Cum Joviniano coelibatus selectusque ciborum merita eosdem impugnare,

pugnare; & cum Vigilantio in cultum reliquiarum, inque possessionum elargitionem pauperibus factam iniquiores esse caufatur. Maxime vero istud observari flagitat, quod Lutherani non eadem modo cum hæreticis jam nominatis sententias profiteantur, sed eadem quoque cum iis probationes urgeant, utpote qui v. g. ia impugnando merito bonorum operum cum Simonianis ad Rom. III. 28; cum Aërianis adversus præcepta Ecclesiæ de jejuniis & ciborum delectu ad Gal. V, 1; cum Joviniano adversus eadem jejunia ad 1. Tim. IV. 1. sqq. provocare soleant. Scrupulum quoque haud levem ex eo sibi natum asserit, quod Lutherani doceant, idiomata divinæ naturæ de humana Christi natura in abstracto posse prædicari, & imprimis omni præsentiam quoque eidem debere attribui; quo pacto renovari autumat Eutychianismum, & proprietatem humanæ naturæ tolli contendit. In Articulo de vita Christiano digna duras sibi admodum videri Lutheranorum traditiones de coelibatus ac paupertatis voto parum necessario; & circa Sacramenta de sacrificio Missæ impugnato, mutatoque Liturgiæ ordine non pauca moneri posse; se vero hæc & alia ejusmodi prolixius urgere nolle affirmat, atque ita suæ dissertationis filum abruptit.

Nos cuncta hæc in antecessum cum Benevolo Lectore paulo fusius communicanda duximus, quandoquidem ex iis haud mediocrem ei lucem pollicemur, sicubi is ad recensendam jam a nobis dubiorum hæctenus propositorum refutationem attendere voluerit. Vix enim suum illud scriptum laudato ante Consistorio Gravius obtulerat, cum Potentissimus *ELECTOR BRANDENBURGICUS* Theologorum Lutheranorum trigam ad suscipiendum ejus examen mandato suo clementissime excitaret, cui se unusquisque etiam obsequentissimum præbuit, singulique partes sibi demandatas ad eum modum executi sunt, quem nunc edisseremus.

Primus itaq; horum, Reverendus maxime Spenerus, suas, quas vocat, vindicias ita adornavit, ut antequam ad ipsa adversarii dubia (quæ ad hujus tractatus calcem integra comparent,) progredieretur, in antecessum nonnulla monere voluerit, quæ ad hanc controversiam generatim pertinent. Videlicet multa heic in medium afferri videas, quæ & alias occurrunt apud Theologos, de Ecclesiæ definitione, divisione, notis, perseverantia, visibilitate aut invisibilitate

biliter, unitate, attributisque ejus aliis. Præcipue, quantum ad visibilitatem aut invisibilitatem attinet, illius rationem prolixius deducit, & ea, quæ circa eandem observari mereantur, monita declarat. Unitati porro Ecclesiæ cum schisma contrarietur, inde in hujus natura accuratius delineanda sedulo versatur, & schismata potiora, quæ passim in Ecclesia Novi Testamenti orta fuerint, enumerat. Ecclesiam Romanam vel maxime pro apostatica habendam esse non unis argumentis probat, aut multos tamen in eadem peculiari Numinis Divini beneficio ab ista labe immunes servatos neutiquam inficiatur, exitumque ex hac Ecclesia non solum a Deo prædictum, sed & justo usque titulo susceptum fuisse, in thesi adstruit.

Propius dehinc accedens ad antithesin, impactum ante omnia Lutheranis schisma contemplatur, & presso ubivis pede adversarii vestigia insequitur. Dudum vero istud a se amolitos fuisse majores nostros annotat, & loca huc spectantia ex Augustana pariter Confessione atque ejus Apologia, ex habito A. 1541. Melancthonis cum Eccle. Wormatiæ colloquio, & aliis hujusmodi scriptis allegat. Enumeratis postmodum iis observationibus, quas tenere circa schismatis definitionem opus sit, ad derivatas ex Augustana Confessione a Grabio hypotheses se confert, ibidemque adstrui concedit, Ecclesiam semper mansuram; notat vero Ecclesiam intelligi universalem, per totum terrarum orbem diffusam, notat intelligi Ecclesiam invisibilem. Utur enim prædicati in eadem verbi & administratorum Sacramentorum mentio occurrat, quæ alias Ecclesiam reddere possint visibilem, non tamen hæc ad ipsius existentiam absoluta semper necessitate requiri, quin potius ad statum ejus florentem referenda esse perhibet, ac nihil impedire, quo minus ad diversum illum statum majores nostros ibi respexisse, & in verbis prioribus de ecclesia invisibili locutus dicamus, ita, ut illam quidem, sed non item hanc, veluti perpetuo mansuram introduxerint. Unde infert, quod Ministerium visibile haudquaquam omni tempore adesse debeat, cum necessitate sic urgente vel ipsa Ecclesiæ membra seinvicem instruere, & ex divinis oraculis ædificare interdum valeant. Ad verba Jeremiæ ex capite XXXIII, 18. prolata respondet, in iis potius agi de Sacerdotio Christi in perpetuum duraturo, ac si nihilominus de Ministerio ecclesiastico ea exponere luberet, non tamen ex invisibilem Ecclesiam

fiam semper mansuram exsculpi posse, ideo quod hoc assertum ad Ecclesiam quoque invisibilem quam optime se accommodari patiat. Ad locum Es. LXII, 7. notat, inter alia probandum Grabio, quod is de omni ævo promissionem contineat, cum certe ad initia N. T. & ad tempora duntaxat Apostolorum directus esse videatur. Neque multum adeo conferre huc locum Joh. XIV, 16. quem quidem in hac materia Gerhardum nostrum allegasse antagonista gloriatur: ipsum enim Gerhardum latius ostendisse, quo sensu eum capiat, dum ex Spiritu S. præsentia Ecclesiæ promissa neququam concludi posse scripserit, quod illi, qui titulum Ecclesiæ sibi arrogent, & in publico ministerio constituti vivant, ab omni errore immunes permansuri sint. Deum namque & per corruptum verbi ministerium posse sibi filios spirituales gignere, & in corruptissimo Ecclesiæ visibilis statu sanctum quoddam semen conservare, quemadmodum id historia temporum Eliæ testetur. Prout autem, quæ dicta sunt ab adversario de abusibus, in quos nonnunquam ministerium prolatur, ipsam Ecclesiam nondum penitus tollere valentibus, facile concedit Noster, ita multum ab eodem abit, ubi ad necessitatem visibilitatis Ecclesiæ veræ nunquam interrompendæ ventum est. Loca enim, quæ vel ex Scriptura, vel aliunde protulerat, istud, quod debebant, haud probare latius declarat. Postremo Ecclesiam veram esse catholicam, & per orbem universum dispersam, admittit quidem; negat vero, quod in ea diffusionem ubivis locorum sub forma visibili necessario cognosci debeat. Eversis hoc pacto hypothesibus, quas in fundamenta structuræ postea superimpositæ Grabius paraverat, quæstionem ab eodem agitam: utrum Ecclesia Romana tempore Lutheri talis Ecclesia fuerit? ita resolvit, ut similem primo hanc in medium afferat: utrum Ecclesia Judaica eo, quo Christus nascebatur, & in his terris vivebat, tempore, illa fuerit Sanctorum congregatio, in qua Evangelium pure prædicatum & Sacramenta rite administrata fuerint? Dehinc neque affirmando simpliciter, neque negando, sed ita respondendum esse ad hanc non minus atque illam existimat: In Ecclesia Romana (sed ea nequaquam sola, verum & in aliis cœtibus Christianis) sanctam conservatam esse Ecclesiam in sancto illo semine, quod sibi Deus conservavit, ibidemque Evangelii purum viguisse præconium, & Sacramenta rite partim porrecta, partim debito, quantum fieri

potuit, modo usurpata fuisse. Quod si ergo Lutherum exivisse ex Ecclesia Romana asseramus, non a sancto hoc semine, sed a cœtu malignantium eum exivisse a nobis refert innui, sicuti & illi, qui e Synagogis Judaicis ob confessionem nominis JESU ejeti legantur Joh. IX, 22. 34, a maxima quidem pravorum copia, sed neutiquam a communione genuinorum Israëlitarum separati fuerint. Vicissim tamen, si Ecclesiam Romanam veram tunc Ecclesiam fuisse negemus, Grabium minime postulare posse, ut ubinam alias locorum Ecclesiam veram reperire licuerit, exponamus; tuto enim asseri, quod nulla tunc visibilis extiterit, in qua pure per omnia verbum prædicatum & absque ullo defectu Sacramentorum erogatio celebrata queat asseri; sanctum interea semen ubique residuum mansisse, adeo ut frustraneam is operam impendat, qui certo duntaxat cœtui prærogativam illam asserere nitatur. Eam ob rem, quæ ratio tunc fuerit Ecclesiæ Græcæ, quæ Waldensis, Wiceliticæ & Hussiticæ, demonstrat, & quod Lutherus in singulis quidem defectus aliquos notarit, eos tamen propter totas minime damnarit, sedulo inculcat. Longum vero nimis foret, si quæ de unaqualibet earum monuit, excerptæ satageremus, neque cuncta huc transferre licet, quæ ad objectiones adversarii de Lutheri cum simplicioribus in Ecclesia Romana communionem reponit Noster, quæque de eorum, quos iste hæreticos seu schismaticos materiales appellavit, cum Ecclesia non quidem visibili, ast invisibili tamen, combinatione, de consensu cum Symbolo Apostolico jactatoque charitatis nexu ad formale communionis nondum sufficiente commentatus est. Properamus potius ad ea, quæ circa causas susceptæ a Luthero separationis accumulatur. Magnam fieri Luthero ait injuriam, si dixeris, quod vita Clericorum prava ad secessum a Romanis faciendum impelli se passus fuerit; quin potius ob taxatos ab eo pro modulo & ratione sui muneris abusus a Romano Papa ipsùm fuisse ejectum innuit. Errores vero fundamentales non universæ Ecclesiæ Romanæ, Curie tamen & Clero in eadem a nostris olim objectos, & proinde merito hos ab illis separatos adjicit. Interim lubentissime concedit, quod is, qui hodie Religionem novam sibi cuderet, cum suo isto proposito haud præter rem damnandus esset; quandoquidem his temporibus per Dei gratiam tali Ecclesia non careamus, cui veræ illius atque unicæ requi-

requisita jure optimo vindicentur; id quod Lutheri ævo talibus circumstantiis, quæ nunc sint obviæ, affirmari non potuerit. Ut autem culpam schismatis eo solidius a nostra Ecclesia Auctor removeat, eandem majori cum evidentia in Romanam retorqueri posse docet, ac idcirco e Kortholdi libello, cui Papæ Schismatici titulum indidit, præcipua huc affert, atque alia subin de suo insuper adjungit. Summa autem horum omnium eo redit, ut secessionem a Luthero factam zelo maxime laudabili pro gloria nominis divini & propagatione veritatis asserenda innixam, injustaque reorum oppositione, quin & violenta illorum, qui in istis corrigendis desudarunt, ejectione, adhibitisque mediis ipsi conscientiæ vim inferentibus, promotam fuisse evincat. Singula ex historiis illorum temporum late deducuntur, & duplici adhuc argumento alio idem asserunt roborante concluditur: videlicet odium, quod schismati adhæreat, non ex nostra, sed Pontificiorum parte querendum venire, quandoquidem majores nostri vitis equidem Papatus, non autem hominibus iisdem infectis, succensuerint, horum quippe, dummodo ipsi voluissent ad mentem saniores redire, salutem votis ardentissimis exoptantes; cum contra Papæi monitorum saluberrimorum impatientes pessimam his gratiam retulerint. Deinceps illos notam schismaticorum reprehensione dignorum ne utquam incurrere, qui ab eo coetu maturata fuga exeant, in cujus communione citra peccatum subsistere non possint.

Hæc pro modo instituti nostri ex resoluta prima adversarii sectione decerpere allubuit. Nunc ea pariter perlustranda sunt, quæ Noster ad alteram eodem studio regessit. Exorsus igitur (post supeditata monita de circumspectione, quam is, qui alterum hæreseos insimulare velit, adhibere debeat,) a Lutheranorum cum Simonianis convenientia, non certe eam concludendi rationem tanquam validam admittit, quando Gravius ad istum modum colligat: hominem non salvari per sua opera Simon quondam docuit, & idem Lutherani asserunt, ambo ergo amice in doctrina conspirant. Idem enim hoc esse, ac si inferas: Deum esse unum, & esse Patrem, Filium, & Spiritum S. Simon docuit, docuit & idem Ecclesia prisca Catholica, hæc ergo cum Simone conspirat; quam profecto thesin nemo facile admitturus sit, qui blasphemias Simonis in hoc Articulo voces cæteroquin prolatas cogitaverit. Longe enim aliam mentem Simonem habuisse, quando

non

non operibus, sed fidei, salutis consecutionem adjudicavit, ac ea sit, quam Lutherani idem asserentes teneant. Ibi enim fidem aut in ipsum Simonem directam, aut in nuda saltem persuasione fundatam, & nil nisi carnalem securitatem procreantem, jactatam reperiri; heic autem longe saniora Nostros confiteri manifestum reddit. Ibi nullam adfuisse dicit sanctimoniam excitationem, quæ heic econtra modis omnibus urgeri soleat. Quid? quod & Scriptura & Patres Ecclesiæ idem illud, quod Lutherani, in hoc negotio strenue asserant; num ergo & illam quoque & hos Simonianis favere dixeris? Loca vero, quæ in contrarium forsitan adversus doctrinam in Ecclesiâ Lutherana personantem adduci queant, vindicat, atque ea occasione dicta Ezech. XIX, 22, XXXIII, 16. Rom. IIX, 10. V, 21. Jac. I, 25, II, 13. Matth. XXV, 35. sq. a detorsione adversariorum liberat; ut adeo nemini non clarum satis esse possit, doctrinam, quod fides salvet, non bona opera, pro cœlesti veritate, & neutiquam pro hæresi Simoniana venditandam esse. Eodem modo se habere alterum illud Grabii effatum, in quo Lutheranos ob assertam Christianorum a lege libertatem Simonis assecclas pronuntiaverit. Nihil enim huc conferre verba, quæ ille ex Luthero allegavit, utpote cum Lutherus non nisi ex Luthero dijudicandus sit, ejusque sententiam de utilitate legis & de necessitate vitæ sanctæ passim ex illius scriptis cognoscere queamus. Porro Novatianismum a Lutheranis ita removeret, ut christiatis usum eodem loco, quo apud nos habeatur, & in Ecclesiâ antiquiori habitum perhibeat. Eum igitur in finem quædam Basilii, Paciani, Alexandri ab Hales, Bonaventuræ, Theophili Antiocheni, Tertulliani, Cypriani & aliorum testimonia, dicta itidem Scripturæ 2. Theff. II, 15. Matth. XIII, 17. 2. Corinth. I, 21. 22. 1. Joh. II, 27. Psalm. XXIII, &c. pensitat, Circa prætentam a Grabio Lutheranorum cum Aërianis societatem, de eo primum dispicit: utrum Aërius ob dogmata citata rejectus ab Ecclesiâ antiqua fuerit? & hoc nondum satis evictum esse respondet, Inde examinat: an & quo pacto dogmata illa Lutherani assumant ac defendant? Docet nempe, quod haudquaquam absque ullo discrimine preces pro defunctis exterminent, & istud testimoniis Lutheri, Georgii Principis Anhaltini, Urbani Rhegii, & recentiorum, Geieri, Hildebrandi, Ursini, similiumque probat; veteris quoque Ecclesiæ sententiam de iis in medium adducit, & suffragia Theologorum Augusti-

gustanz Confessione addictorum plurima, quæ isti exacte adstipulentur, coacervat; usum insuper ac finem harum precum a Nostris sceleratum declarat, & simili eum industria factam pro defunctis oblationem sub incudem revocat. Nec discrimen inter Episcopum & Presbyterum ab Aërio ac Nostris sublatum tanti esse admittit, ut hæreticorum eapropter nomen illi mereantur; præsertim cum Lutherani ipsi in Aërio hoc taxent, quod doctrinam hanc nonnisi ex neglectu ordinationum ecclesiasticarum invidiaque erga Eustathium sibi in Episcopatu prælatum tantopere propugnari. De cætero Episcopum & Presbyterum jure divino non differre, a multis, quorum aliquos allegat, dudum esse demonstratum asserit. Nec ob neglectum jejunii ad certos dies alligati, & sigillatim quadragesimalis, aut Aërianos effici, aut alias quacumq; refutatione dignos reddi Lutheranos ostendit. Aërium enim ita docentem (ut qui turbulenti homo ingenii fuerit,) ex mera malitia veteris Ecclesiæ statuta convellere voluisse; Lutheranos contra medium & in hac sententia tenere, ac in jejunii præscripto ita sese gerere, ut ex affectu erga Christianam libertatem laqueum teneriori conscientiæ injicere modis omnibus caveant. Jovinianum veluti hominem indoctum & agrestem describit, & eum forsân ad evitandas modo vitæ conjugalis molestias virginitatem adeo celebrasse suspicatur; Lutheranos vero neque cœlibatum conjugio absolute anteponere, neque citra ullum discrimen utrumque statum ad invicem æquiparare, sed suum unicuique tribuere testatur. Addit, Lutherum nequaquam virginitatem in se consideratam odio habuisse; recte autem impurum Cleri Romani cœlibatum condemnasse, quo etiam unice respexerit, ubi monasteria ut funditus delerentur, alicubi optarit. Nec nimis exaggeranda esse verba veterum, quando vitam cœlibem angelicam vitam nuncuparint; quippe quæ comparatio, si quis ultra justos terminos non ascendat, facili negotio institui possit. Rursus Jovinianum affirmasse, quod jejuniorum usus in sacris exercitiis plane nullus sit; verum quam manifeste Lutherani contraria omnia suos edoceant, palam exponit. Vigilantium ab Hieronymo pro more suo paulo durius tractatum, nunquam tamen ab Ecclesiapro hæretica declaratum legi annotat. Constare interim, quod ille Sanctorum reliquias immundas dixerit, & in locis foetidis proculcandas censuerit; qua in re Lutherani nequaquam socios ei se adjungant, quin imo sedulo

provideant, ut sicut alias, ita quoque heic excessum inter & defectum mediū obambulent. Ut autem alteri illi errori de bonis pauperibus haud erogandis, quem itidem a Vigilantio Lutherani hauserint, eo melius se opponat, doctrinam prius omnem de bonorum possessione dilucidat; post nullam in simultanea eorum erogatione perfectionem sitam libere fateatur, quinimo successivam & pro cuiusvis facultatibus moderatam eleemosynarum largitionem Deo magis placere adstruit, & objectionibus ex Math. XIX, 21. Act. II, 45. petitis satisfacit. Atque sic pleraque argumentorum Grabianorum prostrata jacent. Ne quid tamen uspiam desideretur, amplius evictum dat, quam elumbe sit hoc argumentum, quod, dum Lutherani in probandis suis thesibus eadem cum hæreticis antiquis dicta allegent, si vel hoc pacto mentem suam amice cum istis conspirantem prodant. Enimvero nebulam hanc offusam facillimo dispelli refert negotiō; si quis inter ipsa dicta & diversam eorum explicationem atque applicationem distinxerit; id quod per exempla quædam superius adducta affatim illustrat. Eurychianismum a Lutheranis foveri pernegat, & ad scripta Theologorum nostratium communicationem idiomatum dextre explicantia provocat; sigillatim omnipræsentiam carnis Christi pari, ut a nobis, ratione ab antiquis Patribus, iis etiam, qui circa aut post Eurychetis tempora in vivis fuerint, assertam introducit. Non omnia a Lutheranis vota & eorum observationem probat rejici, ac tantummodo in votendis calibatu atque paupertate Papæis eōs ait cautiōres esse; unde opposito iis a Grabio dicto Paulino 1. Tim. V, 11. 12. minime offendantur. Cæterum, cum dubia, quæ circa sacrificium Missæ & ordinem Liturgiæ adversarius apud se foveat, Auctor heic expromta non viderit, idcirco & ipse ad finem delatus nihil addit amplius, præterquam quod hæc cuncta huic Ecclesiæ Evangelicæ oppugnatori seditulo & accurate pensitanda commendat.

Gründliche Erweisung) te

Hoc est :

SOLIDA DEMONSTRATIO, QUOD LUTHERUS ET EJUS
affected nec schismaticis, nec hæreticos accusari jure queant; exhibitu
Consistorio Sambienſi dubiū opposita a JO. GUIL.
BAIERO.

Jenæ,

Jenz, apud Tobiam Oehrlingium, A. 1695. in 8.
 Constat plag. 22.

Multo brevius scriptum Theologo *viri in alyois*, Academiae
 tum temporis Friderici *pro-Rectore* ac Theologiae Professo-
 re primario, nec non Potentissimo Electori Brandenburgico in Ducatu
 Magdeburgensi a Consiliis Ecclesiasticis, adornatum priore illo est, cu-
 jus recensione jam defuncti sumus, nobisq; adeo in eo referendo proli-
 xitate omni eo magis superfedere licet, quo magis in super, quantum ad
 resolutiones argumentorum antagonistae principales attinet, potis-
 sima hujus libelli contenta cum summis praecedentis capitibus coinci-
 dunt. Ac sane si tractatum hunc eo, quo paulo ante usi sumus, modo per-
 lustrare, materiamq; singularum fere partium in nucleo exhibere stu-
 deremus, non citra nauseam Lectoris pleraq; eorum, quae jam tum dicta
 sunt, repetere necessum foret. Veritas enim uti una semperq; sibi con-
 stans est, sic suos quoq; defensores accuratos & idoneos nunquam in di-
 versa rapit, adeoq; & in hisce descriptionibus non possunt non, si ad ulti-
 mam analysin respexeris, cuncta ubiq; ad eundem scopum atq; sensum
 collimare. In modo saltem proponendi quaedam emergere videtur
 diversitas, dum, quod Spenerus paulo operosius prolixiusque, id Baie-
 rus concise magis & citra argumentorum probantium ac illustrantium
 liberalem adeo elargitionem praestitit. In prioris culpa ab Ecclesia
 Lutherana declinatione eo maxime per totam sectionem primam re-
 spicit, quod schisma non a Lutero susceptum, sed a parte potius Pa-
 pae ipsorummet admissum, secedendique necessitas isti ab his,
 modo etiam aperte violento, injuncta fuerit; cui asserto fidem conci-
 liat ex indicato ortu ac progressu Reformationis, quorum epitomen
 P. I. §. 61 ad 65. exhibet, & eam in subsequens adversus varias ob-
 jectiones vindicat, thesiq; hac fundamenti in locum substrata, multis
 Grabii exceptionibus satisfacit. Etenim si quid ille agere voluisset,
 hoc praeter ceteris incubuisse ipsi notat, ut cuivis manifesto posuisset ob-
 oculos, illam Ecclesiam, a cujus communione Lutherus cum a seclis
 se separaverit, unam, sanctam & catholicam fuisse, quae puro verbi pra-
 conio & digna Sacramentorum administratione partes suas expleverit;
 Lutherum porro & socios in communione cum ista Ecclesia permanere,

R r 2.

nere,

nere, si modo ipsis allubuisse, potuisse, id quod tamen facere recusaverint; & quidem nil aliud præter odium adversus sanctam catholicamque Ecclesiam ad institutum istud eos impulisse, ex quo deinceps odio peculiaris eorundem societas profluxerit. Neutrum vero horum cum eo, quo debebat, modo per se ipsa comprobaverit, frustra hinc esse dicit omnia, quæ in Evangelicæ præjudicium confinjerit. In ambvendo autem crimine hæreseos, quod in parte altera Grabius matri suæ Ecclesiæ intentavit, sic versatur Noster, ut ostendat, tum demum alicujus roboris futura fuisse argumenta adversarii, si demonstrassæt, primo, adductas theses reapse hæreticas & tales esse, quæ fundamentum fidei impugnent ac evertant; secundo, easdem olim pro hæreticis fuisse agnitas & rejectas; tertio, Lutherum atque assecclas eadem, qua hæretici antiqui, mente dogmata hæc talia proposuisse atque explicasse. At enimvero rem omnem accurate inspicientibus patere ait, quod in exemplis adductis vel unum aliquid ex hiscerequisitis, vel duo, vel etiam interdum singula univèrsa desiderentur, atque hoc in ulteriori uniuscujusque excussione amplius probatum dat. Ubi vero cunctos antagonista scrupulos removit, & ejus argumenta sigillatim atque eo, quo proposita ab ipso fuerant, ordine enervavit, sub finem adhuc in Papæos retorquet tela hæctenus in Lutheranos vibrata, illorumque multo clariorem cum variis ex antiquorum hæreticorum numero convenientiam iisdem objicit, licet ultra theses in tractatu adversarii productas haud progrediatur. Simonianis quippe eos assimilat, quod hi non minus atque illi in traditionibus non scriptis mire glorientur, ac Novatianis, ob contemptum conjugii utrinque obvium, quem ipsum etiam Aërianorum eos sodales efficere observat. Cum Joviniano eos comparandos dicit, quod is non secus atque ipsi propriis operibus justificari coram Deo ac salvari voluerit, singularemque in hac vita perfectionem jactaverit. Tandem si vel maxime nullus doctrinæ a Vigilantio & a Papæo defensæ parallelismus posset efformari, in eo tamen hos ab isto parum recedere, quod ad illius exemplum innocentem a crimine Ecclesiam multis vellicare modis haud erubescant. Quinimo singulas quoque theses, quas pro hæreticis venditarat Grabius, percurrit, & nullam penitus inferri Pontificiis injuriam monstrare satagit, si per receptam ab iis ubique antithesin eadem ipsos tibi cum diversis, quorum nomina in medium affert, hæreticis inflare quispiam asseruerit. Bæ

Beantwortung der Dubiorum M. Jo. Ernesti Graben &c.

Hoc est:

AD M. JO. ERNESTI GRABII DUBIA RESPONSIÓ, ADORNATA a BERNHARDO VON SANDEN, Theologo Doctore & Professore in Academia Regiomontana Primario.

Regiomonti, typis hæredum Reusnerianorum, A. 1695. in 4.
Constat Alphabetis quatuor.

Ultimo quidem loco scriptum hoc post reliqua in lucem prodit, sed quantum ad eruditionem Theologicam adhibitamque in solvendis adversarii dubiis dexteritatem, prioribus duobus haud cedit; si rerum etiam in eo propositarum largam spectes supellestem, cum primo per omnia facile contendendum est. Quinimo reperias & aliquid in hoc, quod neutri Auctorum hæctenus adductorum indagare placuit. Videlicet præfationis ad Lectorem loco integrum discursum concepit Auctor maxime Reverendus, de genuino modo dubitandi super rebus ad religionem attinentibus. Ubi istud ante omnia confirmat, quod dubitationes, ut nusquam alibi, sic nec in Theologia citra ullum respectum prohiberi debeant. Homines autem dubia sua heic concipientes cum in ea differentia sint constituti, ut alii Doctorum seu in Academia seu in Ecclesia officio fungantur, alii vicissim suæ tantum salutis privatæ consulere laborent, rursusque horum aliqui Ecclesie Christianæ membra nondum evaserint, aliqui econtra in gremio hæc hujus matris suscepti jam sint, idcirco quam nulli eorum libertas dubia quædam animo agitandi penitus adempta sit, declarat; at sedulo simul, quid ubivis accurate observandum sit, inculcat. — Scrupulis nempe his scopum haudquaquam alium, præter unicam veritatis inventionem, præfigi postulat, & proinde istos in religione Scepticos nunquam ultra dubia progredientes rejicit, ac eos tanquam genitores atheorum maxime abominandos detestatur. E censu porro rerum, de quibus dubitare concessum sit, Librorum Symbolicorum contenta eximit; doctrinas enim, quæ in iis definiuntur, tanta ait evidentia probatas haberi, ut qui opponere in contrarium aliquid nitatur, in eorum numerum rejiciendus veniat, quos Paulus I. Timoth.

R r 3

VI, 5.

VI, 5. Gal. I, 7. & V, 10. acriter pro merito notatit. Dubia vero legitime concepta communicanda esse monet minime cum imperitis, imo nec e doctioribus cum iis, quorum doctrina aut suspecta, aut falsitatis abunde jam convicta sit, facileque fraudem subolere monet, si quis coram iis, qui veritatem odio habeant, mentem suam ambiguam exponat, & tela petat ex ipsorum pharetra; istud enim consilium tristissimos semper eventus experiri perhibet. Hinc vero tandem ad dubia Grabio proposita accedit, & istud primum in eo taxat, quod in horum divulgatione licentiam sibi nondum concessam sumserit, quippe cui e vitæ generis præsentis ratione scripta ad fidem & religionem spectantia cudere ac passim disseminare integrum non sit; deinceps monet, haud exiguam eum reprehensionem incurrere, quod talem ventilare quæstionem sustinuerit, quales ipsi etiam Doctores & Professores Theologiæ agitare in Corpore Doctrinæ Prutenico manifeste prohibeantur; ulterius datum hac ratione ab eo urget scandalum; ac denique ipsius levitatem notat, qua motus dubia sua cum Papistis contulerit, eademque clam coram juvenibus ac imperitis maxime exposuerit. A se quidem jam ante annos aliquot horum quid conspectum fateatur Auctor, sed istud receptum quoque ab amico prius asserit, quam suum de eo iudicium in chartam potuerit conjicere. A temporibus autem illis, cum ad meliorem mentem rediisse Grabium existimarit, se non amplius de scripto isto cogitasse; præsertim cum hic expressis aliquando verbis Papistas inter hæreticos rejecerit, & eorum cum Donatistis convenientiam inter confabulandum forte memoratam ita asseruerit, ut & quasdam se habere conformitates dixerit, quas Joanni Forbeseo a Corse, in Instructionibus Theologicis historicis thema hoc pertractanti excidisse pateat. Interim quoniam is nunc mentem longe aliam ostendit, dubia ejus ad manus sumit, & licet eum ubivis fere non nisi objectiones Bellarmini a Theologis Lutheranis dudum profligatas denuo in medium proferre inuauit, universas tamen sub incudem revocat, ac singulas copiose refellit, adeo, ut & ex hoc libro multum utique utilitatis hausturus videatur Lector, cui vel controversiæ Theologiæ solide decise, vel Historiæ ecclesiasticæ capita erudite exposita in pretio sunt; utrinque enim circa the-mata in hoc negotio occurrentia partes suas Auctorem assatim expluisse deprehendet. Absoluto autem opere hoc elenchico compareat
itidem

itidem nexu nuspiam interrupto Grabiana dubia, indicatis sedulo ad marginem iis locis, ubi dictorum refutatio istuc reperiunda sit. Sed adjicitur quoque Index dictorum Scripturæ passim occasione ita ferente expositorum, Auctorumque allegatorum, & alius idemque prolixissimus rerum, quarum notitia e lectione libri speranda veniat.

Ausführliche Beschreibung der Hütte des Stifts/wie auch des ersten und andern Tempels zu Jerusalem.

Hoc est :

UPERIOR DESCRIPTIO TABERNACULI SANCTI TEMPLIQUE Hierosolymitani, primi pariter ac secundi, adornata a JO. LUNDIO.

Slesvici, apud Laurentium Eckstorffium, A. 1696. in 8.
Constat Alphab. 3. plag. 17.

Superiore anno late exposuimus meritoque commendavimus versatissimi, dum viveret, in Hebraica antiquitate Joannis Lundii industriam, quam in id impendit, ut & cultum publicum, quem Numini divino sacra illa gens hinc a vetustissimis temporibus præstitit, e monumentis idoneis erueret, summique pariter ac reliquorum Sacerdotum in eo perficiendo præ cæteris occupatorum personas, officia, & quicquid alias huc pertinet, describeret. Binos etenim de his thematibus tractatus post mortem beati viri relictus ab eodem Filius tunc publicaverat, quorum alterum mense Majo p. 210, alterum sequente Junio p. 263. recensitum dedimus. Atque spem simul ibi feceramus, fore, ut & loca, ubi cultus ille a Sacerdotibus non minus atque universo cœtu peractus fuerit, delineata ab hoc Auctore orbis eruditus cerneret. Nec vanos nos fuisse ipse hic liber, qui jam a nobis sistitur, demonstrat, in quo & tabernaculum illud sanctum, & utrumque templum, quo olim Hierosolymæ superbierunt, vivis quasi coloribus depictum est. Operam ergo eandem, quam duo libri antea commemorati a nobis impetrarunt, etiam in hunc collocata, potissimaque ejus contenta summatim referre animus est.

Bipertitum videlicet eundem esse, vel ex ipsa tituli inspectione jam cuilibet patebit. Primo statim loco conspiciendum ante oculos proponit Auctor Tabernaculum, idque in sacro textu mox simpliciter

- Cap. 1. ter **תנוד** tentorium, mox cum hoc addito, **תנוד**, quod est ex Junii Tremelliique versione, tentorium conventus appellatum, cujus nominis rationem ille ante omnia indagat, & post recensita alia cognomina, ubinam ante extractum hoc, quod diximus, Tabernaculum in deserto populus Israeliticus convenerit, disquirat. Et ad certum quidem tentorium hoc factum fuisse nullus dubitat, quamvis utrum istud pro habitaculo Moïsi, an potius pro peculiari quodam & huic usui solum destinato loco habendum sit, in medio relinquat. Ad penitio-rem vero istius considerationem se accingens, materiam primo examinat, e qua constructum illud legatur. Latera nimirum ejus ad mandatum ipsius Dei constituebant asseres ex ligno Sittim fabricati, quo de ligno multa differit, & quomodo hi asseres erecti, quomodo connexi fuerint, post excussam eorum mensuram declarat. Hinc ad recta Tabernaculi progreditur, quorum vicem duo intus aulae subisse sacras literas inspicentibus manifestum est. Noster vero horum tum materiam, tum expansionem, tum colores, tum conficiendi modum, tum alia, quae rerum istarum curioso abunde satisfaciunt, prolixè excutit. In coloribus præcipue explicandis multum detinetur, ac nonnunquam ab a Luthero, imprimis, ubi istum, quem hic vocavit luteum, pro caeruleo agnoscit.
2. Intextæ his aulae Cherubinorum figuræ ansam ipsi suppeditant, hoc in loco de his ex instituto agendi, ut postmodum, ubi earum repetitæ occurrit mentio, descriptione generaliori eo commodius supersederè possit. Aulae hæc superimposita rursus alia habebant tegmina, quæ itidem secundum suam materiam formamq; describuntur.
3. Rursus partes hujus Tabernaculi interiores considerat, Sanctum nempe Sanctorum, & quod imposterum semper vocabimus, Sanctuarium; vela quoque duo, alterum, quod prius istud a posteriori secernebat, alterumque, quod posterius ab inspectione hominum extra illud constantium tuebatur.
4. Inde ad exteriora prodit, atriumque Tabernaculum ambiens perlustrat, ita tamen, ut adhuc ubivis nonnisi structuram architectonicam pensitet. Ac in situ quidem hoc notatu ipsi dignum videtur, quod Sanctum Sanctorum occidentem, ingressusque in Sanctuarium orientem respexerit, & adeo precantes vultum suum versus occidentem dirigere necessum habuerint, secus ac vel templa pleraque hodiernum constructa sint, vel Christiani olim in precibus se gerere consueverint; id quod ea de causa factum arbitratur, ut suos Deus a cultu
5.
6.
7.

a cultu Solis exorientis nimium apud populos diversos frequente revocaret. His ita delibatis ad singulas partes revertitur, & quoad res in iis contentas aliasq; circumstantias, quæ ad eas attinent, mentem suam uberius declarat. Negat, Moſen toties in Sanctum Sanctorum ingressum, quoties cum Deo locutus fuerit: Deum namque ex hoc loco sæpius respondisse uti haud inficiatur, ita Moſen in Sanctuario duntaxat commorantem oraçula hæc divina percepisse innuit. Ibi vero celebratissimam illam arcam fœderis repositam fuisse novimus, quæ merito proin justum spatium in hoc libro occupat, Fabricam ejus ubi Auctor contemplatus est, confestim e partibus potioribus ad operculum respicit, quod non geminatum, uti quidam alii, sed unicum facit, illud ipsum nempe, quod frequentius sub titulo propitiatorii venire suevit, cujus formam & finem indicat, Cherubinosque exin emergentes, ac summo Numipi alarum suarum expansione thronum veluti præbentes contuetur. Hunc videlicet locum majesticata sua præsentia dignari Deo placuerat, in cujus signum columna nubis & ignis subserviebat. Illius igitur columnæ naturam ac historiam studiose pandit Auctor, & quidem haud aliam videri nubis, aliam ignis columnam reputat, sed in una illa eademq; nubem pariter ac ignem comparuisse monet. Utrinque veras has, non tamen naturales partes statuit, & quam nihil iis convenientius ad majestatem divinam exprimendam habeatur, ostendit. Quemadmodum autem prævia hac columna Israëlitas statim a suo ab Ægyptiis exitu die noctuque ductos, formaque ejus in promulgatione legis maxime ad terrorem composita in angustias haud mediocres coniectos ait: ita de aspectu illius ad Tabernaculum postea alligato multa commentatur, nec dicere omittit, quo pacto ea ipsis ducem se per desertum ubique præstiterit. Quinimo non ducis solum, sed & tutaminis adversus æstum partes eam explevisse credit, dum Sole subjectas regiones maxime adurente, sese dilatarit, nimiumque sic calorem a singulorum verticibus arcuerit. Et huc respexisse Paulum autumat, ubi 1. Cor. X, 1. introducat Patres, qui sub nube olim fuerint. Interim non certo satis constare profiterur, ad quod præcise tempus ejus disparentia referri debeat: istud tamen vero reputat simillimum, quod paulo post decessum Moſis Israëlitz hoc illustri beneficio privato sese intellexerint. Atq; nequiquam simul ab arca fœderis remota præsumpti Numinis præsentia, ob quam sæpissime ad

- hanc, tanquam ad ordinarium illius habitaculum, attendere in Sacris jubeamur. Ac visibilem certe hanc presentiam constituit, utpote cum semper, etiam ubi nubes & ignis columna cessarit, nubes tamen super
14. Cherubinis, arca in loco debito constituta, apparuerit. Et heic de Hebræorum אֲרוֹן differit, ac Johannem Cap. I, 14. procul dubio hanc vocem in mente habuisse addit. Post hæc in ipsam arcam penitus introspicit, ac se in ea, præter duas Mosis tabulas Decalogi præceptis insignitas, nihil reperire testatur, mixtus effato 1. Reg. VIII, 9. cui cum videatur Paulus contradicere, quando Hebr. IX, 4. plura illic asservata commemoret, hinc in duobus hisce locis conciliandis quam maxime operosus est, & post allatas aliorum explicationes scrupulum tandem optime posse tolli asserit, si Paulum ita locutum esse de hac arca fœderis dicamus, ut in sensu paulo ampliori additas ei capas ductiles una complexus fuerit: in his etenim enumerata ab eo κεφάλαια omnino recondita demonstrat, & sic inoffensum pedem ad considerationem singulorum profert, Mosis primum tabulas accurate describens, mox e capsulis annexis unam veluti post alteram depromens, & quid in una-
16. -- 19. quaque latuerit, indagans. In una nimirum legem manu Mosis scriptam; in altera vasculum manna repletum; in tertia virgam Aaronis; & in quarta quinque hæmorrhoides & mures, clinodia a Philistæis ex auro solido confecta & postmodum adjecta, apprehendit. Non est autem, quod quis hæc ab Auctore duntaxat nominari sibi imaginetur; singula namque accurato studio explanat, & cuilibet peculiare caput largitur. Sed præter res hæcenus indicatas nihil in Sancto Sanctorum amplius depositum admittit, minimeque iis adstipulatur, qui vel unguentum sacrum, vel aureum thuribulum, vel Samuelis de jure Regis librum ibidem quærere sustineant; cuncta enim hæc alibi servata contendit. Uti autem magnam arcæ laudat præcellentiam, eamque a cunctis reverentior admodum habendam fuisse refert; ita rationem cladis Bethsemitis & Ulsæ ob eam minus recte tractatam illata fufius examinat. Egressus hinc e Sancto Sanctorum, quod non immerito intimius Domini conclave dixeris, ad ea flectit oculos, quæ in Sanctuario constitutis obvenerint, ad candelabrum puta aureum, ad mensam, in qua panes propositionum collocati, ad thymiaterium suffitus, (ubi & de sacro thymiamate & particulis istud ingredientibus copiose agit,) ad oleum unctionis, (cujus conficiendi modum אֲרוֹן latim enarrat, &
- 20.
- 21.
- 22.
24. 25. 26. 27.
28. 29.
- illius

Illius in secundo Templo defectum notat, quibus omnibus librum de-
 nique Samuelis antea commemoratum adjungit. Nihil ergo, quod 30.
 in Sanctuario agat, superesse sibi animadvertens, nisi quod definien-
 dum paucis statuatur, quibusnam ad id aditus patuerit, in atrium ten- 31.
 torii exspatiatur, ac ibi etiam nonnulla, de quibus porro disserat,
 offendit: labrum puta æneum, & altare holocausti cum suis instrumen- 32-33-34-35.
 tis, ad quod dum defixus hæret, non potest non de perenni igne in eo-
 dem sustentando, deq; igne cœlitus demisso, ac de figura ignea leonis
 altari incubantis, lemmata curiosa non minus ac perquam utilia cum
 Lectoribus suis communicare. Ut autem eo plenior evaderet hic de
 celebratissimo illo Tabernaculo commentarius, non pigratus fuit mul-
 ta adhuc dicere, quæ nondum hæctenus attigerat. Postulatos a Deo 36.
 manuque liberalissima ab Israëlitis suppeditatos ad extruccionem ejus
 sumtus quo in loco memorat, ibi etiam non pauca congerit de diversis
 Hebræorum siclis, & occasione quæstionis, quam via populus Isra-
 Æliticus ad tantas aspirarit divitias, ut hanc suppellectilem copiosam sa-
 ne & pretiosissimam prompte adeo exhibere potuerit, ad ablata
 Ægyptiis vasa aurea & vestimenta excurrit, eaque juste omnino ab
 Israëlitis retenta, & una cum præda ex hostibus deinceps capta in sacrum
 hunc usum conversa præbat. Dehinc primam Tabernaculi in deser- 37.
 to erectionem & consecrationem, situm porro ejus, quem in castris po- 38.
 puli peregrinantis obtinuerit, modumque ac ordinem, quo subinde
 istud dissolutum, portatum, & iterum constructum fuerit, designat. Lo- 39-40.
 ca quoque distinctim enumerat, quæ post ingressum Israëlitarum in
 terram Canaan receptaculum ei præbuerint, nec varia, quæ arca foeder-
 is subire necessum habuerit, fata reticet, & eam modo huc modo illuc
 translata, postremo penitus a Tabernaculo separatam legi, nusquam 41.
 autem, quod ordinarie vel ad comitia assumpta, vel bellico apparatui
 immixta fuerit, probari existimat.

Cæterum, quod passim observare poteramus, semel hæc no-
 tasse sufficiat, in singulis fere materiis hucusque allegatis typum ac-
 commodari ad antitypum, & quam eleganter præfiguratus ibi undique
 Messias fuerit, labore haud quaquam inepto aut frustraneo ostendi. Vi-
 deas hinc in peculiari capite ejus cum arca foederis, cum manna, &
 cum virga Aaronis institutam comparationem, & alibi cum candelabro
 aureo, alibi cum panibus propositionum, cum ara alibi, alibi cum par- 22.

tibus aliis eundem contendere vides. De quibus tamen plura impræsentiarum dicere nil attinet, cum ad pias meditationes exinde hauriendas ad ipsum potius opus Lector ablegandus videatur.

Capitulum

Perlustranda nunc a nobis est secunda hujus libri sectio, quæ splendidissimum, & cui nullum aliud in orbe par, Hierosolymitanum Templum considerat. Davidem nempe Regem non ausu quodam & instinctu proprio, sed ad divinum jussum, de æde Numine hoc digna exædificanda cogitasse, varia etiam ad structuram illius necessaria comparasse, opusq; universum filio Salomoni præbe commendasse, nihil autem insuper egisse postquam Auctor retulit, nonnihil in medium adducit de monte Morijah ad hanc molem ostendam destinato & a Davide itidem delecto; ubi quoddam *évayrio Davēs* in locis 2. Sam. XXIV, 24. & 1. Paral. XXII, 25. tollere annitur: Salomonem postea de artificibus operi tam præstanti perficiendo idoneis circumspicientem *sistit*, ejusque cum Hiram, Tyrionum Rege, pacta convenita recenset. Ligna in monte Libano caesa, lapidesq; in pompam & perennitatem adductos memorat, & dum de ratione hos e sedibus suis nativis evellendi dispicit, Judæorum quorundam fabulas explodit, quas de verme *וורמ* visibus his inserviente comminiscantur. Omnia autem ad stabiliendum hocce monumentum, quod æternitate dignissimum fuisset, ubi tanquam bene præparata introduxit, ac de thesauris ejus gratia collectis & in immensum fere auctis mira retulit, de Templi formæ generatim quædam subnectit, atque in hac investiganda visionem illam Ezechielis capite XL & sequentibus relatam pro norma haud assumendam esse innuit; in sua vero descriptione præter Scripturam, quæ fundamenti loco heic ponenda veniat, Talmudicum præcipue tractatum Middoth, Josephum item, Maimonidemque ac R. Judam Leonem se secuturum pollicetur. Hinc ad rem ipsam pergens, allegata Hebræorum hujus ædis divisione in Templum proprie sic dictum & in ejus atria, speciatim partes omnes persequitur, & primum Sanctum Sanctorum, uti & antea in Tabernaculo, ad manus sumit. Ejus structuram summo-fissimam qua longitudinem, & latitudinem, & altitudinem, & qua ornatum interius exteriusque conspicuum proponit, ac inter alia ad quæstionem: utrum id fenestris fuerit instructum? affirmative responderet. Fabulatorum inter Hebræos extortorum nugas de reperto intra hoc lapide, cui nomen tetragrammaton *יהוה* insculptum, refellit

fellit, ac lapidem quidem in medio positum haud abnuit, verum non
 alium in finem hunc admotum cupit, nisi ut super eum arca foederis
 conquiesceret, quam una cum suis capsulis & Cherubinibus Moïsi olim
 tempore fabricatis huc allatam, & insuper duobus Cherubinibus ma-
 joribus a Salomone illustriorem ait redditam. Iis, qui hanc arcam
 diu ante Templi excisionem ab Ahaso loco motam, posteaque jussu
 Josæ restitutam ex 2. Paral. XXXV, 3. concludunt, satisfacit, locoque
 jam citato arcam potius colligendæ pecuniæ ad ædificium Templi
 conservandum & renovandum destinatam significati perhibet. Ve-
 lum in Sancti Sanctorum introitu expansum & in Templo secundo
 duplicatum cum cura describit, hujusque tempore expirantis Christi
 disrupti miraculum exaggerat. Prodit hinc in Sanctuarium, ubi quæ in
 Tabernaculo repræsentarat, ornamenta atque utensilia repetita vice
 intuenda exhibet, sed ea in quibusdam maxime multiplicata, ut-
 pote candelabra decem præter unum illud Mosaicum, & decem mensas
 propositionum, cum prisca illa e tabernaculo huc allata. Lampades
 autem, quarum septuaginta septem undecim hæc candelabra conti-
 nuerint, non interdium, ceu Josephus autemet, sed nocte solum in-
 gruente accensas; præterea temporibus Herodis unum tantum can-
 delabrum unamque mensam Templo illatam conjicit. Ast ævo quo-
 que Salomonis non nisi unicum thymiaterium suffitus admittit, juxta
 quod postmodum Zachariæ Angelus Johannis Baptistæ nativitatem
 annuncians comparuerit. Per portam hujus Sanctuarii versus Ori-
 entem sitam, veloque pulcherrimo & suspenso super ea in secundo
 Templo aureo candelabro a liberalitate Helenæ profecto pretiosis-
 simisq; aliis cimeliis ornatam, prodit in porticum proxime adjacentem,
 & ascendit insuperius conclave Templi, quod coenaculi formam retulit,
 reconditasque ibi potissimas Tabernaculi reliquias aspicit, & ex hoc
 in ipsum tectum superius se confert, unde redux cameras complu-
 res ad membra Sancti Sanctorum & Sanctuarii extrinsecus annexas, qua-
 rum pleraque asservandis thesauris sacris latius heic trutinatis inser-
 vierint, cisternam quoque, unde pluviarum aqua e Templi tecto de-
 currens confluerit, observat. Neque camerarum in porticu an-
 te nominata obviarum, & ingentes itidem thesauros continentium,
 ubi huc regreditur, est immemor, non item columnarum ænearum
 antecam collocatarum, quarum altera Jachin, altera Boaz a Salo-
 mone

- mone cognominata, obliviscitur, & duplex insuper conclave cultra mactandis secandisque victimis aptata recondens in transitu visitat. Tacemus alia, quæ de hujus porticus non mihius atque Templi proprie sic appellati forma exteriori in primo secundoque aliquantum diversa disputat, quæque de reliquis notatu in hoc tractu dignioribus annectit. Comites enim nos assumit in atria subjecta per scalas descendens, eorundemq; tria refert, atrium puta unum interius, alterum exterius, & tertium, quod vulgo atrium gentium vocari assolet. Proximum Templo atrium interius est, in quo varias iterum regiones a se invicem distinctas monstrat, e quarum numero spatium imprimis inter Templum & altare interjectum heic meretur nominari, eo quod perpetrata in hoc cædem Zachariæ, filii Barachiz, quam ipse Christus Matth. XXIII, 35. Judæis exprobrat, aliquantum fufius recolare Auctori libuit. Sed nec silentio prætereundum mare æneum in atrium hoc a Salomone illatum, ut lotioni Sacerdotum aquam mundam, quam per meatus subterraneos eo is derivari fecerat, porrigeret. Non reticendi decem aheni victimarum quarundam cruribus intestinisque & carnibus abluendis inservientes; & altare holocaustatum, ad quod consistens (ut e multis, quæ exponit, aliis pauca fakte delibemus,) de ratione dispicit, ob quam lapidibus, e quibus id constructum, cælum adhiberi Deus Exod. XX, 25. prohibuerit; licet in aliorum solum conjecturis acquiescat, certique nil determinet. Jucunda lectu sunt, quæ annotat de certis foraminibus in hoc altari conspicuis, e quibus sanguis mactatarum oblatarumque victimarum, post factam asperfusionem residuus, in torrentem Kedron per occultos ductus præcipitatus fuerit; quæ de acervis cinerum in altari coagmentatis, deque promptitudine Sacerdotum in eo purificando declarata narrat; quamvis & funestos quosdam casus inde emergentes, quod alter alterum superstitione nonnunquam antevertere in sequioribus temporibus stuerit, minime dissimulet. Non adeo procul ab hoc altari locum mactandis sacrificiis destinatum ponit ac ejus opportunitates huic instituto convenientes spectari sinit. Alibi peculiare Sacerdotum atrium eidem huic primo atrio inclusum; alibi atrium, quod audiverit Israëlitarum; alibi thronum regium; alibi alia curiosis oculis objicit.
- Et quid de conclavibus ad mœnia hujus atrii sitis referemus? quæ inter primarium jure locum istud obtinet, in quo Synedrium magnum congre-

congregabatur; ut taceamus reliqua, quorum plura certe sunt, quam
 ut excerpti a nobis & vel solo nomine indigitari queant. Nec por- 22.
 tam ex hoc in alterum atrium apertam, & Nicanoris vulgo nomine 23.
 notatam, pro dignitate admirari licet; quin ex ea potius in atrium se-
 cundum & exterius properandum est, ubi Auctor nos illuc deducit 24.
 per quindecim istos gradus, in quibus Psalmi Davidici a centesimo
 vigesimo usque ad centesimum trigessimum quartum in Festo Taber-
 naculorum cantari suserint, & ideo Psalmi quoque graduum au-
 dire perhibeantur. Præter conclavia autem, quæ ex Hebræorum 25.
 scriptis, dubio tamen plerumque fundamentó, huic atrio tribuun-
 tur, separatæ imprimis mulierum a viris stationes in secundo Tem-
 plo adinventæ observatæ non indignæ sunt, atque insuper æraria illa,
 in quæ munera sua injiciebant Templum frequenter, & ad quæ
 Christus aliquoties consedisse legitur, quorum occasione de vocabu-
 lo Corban nonnihil Auctor inspergit, tandemque, posteaquam heic
 pariter diu satis commoratus est, parietem intergerinum, hoc & quod 26.
 statim jam ingrediemur, gentium atrium ab invicem discernentem ex-
 hibet, ac ex descriptione illius loco Paulino Eph. II, 14. lucem aliquam
 conciliat. Erat vero atrium gentium omnium capacissimum, & ad 27.
 deambulationes inibi instituendas perquam aptum, turribus etiam in
 secundo Templo ad suscipiendam ex iis defensionem instructum;
 ipsumque hoc eum fuisse locum Auctor ait, unde eementes ac ven-
 dentes zelo justissimo incensus Salvator (heic alias frequentissime do-
 cere & hinc in atrium exterius ascendere solitus,) ejecerit; heic por-
 ticum Salomonis ostendit; heic Pharisæum atque publicanum con-
 stitisse, a nonnullis scribi refert; heic accusatam ait coram Christo
 mulierem adulteram. Portas aditum huc aperientes quinque nu-
 merat, & in singulis fortasse excubias locatas censet. Extra istud lo-
 cum planum quinquaginta cubitos latitudine æquantem statuit, qui 28.
 2. Paral XXIX, 4. platea orientalis vocaretur. Hunc muro ad sex cu-
 bitos in altitudine ascendente cinctum ait, & post eum vallem pro-
 fundissimam comparuisse credit, unde hanc regionem pro illo loco
 agnoscit, in quo Cæcodæmon tentator Christum constituerit, ut se
 in vallem jam modo memoratam demitteret; nemini tamen hanc
 opinionem velut apodicticam obrudit. Vias autem ex diversis lo-
 cis ad hoc Templum deducentes varias commonstrat, deque insigni
 reve-

29. reverentia eidem magna cum attentione præstita prolixum caput ad-
jungit, prout & antea passim indigitaverat, quod haudquaquam in-
distinctè quibuslibet personis ad spatium ejus quodlibet accedendi
libertas concessa fuerit. Et Sanctum quidem Sanctorum atque San-
ctuarium quam paucis patuerit, notissimum est. In atrium interius
ibique in atrium Israëlî nulli foeminae nullique polluto viro, in attri-
um Sacerdotum nulli Israëlitarum, ne ipsi quidem (paucis tamen
casibus exceptis,) Regi, ad spatium inter Templum & altare nulli, qui
defectu quodam laborabat, Sacerdoti aditus patebat; in exterius
atrium admittebantur quidem Israëlita ex utroque sexu, sed non an-
te, quam satis loti fuissent, ac in atrio tandem tertio gentes subsiste-
bant; ex Israëlitis vero omnis is hinc arcebatur, qui Levitica qua-
dam impuritate laborabat. Unde nemini non patere Auctor merito
existimat Templi illius præcellentiam, quam æmulari quidem, sed suc-
cessu non adeo felici, studuerit Manasses ope Sanæballati in monte
30. Garizim, & Onias in Ægypto Templum extruens, cujus veriusque
historiam breviter adumbrat. In residuis captibus Templi Hiero-
31. solymitani prioris consecrationem pariter & factam per Chaldæos
Babyloniosque devastationem, nec minus antecedentem illius spoli-
32. ationes ac pollutiones diversas memorat. Deinde refert, quomodo
in ejus locum successerit secundum, ipsam quoque haud parum ma-
gnificum, & imprimis ab Herode sedula cum cura exornatum, pri-
mo tamen illi quò varios defectus haud æquiparandum; licet ob ma-
nifestatum in eo mundi Salvatorem, Dei Filium, gloria ejus gloriam
33. prioris omnia infinitis modis superaverit. Tandem vero & hujus
34. funestissimum excidium deplorat, & quam frustra de eo reedificando
complures subinde laboraverint, ex fide Historicorum, quos allegat,
innuit.

Hæc summa sunt sectionis etiam secundæ capita, præter quæ
multa sane adhuc a nobis, quod libere fatemur, indicari potuissent,
aut brevitas, quod amamus, studium in singulis hæere nos probi-
buit. Nec est, cur dubitemus, promptum fore ex his Lectorum
de reliquis judicium. Eos interim latere nolumus, adjunctam esse
huic libro ichnographiam Templi æri incisam, e qua liceat ipsius
structuram insipienti paulo clarius cognoscere,

ETHICA

ETHICA PLATONICA, CUI ACCESSIT SPECULUM VIRTUTUM
quotidie consulendum, sive Aretologia Christiana Compendium;
autore MAGNO DANIELE OMEISIO, Comite Palatino
Cesareo & Professore Al-
dorffino.

Altorffii apud H. Meyerum, 1696. in 8. plag. 14 $\frac{1}{2}$.

Cum *Ethicam Pythagoricam* ante triennium editam, & a nobis A. 1693, mense Octobri p. 452. sqq. recensitam vitis doctissimis haut displicere intelligeret celeberrimus Autor, de *Ethica Platonica* elaboranda consilium cepit, atq; illam ex Platonis hujusq; sectatorum scriptis fideliter concinnatam cum erudito orbe communicare non dubitavit. In cujus prolegomenis, postquam de Platonis vita, operibus, stylo atque morte quaedam notasset, ostendit, juxta Platonem, Philosophiam nihil aliud esse, quam meditationem mortis: Philosophiæ Platoniciæ ab Augustino, Alcinoo & Seneca tres partes, scilicet moralem, naturalem & rationalem assignari, quibus ab Apulejo *l. i. de Dogmat. Platon.* quarta, intellectualis puta, adjiciatur: Platonem Philosophiam activam speculativæ præferre: activam in schola Platoniorum in tres partes dividi, quarum una ad mores, altera ad præfecturam familiariz, tertia ad civitatem spectet: *Ethicam* ex mente illorum esse disciplinam practicam, quæ rationem humanæ beatitudinis consequendæ aperiat, & haud incongrue in duas dividi partes, beatitudinis nostræ cognitionem, ejusdemque acquisitionem. Quibus præmissis duarum harum partium distinctam tractationem suscipit, in *priori* demonstrans, Platonem credere, dari hominis beatitudinem: summi hujus boni tres constituere primarias affectiones, quarum (1.) quod sit omnium perfectissimum; (2.) sufficiens non solum sibi, sed & aliis; (3.) per se ac propter se ab omnibus expetibile: summum bonum in Deo omnis bonitatis fonte rerumque omnium principio ponere: præter Deum autem, tanquam finem objectivum, admittere aliud bonum, ceu finem formalem, atque in eo designando diversimode loqui; modo enim in contemplatione boni primi, ipsiusque pulchri; modo in similitudine illum collocare: facile tamen hæc conciliari posse, si ista simul sumpta completam constituere beatitudinem philosophicam, & ex contempla-

T t

templa-

templatione amorem, ex utroque similitudinem promanare dicamus : per ideam boni, in qua Plato summum bonum aliis quæsiuisse dicitur, nihil aliud, quam Deum ipsum intelligi : præter illam boni ideam, ideas alias a Platone constitui, atque per eas, rerum imagines in ipsa mente divina formatas innui : ideam Platonis ab Aristot. *Li. Nicom. c. 6.* impugnatam fuisse : ex mente Platonis neminem in hac vita plene ac perfecte beatum dici posse : Platonem corporis & fortunæ bona ad beatitudinem non requirere ; animam solam pro subjecto, in quod beatitudo introduci ac recipi possit, habere ; ac in super docere, animæ cognitionem nobis esse maxime necessariam ; ipsam animam esse essentiam se moventem, & fontem ac principium aliis, quæ moventur ; animas humanas a Deo ante corpora creatas esse ; non solum animam humanam, priusquam in corpus demittatur, alicubi esse, sed & illic in aperta rerum cognitione versari, ipsius vero corporis contagione in oblivionem vitæ superioris incidere ; nec eam quicquam intelligere, nisi per recordationem eorum, quæ olim vidit, cum Deo profecta ; animam olim a Deo sibi datis coepisse gloriari, suiq; ipsius amore excoecatam ad coelestia sublimia, plus quam par erat, evolasse ; postea culpa sua præcipitatum hinc in corporis carcerem fuisse, quod Deum offendisset, animæ humanæ tres esse facultates, rationalem, irascibilem & concupiscibilem ; hominem nihil aliud esse, quam animam ; animam humanam, ut divinæ particulam auræ, immutabilem esse : Platoni dogma *περὶ ψυχῶν* ab Origene, Epiphanio, Lactio & Augustino tribui, idque nonnullos proprie, nonnullos allegorice interpretari. In *posteriori parte*, quæ Arctologiam exhibet, postquam nonnulla de virtutis natura, origine, forma, divisione, gradibus & generibus, ac principis actionum humanarum, ex mente Platonis ejusque asseclarum tradidisset, de prudentia virtutum omnium directrice agit, ostendens, Platonis prudentiam esse scientiam eligendi bonum & evitandi malum : juxta Platonem prudentiam esse duplicem, ethicam sive privatam, per quam nobis ipsis recte prospicimus, & politicam sive communem, cujus ope bene consulimus & republicæ : causas ac media, quibus comparatur prudentia, esse (1.) pias præces & benignum Dei afflatum ; (2.) naturalem ingenii & judicii felicitatem, ac doctrinam ; (3.) peregrinationem & conversationem cum vitis prudentibus ; (4.) experientiam & in rebus agendis peritiam : inter prudentiam

prudentiam, sapientiam & scientiam, quibus vocibus saepe utitur Plato, hoc intercedere discriminis, quod sapientia sit cognitio divinorum, scientia naturalium, & prudentia humanorum. Ab hac virtute pedem promoveret ad temperantiam, ejusque species, frugalitatem & castitatem, nec non illius opposita, ebrietatem, ingluviem & libidinem proponit; inter alia tradens, dogma de spurca uxorum communione, si non falso, saltem dubie admodum Platoni tribui. Temperantiae annexas virtutes, mansuetudinem & modestiam cum oppositis subjungit. Hinc ad fortitudinis eiq; assinium virtutum, magnanimitatis, constantiae & patientiae illustrationem progreditur. Tandem de quarta cardinalium virtutum, scilicet justitia, atque illius, ex mente Platoniorum, partibus potentialibus, sanctitate sive pietate, veracitate, liberalitate, hospitalitate, gratitudine, amicitia eleganter disserit. Sub finem quaedam non injucunda lectu de affectibus, ex Platonis & Academicorum sententia, in medium affert, atque Socratem a nefando erga pueros amore, quem veteres non minus quam juniores Theologi ac Philosophi ipsi tribuunt, immunem pronunciat. Ethicae Platonicae Aretologia Christiana a clarissimo Autore subjungitur, atque itidem in duas partes dispescitur: quarum prior de virtutum Christianarum subjecto, causis, a virtutibus Gentilium differentia, de numero ac divisione illarum, similibusque generalioribus discursum instituit: posterior autem specialiore tractat doctrinam de virtutibus singulis, quae Deum, nos ipsos & proximum nostrum respiciunt: ita quidem, ut cujuslibet virtutis brevis ac perspicua tradatur definitio, eaq; tum locis S. Scripturae palmaris eo collineantibus, tum exemplis quoque ex eodem sacro codice petitis, illustretur, denique & vicia opposita ubique subnectantur. In additamento, quo huic Aretologiae Christianae colophon imponitur, de Eudæmonologia Christiana disserit, demonstrans, in philosophica de summo bono doctrina acquiescete nec posse nec debere hominem Christianum, sed ex sacris litteris longe certius quam ex philosophia addiscere, Deum esse ultimum finem nostrum, bonum nostrum perfectissimum summeque desiderabile, bonum maxime sufficiens & jucundissimum; item e sacra Scriptura certius edoceri, hominem Deo, summo bono suo, potiri per operationem intellectus, nempe per veram ejus cognitionem, qua homo cum Deo conjungitur; ac eundem frui Deo per operationem voluntatis &

actum amoris intensissimum, quo ei, tanquam bono suo cognito, inhaeret; unde maxima resultet lætitia, sive dulcissima in bono præsentate acquiescentia: beatitudinem Christianam tamen æque ac philosophicam in hac vita neutiquam perfecte obtineri.

JAC. B. PROBLEMA BEAUNIANUM UNIVERSALIUS CONCEPTUM, sive Solutio Æquationis nupero Decembri proposita: $ady = y^p dx + by^q dx$, cum aliis quibusdam annotatis.

Quod olim Cartesio a Beunio propositum, & aliquot abhinc Annis resuscitatum fuit Problema (vid. Ephem. Gall. m. Sept. 1692, & Acta Lips. m. Maj. 1693) universaliter ita proponi potest: *Data quavis Curva, seu Algebraica, seu Transcendente, seu libera tantum manu formata, invenire aliam ita comparatam, ut ejus applicata ad substantiæ eandem rationem habeat, quam habet constans quaedam linea a ad summam differentiamve applicatarum curva data & quesita, vel etiam reciproce, quam hæc summa differentiave habet ad constantem n.* In casu enim Beuniano, ubi loco datæ Curvæ Recta assumitur angulum semi-rectum cum axe constituens, utrovis modo conceptum Problema in idem recidit, alias duplex est & maxime diversum. Posterioris ego solutionem hac vice cum publico communicabo, sed omissa analysi, & prioris quoque enodatione Lectori relicta, ut si majorem, quam initio forasle existimarat, in recessu difficultatem repererit, eo benignius operam hic præstitam interpretetur. Est (fig. 1) Curva data AC, vel Ac, Axis AB, & sit abscissa AB = x, BC vel Bc = y data per x, & BD = y, erit ex præscripto Problématis $dy \cdot dx :: y \cdot x \cdot a$, hoc est, erit $ady = ydx + qdx$. Est autem hæc Æquatio non casus tantum, ut apparet, specialis Æquationis m. Dec. propositæ, $ady = y^p dx + by^q dx$, sed ipsamet potius hæc æquatio simplicioribus duntaxat terminis expressa, cum una ad alteram perpetuo reduci possit, consentiente illo quod Cel. Dn. Leibnitius nupero Martio observavit, ubi dictam æquationem in hanc transformat... $du + \dots \cdot udz + \dots \cdot dz = 0$, hæc enim & ipsa ulterius ad allatam formulam $ady = ydx + qdx$ reduci valet, si nempe, quod intelligo, q concipiatur dari per x non modo

TAB. VI.
Fig. I.

Fig. 1.




Fig. 3.





Fig.



TA
Fig

modo in terminis algebraicis, sed & in transcendentibus, veluti si q ponatur = $\int dx \sqrt{aa-xx}$, hoc est, si Curva data AC fingatur esse ex Mechanicarum numero. Quantæ igitur universalitatis hoc Problema sit, quantumque conferat ad promotionem Methodi Tangentium inversæ, nemo non videt, gaudeoque præfatum Virum Celeb. illud sua quoque opera dignum censuisse; hoc enim præstantiæ & utilitatis ejus argumentum esse potest.

Solutionem meam quod attinet, ad quam tres quatuorve ducentes vias habeo, illa præter Curvam AC, quæ ut jam delineata supponitur, solam requirit Logarithmicam, qua mediante inveniri debet alia, per cujus quadraturam quæsitæ ED puncta obtineantur, id quod hoc modo fit: Esto Logarithmica FG, (fig. 2) cujus subtangens $\overline{= a = AF}$ (quanquam omnia alia idem præstet, sed prolixitatem vito,) Fig. 2. AC Curva data, AL utriusque axis, AB vel $aB = x$, & BC = q, fiatque alia Curva AH, cujus applicata BH quarta sit proportionalis ad BG, BC & AF; tum spatio curvilineo ABH ad AF applicetur æquale rectangulum FL, rursusque statuatur BD quarta proportionalis ad AF, BG & AL (vel ML, sumto ubivis in axe AL puncto fixo M) erit D punctum in optata Curva ED, existente BD y æquationis $ady = + ydx \mp qdx$, vel $ady = - ydx \mp qdx$, quorum illud obtinet, si AB dicatur x, & M ad sinistram dextramve puncti L constituitur; hoc vero, si sit a B quæ vocetur x, atque M vicissim ad dextram sinistramve ipse L collocatum fuerit.

Notatu dignum hic est, quod si q simpliciter denotat potestatem aliquam integram & positivam ipsius x, hoc est, si Curva data AC est ex genere Paraboloidum, curvilineum ABH semper mediante Logarithmica quadrabile existit, adeoque Curvæ quæsitæ puncta immediate per Logarithmicam absque quadraturis inveniri possunt, quod sequenti exemplo monstrabo, e quo lex progressionis in cæteris satis perspicietur: Esto, ut antea Logarithmica FG (fig. 3) subtangens ejus $\overline{= AF = a}$, Parabola quædam fursolida IC, vertice I ubivis in axe

AB accepto, proinde $IB = x$, & $BC = x^5 : a^4$, productaque indefinite BC fecerit Logarithmicam in G, tum construantur termini progressio-

nis sequentis, 1. 2. 3. 4. 5. a, 2. 3. 4. 5. x, 3. 4. 5. xx : a, 4. 5. x³ : aa, 5. x⁴ : a³,
It 3 x5 : a 4;

$x^5 : a^4$; (quod ipsum quoque Logarithmicæ beneficio expeditissime peragitur, applicando ipsi in distantibus æqualibus AH, HL, LM, MN, NO, rectas HP, LQ, MR, NS, & OT, quarum prima HP sit $= IB = x$;

cæteræ enim ordinè erunt $xx : a, x^3 : aa, x^4 : a^3, \& x^5 : a^4$, quarum multiples seriei nostræ, ut apparet, terminos constituunt) quo facto in recta GB abscindatur ex puncto G vel deorsum versus axem vel sursum in partes oppositas pro signi ambigui varietate pars GD, quæ sit æqualis vel aggregato terminorum hujus seriei, si habeatur $ady = ydx \mp qdx$; vel differentiz inter summas terminorum in locis paribus & eorum qui sunt in imparibus, si fuerit $ady = -ydx \mp qdx$, erique semper, quod hoc pacto obtinetur, punctum D in Curva desiderata ED. Demonstrationem non addo, quod unusquisque illam ex constructionibus istis haud difficulter eliciet. Forte autem recordari poterit Cel. D. Leibnitius, an & quousque sua Problematis solutio cum ista conspiret.

Priusquam hinc digrediar, Notatiunculæ, quam hic Vir Martio præterito ad Acta Decembris communicavit, in uberiorem veritatis explanationem pauca quædam hic subnectere liceat: Problematis Elastici solutionem, cujus ipse primo loco meminuit, tam generalem puto me dedisse, ut ad omnem indefinite hypothesin veram non minus ac verisimilem æque se extendat, insuperque fulcra vectium non supponat, sed inveniat; quod totum illud est, quod in hac materia jure requiri potest, quamdiu speciales tensionum leges nobis ignotæ sunt. Constructionem Transcendentium per puncta algebraice inventa fateor rem egregiæ speculationis fore; dubito tamen hic ut in aliis generale quippiam inveniri posse, etiamsi fortasse in paucis quibusdam res succedere deprehenderetur: itaque negotium tanti non videtur esse, ut ei implicari sit necesse, præsertim cum alia præsto sint, quæ defectum hic supplere possint; & considerandum Lectoribus relinquo, an alius generalior simul, simplicior & ad praxin accommodatior construendi modus reperiri possit illo, qui sit per Tractiones, atque nuperrime a me ad Acta communicatus, nescio an etiam publicatus fuit. Quæstionem de numero radicum osculi consensus Viri celeberrimi jam extra controversiam ponit. Mutuo cum ipso candore

candore acturus, quæ de Curvis in se redeuntibus putabam olim me demonstrare potuisse, corrigo, gratiasque habeo, quod exemplo me edocuerit, tales quandoque rectificationem admittere posse, sine quo fortasse nunquam huc animum advertissem. Fecit autem Viri nobilissimi monitum, ut discursum m. Jan. 1691, p. 21 hanc in rem allatum de- nuo examinarem, deprehenderemque, eum in hoc laborare, quod supponit, unam duntaxat debere dari æquationem, quæ relationem ipsius x ad t , arcus ad tangentem exprimat. In curvis enim in orbem redeuntibus, quæ rectificationem admittunt, & in quibus x portionem curvæ unam integræ perimetro semel aliquotiesve accepta significare potest, ratio ipsius x ad tangentem aliamve functionem pro numero vicium, quibus perimenter accipitur, subinde variat, peculiaremque æquationem deposcit.

Quæ vero porro subjicit Vir acutissimus de Mediis Directionibus, haud ita facile a me assensum impetrant; nec enim satis capio, quo sensu puncta tendentiarum æqualibus intervallis assumi arbitrarium existimet. Mentem meam exemplo declaro: (fig. 4) Sit ventus aliquis circumfusus æqualiter arcui circulari Bbb , vel etiam potentia quæpiam trahens circumposita opposito arcui Ccc , agatque in singulis arcus punctis in centrum A viribus, quæ proportionentur rectis AD secantibus arcuum Bb vel Cc , quo pacto puncta omnium tendentiarum particularium d, d , reperientur in recta tangente Ddd ; adeoque determinabuntur intervallulis inæqualibus dd, dd , ob æqualia arcuum elementa bb, bb , vel cc, cc . Nam si quis existimet, intervalla dd æqualia assumi posse, is vicissim statuere debet inæqualia arcuum elementa bb vel cc , ac proinde ob æqualiter circumfusam potentiam ejus vires censebit esse in ratione composita elementorum bb vel cc , & secantium Ad ; non ergo sunt in simplici ratione secantium Ad , igitur nec puncta tendentiarum in tangente Dd ; utrumque contra hypothesin. Addo, quod inventio centri gravitatis punctorum dd inæqualiter distantium pendet a circuli & hyperbolæ relatione nondum cognita, æqualiter distantiam a simplici bisectione rectæ Dd ; unde si sit arbitrarium illa fingere, ut lubet, problema directionis mediæ simul & simplex erit & transcendens, quæ denuo repugnant. Navem quiescentem ab eodem vento fortius impelli, quam procedentem, mecum agnoscat Vir eximius, idemque videt unusquisque, si considerat, tantam semper

TAB. VI.

Fig. 4.

semper velocitatis venti partem motu navis reddi irritam, quanta velocitate ipsa navis progreditur; unde cum hæc, ut dictum alibi, partem velocitatis venti satis notabilem, eoque majorem, quo velum spatiosius fuerit, adæquet, constat etiam discrimen hinc oriri, quod in usu navigationis minime contemni possit. At, quod deviationem seu declinationem navis attinet, hic rursus diversum sentire cogor; hanc enim ab intensiore vel remisfiove venti vi non alterari, mihi extra dubium est; prout hoc etiam assumit Ingeniarius Gallicus (sive Renavium appelles *Renau* cum Authore Gallico Hist. Oper. Erudit. sive malis Renaudum *Renaud* cum D. Leibnitio) nec diffitetur Hugenius, etsi prior in ejus quantitate definienda aberret, posterior definire plane abstineat. Ex systemate meo motus fluidorum illam sic determino (fig. 5.): Ponatur navis AB figuram habens rectangulam oblongam (hæc enim pro diversitate figuræ variant) proram conversam in E, velumque ad rectos angulos ventum excipiens, cujus sit directio AD, verus navis cursus fiat per lineam striatam AF, sic ut ejus declinatio censeatur EF; reperio, qualiscunque venti sit velocitas, semper fore DE ad EF in ratione dimidiata ejus, quæ componitur ex ratione DE ad AE, & ex ratione longitudinis parallelogrammi AB ad ejus latitudinem. E quo illud confectarium fluit, quod quandoq; EF æquare, vel etiam superare possit ipsam ED, contra Ingeniarü Gallici hypothefin, nempe tum, cum sinus ang. DAE ad sinum compl. ejus æqualem vel minorem rationem habuerit, quam latitudo navis ad longitudinem. Sed & aliud hic singulare occurrit, velocitates navium concernens, & quod multis paradoxum videbitur, sed tamen verissimum; nimirum, quod tum navis AB cæteris paribus velocius movebitur in via sua AF, quam eadem posita in AC, proramque juxta ipsam directionem venti AD conversam habens, per AD progredereetur; ac proinde, si ex gr. nauta nave vectus, cujus longitudo latitudinis sit decupla, flante Borea iter in Austrum medietur, veloq; ad ventum recto proram a Meridie parumper deflectat angulo 5 gr. 43. min. illam dirigendo in plagam fere mediam inter Austrum & Rumbum huic proximum, nautis Zuyd-ten-Oosten vel Zuyd-ten Westen dictum (quo pacto ob accedentem declinationem illum præcise in Austrum ferri ex antedictis constat) iter hoc suum celeritate revera majore profectetur, quam si manente velo ad ventum recto navigii cursum

recta

TAB. VI.
Fig. 5.

recta in Austrum instituisse; quanquam hæc velocitatum differentia in praxi tam sit exilis, ut unicam tantum leucam in quadringentis lucre fieri hæc ratione posse deprehendam. Horum vero omnium demonstrationes, quæ fluidorum corporumque motorum in fluidis affectiones concernunt, cum iusti fere voluminis materiam præbere possint, malo aliquando junctim exhibere, ubi Deus vitam tranquillioram, firmiterque valetudinem indulsit, quam hinc inde quædam sparsim atque imperfecte indicando, pretium illorum imminuere.

Dum hæc meditabar, accipio Cl. Nieuventiit ambos Tractatus de Analyfi Infinitorum, ubi præter quædam bonæ notæ, quæ habet, non contemnenda, id quoque agit, ut difficultates quasdam nobis proponat contra principia Geometrarum hucusque recepta, præsertim calculum nobis usitatum, eo potissimum tendentes, ut differentiationum successionem seu differentio-differentialia ceu purum *non-ens* vel *nihil*, ut vocat, eliminat; quod nonnullis conclusionibus absurdis & manifesto falsis, quas ex iis admissis sequi existimat, evincere conatur. Meum itaque esset, ut calculi nostri probitatem hic loci adversus objectiones ejus vindicarem, maxime quia mea suo tractatui occasionem dedisse scribit: sed quia causa communis ipsum jam calculi Auctorem Cel. D. Leibnitiu defensores nata est, qui mense Julio sup. anni scrupulis omnibus tum sibi tum mihi objectis sufficientissime & plane ad mentem meam respondit, superfluum esset, veritatem pluribus contra D. Nieuventiit asserere, vel ostendere, quam multis ipse contradictionibus per sua principia sese implicet.

CATOPTRICÆ ET DIOPTRICÆ SPHÆRICÆ ELEMENTA

*Auctore DAVIDE GREGORIO, M. D. Astronomia Professore,
Saviliano Oxonia, & Societatis Regiæ
Socio.*

Oxoniz e Theatro Sheldoniano, A. 1695. 8. plag. 6½.

Quæ non ita pridem in lucem prodierunt Catoptrica & Dioptrica Elementa, jam ante undecim annos a Cl. suo Auctore publice prælecta fuerunt in Academia Edenburgensi, atque ita adornata, ut ad ipsa intelligenda Geometria Euclidea tantum opus esset, iis exceptis,

U u

ceptis, quæ ad lucis motum a dato puncto ad alterum brevissimo tempore factum calculoque differentiali demonstratum, & proprietates pertinent, quas sectiones Conicæ habent in reflectendo lumine aut refringendo. Ex his enim ostendit, circulos, qui istas sectiones osculantur, quam proxime eadem efficere, quæ ab illis perfectissime præstantur. Complexus vero est, quæ tradenda susceperat, 24 propositionibus, quarum priores decem ad Catoptricam, reliquæ ad Dioptricam spectant, & post expositam reflexionis & refractionis naturam, illa explicant præcipue, quæ ad focos reflexorum aut refractorum radiorum determinandos, & hinc definiendam imaginem requiruntur, respectu oculi in axe radiationis constituti, quoniam imago ab oculo sic posita visa alia quavis distinctior est & magis vivida, atque hinc pleræque Machinæ opticæ ad hunc oculi situm jam sunt comparatæ. Ex his tandem derivantur, quæ ad Microscopiorum & Telescopiorum constructionem scitu sunt necessaria. Speciminis loco ultimum dabimus Problema, quo doctissimus Auctor tale docet construere speculum ex vitro, quod efficiat, ut radiantis longinqui imagines binæ a binis superficiebus speculi effectæ coincidunt, quodque adeo optimum sit vel ad comburendum, vel ad longinquorum imagines efformandas; h. e. data concavitatis EBF semidiametro AB = a & crassitie speculi BD = b, invenire semidiametrum DC convexitatis GDH. Constructio derivata ex calculo analytico,

TAB. VI.
Fig. 6. 7.

$$\text{quæ reperitur } DC = \frac{9a^2 + 18ab + 5b^2}{9a + 5b}$$

9a + 5b

ita se habet: Ab infinitæ rectæ SM puncto quovis L, ab una parte capiatur LN æqualis BD, ab altera vero LR ejus dupla. Capiatur item ab N prorsum recta NT rectæ AB tripla; & TV rectæ NT dupla, item VM rectæ RL etiam dupla. Centro R distantia RT describatur circulus, perpendiculari ad L erectæ occurrens in R: junctæque MK sit KS normalis, infinitæ primo ductæ occurrens in S. In recta DA a D versus A capiatur DC rectæ LS æqualis, centroque C distantia DC describatur circuli arcus DG, arcui BE centro A descripto similis, & jungatur EG. Figura solida ex rotatione planæ figuræ BDGE circa rectam BD genita & ex vitro constans, est speculum quæsitum. Verum si
AB sit

AB sit satis magna respectu crassitiei BD, Problema expeditissime sic constructur: Dividatur BD in O ita ut majus segmentum BO sit minoris OD sesqui quartum, Producatur BA ad C, ut C. A sit æqualis OD, eritq; C, quam proxime centrum superficiæ exterioris GDH.

GERARDI DE VRIES

*EXERCITATIONES RATIONALES DE DEO, DIVINISQUE
Perfectionibus, nec non Philosophemata Miscellanæ. Editio nova, ad
quam accedit Diatribe singulariæ gemina, altera de Cogitatione
ipse ipsa Mente, altera de Ideis Rerum
innatis.*

Trajecti ad Rhenum ex officina J. & G. Vande Water, 1695. in 4.
Constat 4. Alph. 3½. plag.

Volumen hoc tribus quasi partibus constat. Primas duas editas ante decennium enarravimus anno MDCLXXXVI. pag. 198. In hac altera editione utraque sparsim aucta est, ac primæ præfixa nova præfatio de fati doctorum, qui Cartesianismo se opponunt, ac in fine accessit integra Exercitatio de Imperio & Obsæquio in Civitate. Secunda pars itidem aucta est Exercitatione de Officio Philosophi circa Revelata, in quo Cartesium magis cautum & pium se exhibuisse ait, quam sectatores ejus periculosis philosophematis indulgentes. Tertia pars plane nova consistit in duabus Dissertationibus, una de Cogitatione ipsa Mente, Petro Poireto, altera de Ideis Rerum Innatis, Hermanno Alexandro Roellio oppositis. Prioris ista occasio extitit. Cum Auctor in Philosophia Cartesiana dominantem ideas duas primarias, quarum altera Corporis naturam sola extensione, altera naturam Mentis sola cogitatione absolvit, impugnasset, adversarios in se concitavit. Itaque post pugnas aliquot velitates intra Academiz parietes, ante annos septendecim ad famosum prælium res deducta fuit, edita a Collega Theologo, *Francisco Burmanno*, in Nostrum *Narratione de Controversiis nuperius in Academia Ultrajectina motis*. Huic *Narratorem confutatam* Vriesius opposuit; ad quem librum nil quidem Burmannus reposuit, sed ejus loco in arenam descendit chartis eristicis ætate famosissimus *Mantissa ad duodecim Erotematum Decades* Scriptor. Huic postquam Nostrum loco respondisset *Vindiciarum Nar-*
Uu 2 *ratoris*

ratoris *Confutati* Auctor, & neque isti ille regeffisset quicquam, finita videri poterat hæc controversia. At post annos aliquam multos instauravit aciem Poiretus, quippe qui aliquid utilioris & ulterioris luminis credidit se elicere inde posse suis *Cogitationibus Rationalibus de Deo, Anima & Malo*. Editione igitur libri iterata pag. 18. & seqq. *Narratorem confutatum* denuo refutare aggressus, multus fuit in enervandis argumentis, quibus Vrieffius Mentem Cogitationem ipsam atque solam non esse, iverat demonstratum. Huic igitur in præfenti Diatribe occurrere clarissimus Vrieffius voluit, præmissisque nonnullis, quæ ad controversiæ statum rite formandum pertinent, variisque observationibus de corporis motu & figura cum cogitatione mentis collata, demonstrationes suas repetit & vindicat. Primam, quod Cogitatio non sit prædicatum Mentis primum & absolutum, quia est prædicatum respectivum. Secundam, quod quædam Mentis attributa actualem Cogitationem non includant. Tertiam, quod nudæ Cogitationis nulla esse queat circa corpus activitatis. Quartam & ultimam, quod Cogitatio actualis a Mente nunquam absit. In Epilogo ad tria capita revocari omnia posse, de quibus disceptatur, monet: mentem humanam nequaquam indefinenter cogitare; multo minus esse cogitationem ipsam; omnium minime nihil esse præter cogitationem. Quorum primum demonstratione quarta; secundum prima; tertium secunda & tertia confici confidit.

Ad posteriorem Diatriben scribendam impulit doctissimum Auctorem, in Academia Franekerana publice ventilata ante aliquot annos Disputatio Philosophica, de dignitate, utilitate ac necessitate Theologiæ Naturalis, auctore ac præfide Hermanno Alexandro Roëll, S. Theologiæ & Philosophiæ Professore ordinario, cujus exemplaria in Academiam Ultrajectinam missa fuerant pervulganda. In ea enim multam paginam faciebat D. de Vries, quod in *Determinationibus de Deo & Humana Mente*, a doctrina de Idea Dei in Humana Mente abiisset. Etiam si vero dissensum suum brevissime testatus esset Noster, tamen prolixissima dissertatione eum clarissimus Roëll impugnaverat. Adversus hanc igitur Apologiam istam suam fecit Vrieffius. Initio criminationibus quibusdam, quas vocat, repulsis cum Adversario consentit, summam disceptationis esse, an Mens sit idearum causa, easque

eaque formet, & per discursum quidem illam DEI? Consentit
 itidem, idearum nomine intelligi conceptus mentis, per quos res si-
 bi presentes sistat, sive rei in mente representamen, imaginem ac
 quasi picturam Adversarii sententiam ait esse, Ideas innatas ita esse
 menti cum natura a DEO infitas & inditas, ut sint ipsius DEI in
 mente picturæ ac scripturæ; consequenter eas sua sponte se sistere
 presentes; inveniri a mente, non formari; mentem non esse earum
 causam; nullam in ea reperiri vim illas producendi, &c. In quo divor-
 tium fieri a Cartesio contendit, qui, utut multa magnifica de Ideis illis
 proloquatur, tamen quando ad rem ventum fuerit, non ausus sit tue-
 ri Ideas innatas ut imagines rerum, quæ tanquam aliquid reale menti
 cum natura a DEO sunt inditæ, verum resolvat tandem eas omnes in
 innatam menti facultatem eas efformandi. Itaque contra Adversari-
 um disputat ex ipsis Cartesii hypothesebus, mentis conditionem ideas
 illas innatas non pati, suamque conclusionem confirmans P. Male-
 branchii & L. Forzæ assensu, demonstrat Mentem suo intellectu, tan-
 quam facultate vere activa idearum suarum, quoad materiam, esse cau-
 sam effectricem; ab eadem quoque esse ipsarum formas vel repræ-
 sentationes, sive res sint sensibiles, sive pure intelligibiles; imo et-
 jam ideam DEI, ut Spiritus independentis sive Entis infinite perfecti
 formam a Mentis studio acquirere, atque Apostolum Paulum cum
 hac philosophatione consentire. In his reliquisque, quæ vitandæ
 prolixitatis ergo omittenda sunt, & quæ Elenchus commatum finis
 Diatribes adjunctus oculis facile subjicit, subtilem Noster se exhibet
 Disputatorem, Adversariumque suum argumentorum robore valide
 constringit.

THUCYDIDIS DE BELLO PELOPONNESIACO LIBRI VIII.

*Oxonia e Theatro Sheldoniano, impensis T. Bennet, bibliopola
 Londinensis, A. 1696. fol.*

Constant Alphab. 7. plag. 7. duabusque mappis geo-
 graphicis.

PRodit tandem in lucem diu impenseque desiderata nova hæc ea-
 que nitidissima Thucydidis editio, quam clarissimi Viri Joannis
 Ulu 3 Hudsoni,

Hudsoni, Collegii Oxoniensis, quod Universitatis vocant, Socii laudabili industriæ debemus. Eccui enim Scriptori ornando ac perpoliando rectius haud vulgarem, qua pollet, Græcarum literarum notitiam, & indefessum publico inserviendi studium impendisset, quam Thucydidi, Historico omnium confessione *παιτικωτάτω*, disertissimo, sincerissimo? Inprimis quod integri seculi decursu inventus nemo esset, qui tam insignis auctoris, quemq; in omnium manibus versari par erat, editionem curarit; cum scriptoribus tamen Græcis aliis, quibus carere Respublica Literaria minori cum damno potuisset, sæpius eo temporis intervallo recudi obtigerit. Itaque fecit, quod virum doctum ac cordatum decebat, Hudsonus, Thucydide omnium usibus per novam hanc editionem restituto; in qua quid præstitum ab eo fuerit, paucis nunc edisseremus. In præfatione dum varias editiones versionesq; Thucydideas doctissimus Editor recenset, primum omnium Thucydidis Historiam cum scholiis Græcis *Aldum Manutium* Venetiis A. 1502 edidisse memorat: secutas post editiones alias, Florentinam *Bernardi Junta* A. 1526; Basileensem *Hervagii* A. 1540, operam conferente *Joachimo Camerario*; duas *Henrici Stephani*, alteram A. 1564, alteram 1589, & postremam omnium *Æmilii Porti*, quæ Francofurti ad Mocnum A. 1594. prodit. *Laurentium Vallam* primum Latio Thucydidem donasse, sed incuriosius negligentiusque, ut versio ejus passim emendanda ab *Henrico Stephano* fuerit: non multo post novam versionem dedisse *Vitum Winssemium*, dissimili quidem oratione ac stylo, non dispari tamen successu: feliciter spartam hanc adornasse *Æmilium Portum*, fidelissimi metaphrastæ defunctum officio: ultimum hunc laborem suscepisse *Georgium Acacium Emenckel*, ob dictionis elegantiam & sermonis puritatem aliis præferendum, interpretandi tamen dote *Æmilio*, quippe qui Græca satis intricata & perplexa ordine dilucidiori exposuerit & obscura luce majori perfuderit, inferiorem. Hudsonus ipse in Græco Thucydidis textu, qui supremam paginæ cujusque partem occupat, in sectiones utili consilio distinctus, exprimendo Stephani editionem posteriorem religiose secutum se profiteatur. Versionem Latinam ab *Æmilio Porto* accuratam, quam non ad latus Græci textus, ut fieri amat, collocavit, sed suas secutus rationes illi subjecit potius, retinuit; ita tamen, ut immutare illam paululum, ubi sensus exigere visus est, non dubitaverit, consul-

consultis eam in rem non ceteris tantum versionibus Latinis universis, sed Gallica etiam Ablancurtii, & Hobbessii (quem neglectorum fontium Græcorum ab Auctore notarum ad Marmora Oxoniensia inique accusatum obiter monet) Anglicana. Versionem variaz lectiones tam ex impressis, quam manuscriptis tribus codicibus ex bibliothecis Norfolciana, Collegii Corporis Christi Oxoniensis, & Barocciana depromptis (nam ex duobus aliis, quorum alterum illustrissimus Comes Clarendonia, alterum celeberrimus Jo. Georgius Grævius, sed paulo serius communicaverant, collectas seorsim in Appendice representavit) excerptæ excipiunt: in quibus annotandis singularem diligentiam Hudsonus adhibuit, non neglectis variationibus ullis, nisi quæ aperta librarii essent sphalmata. In infima paginae cujusque parte comparent scholia antiqua Græca, quæ Henricus Stephanus *Marcellum* quendam auctorem habuisse in Animadversionibus ad Libellum de Dialectis Græcis censuit; Hudsonus non tam unus quam diversorum esse narrationes, ad oras codicum primitus adscriptas, & postea in unum fasciculum collectas conjicit. De cætero, quemadmodum Historiæ ipsi Thucydideæ vita Thucydidis a Marcellino, Anonymo item quodam & Suida descripta cum notulis quibusdam, nec non elogia auctorum ac judicis de Thucydide, duæque in super tabulæ geographica, Græciæ antiquæ altera, in qua delineanda a Viro clarissimo *Edmundo Hallejo* adjunctum se facitur, altera Siciliae veteris ex *Philippi Cluverii* Sicilia Antiqua maxima ex parte transumpta, præmittuntur: ita sequuntur eam, post epitomen Historiæ auctore *Georgio Acacio Ewenckel L. Barone Hobeneccio*, & orationum Thucydidis argumenta a *Jobo Veratio* conscripta, preparata scevemque *H. Stephani* ad scholiorum lectionem, proximiores *Stephani & Palmerii* annotationes, quæ lectionibus variantibus commode interferi non potuerant, notis etiam tum ipsius clarissimi Editoris, tum *Porti & Acacii* hic illic immixtis. Claudunt opus indices tres studiose confecti. Unum superest, quod silentio a nobis præteriri nefas fuerit, quo dq; pretium novæ hujus editionis haud parum adauget, ab initio nempelibri secundi, unde Thucydides ipse Annales suos auspiciatus est, (nam primus non nisi proœmii vicem præstat) exteriori cujuslibet paginae parti annos, quibus quæq; gesta sunt, adscriptos esse, a viro clarissimo *Henrico Dodavvello* designatos, qui Chronologiæ suæ rationes,

ut in

ut in Præmonitione ad Lectores Hudsoni Præfationi subjecta ipse pollicetur, in *Annalibus Thucydideis* una cum *Dissertationibus de Anno Attico veteri* prælo jam subjectis, adeoque propediem prodituris uberioris exponet.

LIBRI NOVI.

Fasti Ducales ab Anafesto I. ad Silvestrum Valerium, Venetorum Ducem. Studio Jo. Palatii. Venetiis apud Hier. Albrizzum, 1696. 4.

Jo. Raii Synopsis Methodica Stirpium Britannicarum. Accessit Cl. Viri D. Aug. Rivini Epistola ad Jo. Raium de Methodo, cum ejusdem Responsoris. Londini apud S. Smith & B. Walsford, 1696. 8.

Æschinis in Ctesiphontem & Demosthenis de Corona Oratio, cum versione Latina & explicatione P. Foulkes & J. Friend. Oxonia e theatro Sheldoniano 1696. 8.

Historia della Republica Veneta, di Michele Foscarini Senatore. In Venetia per Combi & La Non, 1696. 4.

Ductor Dubitantium: Or the Rule of Conscience in all her general measures; by Jeremy Taylor. The fourth edition. London for L. Werdich, 1696. fol.

Remarks on several late Writings, publish'd in English by the Socinians; by H. de Luzancy. London by Th. Warren, 1696. 8.

A Demonstration of the Existence and Providence of God, from the contemplation of the structure of the greater and the lesser World; by John Edwards. London for I. Robinson, 1696. 8.

A Physico-Medical Essay, concerning Alcali and Acid; by J. Colbasch. London for Dav, Brovne, 1696. 8.

A Discourse concerning Lent, in two parts. The first, an Historical Account of its observation; the second, an Essay concerning its Original. London by Th. Warren, 1696. 8.

A Conference with a Theist; by W. Nicholls. London for F. Saunders, 1696. 8.

Socinianism Unmask'd; by J. Edwards. London for I. Robinson, 1696. 8.

The Preternatural State of Animal Humours, by their sensible qualities. London for M. Johnson, 1696. 8.

N. VIII.

ACTA
ERUDITORUM

*publicata Lipsiæ
Calendis Augusti, Anno M DC XCVI.*

INTIMATIO SINGULARIS NOVÆQUE EMENDATIONIS
Artis Vitriaria, per D. T.

Quam incredibile attulerit hucusque damnum generi humano vulgare illud præjudicium, non posse quid excogitari melius illo, quod a majoribus nostris hæreditario jure accepimus, hoc demum seculo clarissime animadversum fuit, quo multi præclaram navarunt operam in tam firmis nixæ radicibus & ab eruditis ipsis propagata opinione ex animis hominum evellenda. Utinam vero illa non tantum extirparetur magis magisque, abjicereturque penitus, sed contraria quoque invalesceret sententia, nihil nempe esse certius, quam in scientiis artibusque nullum fixum esse terminum, sed quantumcunque etiam procedatur, licere tamen semper ultra progredi, pluraque excogitare, quam quæ sunt reperta. Non patitur temporis ratio specialius hæc confirmare; e re tamen fore putavi, si cum publico communicarem aliquid non levis momenti, quod jam dicta multis modis comprobare possit.

Esti compertum mihi dudum fuit, quam præclara sit Optice clavis ad reseranda Physices penetralia, quamque singulares, paucisque forsan rite cogitati progressus ejus ope fieri adhuc possint; non parum tamen, quo minus destinata perficerem, obstitit, quod non omnia, quæ ab artificibus vitriariis desiderabam, præstare ipsi poterant. Id ergo huic arti operam ipse aliquam ut darem, me coëgit; sed cum consistendum mihi fuerit cum ejusmodi hominibus, qui ægre tentant quod novum ipsis & a methodo, quam sequi solent, alienum videtur, vix credibile est, quanti sumtus profundendi, quantumque temporis impendendum fuerit, ut adducerentur ad id, quod

ipsis proposueram. Quamvis enim nonnulla præstitissem, quæ impossibilia illi judicaverant, & e. g. rotundas tabulas vitreas, quarum diameter ulnam fere seu duos pedes, crassities pollicis duos æquabat, easque puras & diaphanas, methodo ipsis solenni constari eurassem; deinde quoque vitra utrinque convexa, quorum chorda ulnam Lipsiensis superabat, crassities vero media trium & exterior in margine unius erat pollicis, absque usitato illo, qui stando absolvitur, modo perfecissem, inque eam devenissem spem, non procul me abesse a scopo, futurumque ut admoverent manus operæ ad tabulas vitreas crassities magnitudinisque a me propositæ elaborandas: frustra tamen fuerunt omnia, quæ ad demonstrandam rei possibilitatem surdis auribus narrabantur. Quo factum, ut rem ipse aggrederer, methodique a vulgari alienæ veritate, in efformandis sine perflatu ferrei tubi tabulis minoribus, quarum diameter dimidii pedis, crassitudo duorum est pollicum, explorata, majus opus molirer. Ad quod dum accingor, incidi in virum artis vitriariæ apprime callentem, Constantinum Fremel, Coloniensem, qui, cum quæ jam a me effecta & retulisset & objecisset oculis, in hanc quoque descendit sententiam, rem non adeo esse impossibilem, uti a plerisque omnibus vitriariis censetur. Non desii ergo illi addere animum, hortarique, ut aggredere opus; sumtus quoque & apta materia ut ipsi suppetere, curavi. Cum vero in irritum cecidissent nonnulla tentamina, parum absuit, ut ille quoque despondisset animum a tot contradicentibus fractum, nisi opem eidem ferens confirmassem illum in sententia, rem non esse impossibilem. Hac ergo spe fretus feliciter, Deo propitio, eam ad finem perduxit, tabulamque mihi attulit tam pulchram nitidamque, ut cum quovis vitro crystallino certare possit. Forma ei circularis est, magnitudo trium pedum, crassities quatuor pollicum, gravitate vero centenarium cum semisse superat.

Quandoquidem igitur parari jam possunt vitra datæ magnitudinis & crassities, datæque figuræ, v. g. cylindricæ &c. ille facile hujus rei momentum ponderabit, qui novit, quam incredibilis sint firmitatis talia vitra, modo crassities eorum duorum sit digitorum. Ut propterea optandum foret, postquam hæc res in Germaniæ officina vitriaria, non procul a celeberrima Saxonum Universitate Wittebergenſi, feliciter inventa fuit, Principum magnorum Ministros operam conferre suam,
ut opus

ut opus, quod plurimum momenti habet ad commercia promovenda, ulterius provehatur.

Quæ autem hinc ad Opticæ commoda sint redundatura, perspicaciores facile intelligent, siquidem jam ipse alias singularia vitri caustici bipedalis effecta recensui, deinceps autem elaboravi vitra bipedalia in distantia duodecim pedum flammam in ligno momento excitantia, certusque jam sum, talia in incredibili distantia posse effici. Vitrum quoque formavi sesquipedale, viginti pedum in distantia durum lignum perurens, sine flamma equidem, ritu vitrorum causticorum vulgarium. Postquam vero modo alias a me indicato focum, vel imaginem potius Solis, alio vitro contraxi, exsuperavit hoc effectus vitri bipedalis, ita ut ferrum in momento funderetur, & asbestus in vitrum mutaretur pellucidum; quod experimentum plus, quam multis videbitur, habet in recessu. Illi autem quibus persuasum est, machinis parum boni in Opticis præstari posse, contrarium suo tempore experientur; interim dubitare saltem fas erit, quenquam sine machina ad hunc usum parata vitro, cujus gravitas sesquicentenarium æquat, segmenti sphericæ perfectam formam posse inducere.

ΟΥΑΔΕΡΙΟΥ ΑΡΗΟΚΡΑΤΙΩΝΟΣ

περὶ τῶν λέξεων βιβλίον.

HARPOCRATIONIS DE VOCIBUS LIBER, CUM NOTIS ET OBSERVATIONIBUS JACOBI GRONOVII. Accedit Diatribe Henr. Stephani ad locos Isocrateos.

Lugduni Batav. apud Fred. Haaring. 1696. in 4. Alphab. 2. plag. 6.

FAti cujusdam invidia, clarissimo Gronovio judice, factum est, ut nobilissimus hic scriptor non sero tantum, sed infeliciter etiam Batavicis literis describeretur. Postquam enim egregium & in omnem partem conducibile futurum Jo. Meursii propositum, quo exornandum Harpocratonis Lexicon susceperat, a Mauffaco, per literas etiam blanditiarum plenissimas, quas integras præfationi suæ inserere doctissimo Gronovio placuit, fuisse interpellatum; fatis ille exinde habuit per varia opuscula spargere miniatulas suas, quas satis crebras & multiplices fuisse etiam post Mauffaci emendationem docuit: quam-

vis ille in modo laudatis literis non dissimulet, se sperare, fore, ut postquam sibi rem totam cesserit Meursius, nihil desideraturus sit in Harpocratiōe, quod non critico pumice expolium fuerit. Anno itaque demum 1683 contigit, ut hic scriptor ex officina Batava, & quidem Lugdunensi, Nicolai Blancardi opera primum prodiret. Cujus etiam editionis a nobis in Actis Erud. illius anni p. 465 mentio facta fuit.

Vix opus esse putamus, ut falsæ dicta, quibus acerbissime Blancardi illam editionem celeberrimus Gronovius perfricavit, a nobis hic repetantur. Monuisse sufficiat, eam unice in causa fuisse videri, ut de edendo denuo Harpocratiōe ipse cogitaret. Blancardi enim curas non in præfatione solum haud sine stomacho perstrinxit: ubi emendatum quidem ab eo, dispositum & Latine redditum, ut titulus editionis ejus præfert, hunc Autorem esse fatetur, at pessime singula ista facta esse vasto exemplorum numero docet; sed notas etiam plerasque non magis illustrando emendandove Harpocratiōi, quam taxandis Interpretis vitis & depravationibus scripsit. Cujus eo magis mirandum esse ait in versione Lexicographi hujus consilium, quod Maussacum noverit abstinuisse, ne sana mente præditis & literarum scientibus ludibrio esset & contemptui, ad instar quorundam etivis interpretum, qui Pollucem, Suidam & alios id genus auctores interpretandos susceperunt. Quamvis verba ista Maussaci præfatione illius expunxerit in sua editione Blancardus, ne sententiam contra se latam ipse ulterius propalaret, subveritus.

Ne tamen omnem operam solis castigandis Blancardi erroribus impensam fuisse aliquis existimet, præstantissimi cujusdam codicis Florentini ope, quamplurima Harpocratiōis loca restituta esse, confutatis nonnunquam Meursii, Maussaci & aliorum temerariis nimium emendationibus, noverit. Cumque præterea Aldina quoque editio, Xylandri, Fabri, Sylburgii, Freheri, Rutgerfii & Heinsii manu passim notata sese Cl. Editori obtulisset, eorum quoque conjecturæ nonnullas notis suis inseruit. De quibus ut eo rectius Lectoribus constet, pauca speciminis loco excerpta liceat.

P. D

Merito autem de ipsa statim inscriptione libri monendum, aliam, quam Maussaci & reliquæ editiones præferebant, quæ habent *Λεξικὸν τῶν δέκα φητόρων*, ideo Cl. Gronovium servasse, quod ejus vestigium non apud Suidam tantum, ut a Maussaco jam observatum,

occurrat

occurrat, sed etiam quod eam manifeste exhibeant MSi duo Medicei. Illa ipsa autem, quæ tanquam duo & diversa memorat Suidas, *Λεξείς τῶν δέκα ῥητορῶν, & Ἀνθρῶν συναγωγῆν* si, etiam ut diversa scripsit ac publicavit aliquando Harpocraton, vel per eum ipsum, vel per alium coaluisse postea in unum, & hoc ipsum scriptum existimat. In prima statim voce (*Ἄβαρις*) *Ἰππύρατὸν* aliquem allegat Harpocraton, Chronologum, ut ex verbis Lexicographi Gronovius colligit: quæ lectio tamen ei suspecta ideo fuit, quod nusquam alias ab illo amplius Autor iste citetur. Sed MS. Mediceum etiam legere *Νικίσερατ* ait, quem alibi quoque nominat Harpocraton, si non ut Chronologum, certe ut virum eruditum, qui potuerit id, quod in voce *Ἄβαρις* ex eo allegatur, dixisse in poesi, in qua maximam ejus memorandi occasionem habuit; siquidem Athenæus disertè testetur, eum scripsisse *Ἰεσοφάντην, Ἡσιόδον, & Πάνδρον*, atq; *μέσος κωμωδίας* fuisse *πιητήν*. Quæ omnia sane verosimilitudine apud eos quoque non caritura haud diffidimus, quibus allegatus de rebus non plane dissimilibus *Hippocratus* apud Scholiasten Pindari ad Olymp. II p. 20 occurrerit, qui scrupulum tamen aliquem movere posse videbatur. Ad vocem *Ἀπατῆρα*, medelam afferre tentat vexatissimo oraculi verficulo apud Polyænum L. I. Strateg. festi istius originem explicantem. Quomodo Casaubonus & alii eum emendare voluerint, notum. Noster spretis eorum conjecturis rescribit: *Ξάνθῳ ἀπατῆων ὁ μέλας ὄνομα ἔσχε Μελαίνος*, ambiguitatemq; oraculi in eo constituisse arbitratur, quod in nominibus essent habituri alter flavedinem, alter nigrum. Apud Harpocratonem vero pariter MS. quoque Mediceum egregie habere: *τῆς Μελαίνης χάρις Μελάνθος*, non ut Maussacus rescriperat: *τῆς τῶν Κελαίων χάρις Μελάνθι*, testatur. Ad vocem *Ἐμπροσὶ* indignatur Blancardo, quod scripserit: *Φάσμα τί Φασὼν εἶναι τῆς Ἐκάτης, ὅπερ δυσυχῆσιν ἐφαίνετο, cum τοῖς σοιχῆσιν εἰφαίνετο* priores editiones, MS. Mediceus, & ipsa antiquitas adeo bene per Valesium illustrata exigant & stabiliant: ex quo non infelices modo, sed peregrinantes etiam in agris circa meridiem hoc spectrum vidisse pateat. Verum debere istam emendationem Meursio Blancardum observamus, quæ eam Lect. Att. p. 140 edidit, cui & alias quam plurimas illum surripuisse, plagii propterea reum peragens, passim ipse Gronovius indicavit. Ad vocem *Μαλακίζομεν* inter alia ob-

p. 4.

p. 35.

p. 60.

p. 90.

servat, quam frustra se torqueant Maussacus & Valesius in depravata Æschyli allegatione, qui in *Ελλάδιω* ibi citatur. Nec feliciorum fuisse Stanlejum ait, qui dicit, istud *Ελλάδιω* verbum *ὑσῶδες* fragmenti potius, quam nomen fabulæ sibi videri. Ipse itaque rescribi jubet: *Διχύλα* ἐν *Λαίω*: hoc nomine enim fabulam ab Æschylo compositam comparere apud Hesychium in voce *Ἀρέχων*. Ipsum autem fragmentum fabulæ illius ab Harpocrate prolato ita restituendum censet: *κεκμηῶτι μαλακίων πρῶτι*; cum editum antea esset: *κεκμηῶτι μ. π.* Tribus adhuc verbis indicabimus, quomodo veniatissimum Harpocrate locum, quo Munychum *τῶν βασιλέων Παντακλέως* filium dicit, interpretetur. Quid Valesio & aliis hic visum fuerit, repetere super sedemus; locum tamen Meursii in *Lect. Att. I, 14* indicare visum, in quo contra Maussacum, qui *παντοκλέως* ediderat, *παντακλέως* tuetur, quod illum doctissimo Gronovio in mentem haud venisse videamus. Ipse autem cum in MSo Mediceo *παντακλέως* invenerit, certissimo indicio, in alterutra duarum in principio syllabarum literam *e* extare debere, Maussacum recte edidisse contendit; sed non ut sit nomen proprium, verum commune, Autorque intelligat τῶν *παντευκλέως* h. e. Regis celeberrimi & perillustri filium.

De Henrici deniq; Stephani Diatribe ad locos Isocrateos, quam accedere huic volumini doctissimus Editor voluit, superforaneum forte erit monere, eam cum aliis hujus generis a Stephano una cum Isocrate operibus editam fuisse, agereq; de nonnullis vocabulis & loquendi generibus ab Harpocrate & Suida apud Isocratem observatis: quæ quidem jam ad calcem editionis Aldinæ Isocrate collecta inveniuntur, a Stephano vero notis etiam illustrata fuerunt.

BIBLIA SACRA, SIVE TESTAMENTUM VETUS ET NOVUM
ex linguis Originalibus in linguam Latinam translatum a SEBASTIANO SCHMIDT, SS. Theol. D. & Argentoratensis
Universitatis Professore Seniore.

Argentorati, sumptibus Jo. Frid. Spoor, A. 1696. in 4. Alph. 8.

Multi hæcenus in pretio ac in deliciis habuerunt notas illas Bibliorum e sacris fontibus in Latinam linguam translationes. Cui enim Vulgatæ, quæ audit, versionis basiatoces ignorantur? aut quis nescit, quor

quot & quanta obtinuerint elogia labores Xantis Pagnini, Ariæ Monrari, Sebastiani Münsteri, Tigurinorum, (Leonis Judæ, Theodori Bibliandri & Petri Cholini, licet alii eorum loco Franciscum Vatablum nominare soleant,) Sebastiani Castalionis, Immanuelis Tremellii & Francisci Junii, Jsidori Clarii, Augustini Steuchi Eugubini, Lucae Osiandri, Pauli Eberi, Conradi Pellicani ? Ut silentio jam prætereamus particulares operas a Thoma Malvenda in libros aliquot Veteris Testamenti; a Cajetano & Felice Pratenfi in Psalterium, inque Novum Testamentum ab Erasmo Roterodamensi, Theodoro Beza, Erasmo Schmidio, ac aliis impensas. Quemadmodum autem nulli ex his quicquam laudis promeritæ detrahemus: ita apud neminem aut adulationis aut corrupti quacunq; ratione alia judicii insinulatum nos iri confidimus, si his singulis ac universis palmam præreptam conspici afferuerimus in versione hac, cujus modo titulum Benevolus Lector ob oculos sibi collocatum deprehendit. Agnoscit ea auctorem Virum ad interpretationem Scripturæ naturali velut instinctu a Deo excitatum, SEBASTIANUM SCHMIDIUM, quem equidem non vivum amplius venerari licet, posteaquam is sub ipsis hujus anni primordiis die Januarii decimo, peracto in his terris annorum fere novem & septuaginta curriculo, ad gaudia Domini sui placide beateque transit; vel mortuum tamen eo magis admiramur; quo præstantius hoc ipsum opus est, cui per integros quadraginta ante mortem annos indefessa cum industria incubuit. Ac sane qui tot ejus Disputationes olim habitas, ac editos complures tractatus exegeticos, commentariosque in libros utriusque fœderis difficillimos oculo attentiore unquam perlustravit, ex istis profecto partibus haud difficulter feret judicium, quid de hoc toto polliceri sibi valeat. Nimirum idem accuratissimum examen, idem exactissimum judicium, quo verba, phrasæ & contextum alias examinavit, idem illud diligentissimum scrutamen, & eandem ἀκριβοῦς, quam in prioribus istis separatim adhibuit, heic quoq; universum constans semperque sibi similis approbavit; ut adeo plenam librorum omnium non Canonicorum modo, sed Apocryphorum quoque (quos ex editione LXX. Interpretum transposuit,) versionem Latinam, & eam quidem fontibus quam maxime respondentem habeamus, imo talem, quæ passim Lectori majus fortasse adjumentum, quam quod sperari queat e prolixioribus Commen-

mentariis, præsitura videtur. Nervosa sane heic & succincta, sed tersa insuper ac plana omnia deprehendas, & ipsa textus viscera felici cum successu denudata ubique conspicias; cum sedulo allaborarit solertissimus Interpres, ut addito interdum verbo unico, interdum pluribus, (sed aliis tamen literis impressis cancellisque præterea inclusis,) dictis, quæ obscuriora cæteroquin apparere poterant, facem lucidissimam accenderet.

Non memorabimus aut evehemus tantopere accurata singulorum capitum summaria & methodicam analytin; ipsam duntaxat versionem paulo intueri propius juvabit, indeque speciminis in vicem loca quædam, circa quæ non unam ut plurimum Interpretes sententiam tenere consueverunt, a Schmidio nostro expressa allegabimus, Effatum v. g. divinum Gen. III, 22. ad eum modum transtulit, ut simul per adjecta abs se verba paucissima sansum integrum elegantissime declararit: dixit Jehovah Deus (*apud se:*) ecce, homo fuit sicut unus ex vobis (*personis divinis,*) sciendo bonum & malum, (*Et tamen peccavit;*) nunc ergo ne emittat manum suam, & sumat etiam de arbore vitæ, & comedat, & vivat in æternum, (*emittamus eum e horto.*) Versum ultimum ejusdem capituli sic vertit: quumque expulisset hominem, habitare fecit ab oriente horti Edenis Cherubim, & flammam gladii hinc inde vertentis se ad custodiendam viam ligni vitæ. Gen. IV, 1. Kanithi (*b. e. possedi*) virum, qui Jehovah est. Capite eodem v. 7. directum Dei ad Cainum sermonem ita expressum legimus: nonne si bene feceris (*munus tuum pro peccato*) erit remissio: si vero non bene, feceris, ad ostium peccatum est cubans quis? cujus (*etiam jam-jam*) ad te est desiderium (*ad eadem allektans;*) sed tu dominare illi, (*nec consenti, ut facias.*) Neque minus elegans est versiculi sequentis translatio: dixit quidem (*hoc*) Kajinus ad Habel fratrem suum. Nihilominus tamen factum est, quum essent in agro, ut surgeret Kajinus contra Habel, fratrem suum, & occideret eum. In versu 13. interrogationem effert, quasi dixerit Cain: (*ergo*) majus est delictum meum, quam ut remittatur? Signum immunitatis Caino datum accipit pro evidenti quodam miraculo coram ipso edito, & hinc v. 15. hoc modo eloquitur: sed & posuit Jehovah Kajino miraculum (*in confirmationem,*) quod non cæsurus esset ipsum, quisquis offensurus ipsum. Ad verba v. 23. virum occidi in vulnere meo & puerum in plagam meam, ad-



am addit: (*per bigamiam*.) v. 26: tunc coeptum est invocare nomen Jehovah (*publice*.) Gen. V, 29. ita habet: vocavit nomen ejus Noach, (*b. e. quietis auctor*,) dicendo: hic consolabitur nos (*quiete; in filio Messia*) ab opere nostro. Gen. VI, 3: non arguet Spiritus meus (*per verbum concionis*) hominem in perpetuum. Et v. 4: Nephilim (*b. e. apostata a vera fide & Ecclesia*,) fuerunt in mundo in diebus istis; etiamque postquam intrarunt filii Dei ad filias hominis, & (*be*) pepererunt illis (*Nephilim tales*.) Hi (*sumt*) illi fortes, qui olim fuerunt, viri famæ (*mala*.) Gen. X, 11. vocem נִפְלִיִּם non personaliter sumit pro filio Nimrodi, sed ita potius, ut de Nimrodo ipso dicat: eque terra ista egressus est in Assyriam. Gen. XVI, 13. verba Hagaris eo fluunt ordine: Tum vocavit illa nomen Jehovah loquentis ad se; Tu (*es*) Deus videns me. Dixit enim: num etiam hic vidi post videntem me? Quod Lutherus reddit Gen. XIX, 10. *ich wil wieder zu dir kommen/ so ich lebe/* Noster ita sistit: revertendo revertar ad te juxta tempus præsens. Gen. XX, 16. Latinus sermo hac ratione conceptus est: ecce dedi mille (*scelos*) argenti fratri tuo: ecce hoc tibi erit velamen oculorum, cum omni, quod tecum est: omniaque (*reliqua, que dixerat Abrahamo etiam*.) Sicq; vindicata est. Gen. XXI, 9. culpam Ismaëlis in illusione ponit: vidit Sarah filium Hagaris Ægyptiæ illudentem (*Isaaco*.) Cap. XXIII, 9. nomen מַכְשֵׁלִים non pro appellativo, ut plerique Interpreteres id per speluncam duplicem reddunt, sed pro proprio accipit. In loco Gen. XXVI, 8. cum Luthero facit, eumque transfert: quum ecce Jizchakus jocaretur cum Rebecca uxore sua. Cap. XXX, 11. exclamatoria Leæ vox בְּנֵי־בָנִי exponitur per verba: venit cumulus. Gen. XXXV, 16. loco Hebræi כְּבֵרִי Latinum ponit spatium. Gen. XXXVI, 24. vulgatæ adhæret sententiæ de inventis ab Anah mulis in deserto. Gen. XXXVII, 35. per Scheol, quorsum se descensurum dicit Jacob, locum mortuorum intelligit. Gen. XLI, 40. hæc verba habet: tu eris super domo mea, & super ostium osculabitur omnis populus meus. Capite eodem v. 43. vocem אֲכַרְךָ vertit per: flecte genua. Caput XLVII hoc pacto finit: tum incurvavit se Israël super caput lecti (*Deo*.) Gen. XLIX, 10. sic exprimitur: non recedet sceptrum de Jehudah, nec legislator (*natus*) ab inter pedes ejus, usquedum veniat Schiloh, & huic sit adhæsiō populorum. Cap. L, 19. Josephum quærentem introducit: num enim pro Deo ego sum? Et ad modum hæc recensitum reliquos etiam libros Biblicos perlustrare possemus, nec

uspium nobis defutura esset occasio, iudicium Interpretis nostri cuius comprobandi. Sed nimiam veriti prolixitatem infituito nostro haud convenientem, parcius imposterum exempla cumulabimus. Exod. I, 21. vulgo statuuntur obstetricibus ædificatæ domus, sed Noster potius ad Israëlitas eas transfert: factum nimirum est, quoniam timuerunt obstetrices Deum, ut faceret ipsis (*Israëlitis*) domos. Exod. XXXIIX, 8. mulieres צוֹבֵחוֹת appellat ministras, quæ ministrabant ante ostium tentorii conventus. Lev. XXVI, 30. per אֲשֵׁרֵי שָׁמַיִם innuit existimat Solares statuas. Num. XII, 3. Mosen non afflictum dicit, sed mansuetum valde præ omni homine. Qui ad Num. XII, 12. LXX. Interpretes, vulgatamque & nostram Germanicam versionem evoluit, non aliter colliget, quam quod lepra jam dimidium carnis Mirjam abstumpserit. Secus autem statuet, qui Nostrum inspexerit; ille enim sic: ne quæso sit (*illa*) sicut mortuus, cuius, quam exit ex utero matris suæ, dimidium comestum est. Num. XXI, 6. per serpentes Israëlitas affligentes notari ait presteres. Deut. XXVI, 5. dictum: אֲרָמִי אִיכָר אָבִי fecus atque alii interpretatur: Syrus periens (*erat*) pater meus. Deut. XXVII, 16. vocem מְקַלְלִי non reddit, ut Lutherus, per: maledicit, sed per: vilipendit. Jos. II, 1. Rahab sub nomine mulieris meretricis introducit. Judic. XI innuit, quod Jephtha filiam suam Domino in sacrificium obtulerit, & versum ultimum sic transfert: ab anno in annum abeunt filia Israëlitis ad meditandum (*lugubria*) super filiam Jiphthachi Gileaditæ. 1. Sam. II, 25. (qui locus alias pro stabiliendo absoluto decreto a quibusdam allegari solet,) ita infit: sed non audiverunt vocem patris sui, quod vellet Jehovah eos occidere. 1. Sam. V, 6. אֲשֵׁרֵי עַפְרַיִם fuisse censet hæmorrhoides. 1. Sam. XVII, 4. titulum Goliathi אִישׁ-הַבֵּינָה reddit per virum duelli. 2. Sam. VII, 19. non abit ab ea mente, quam in Commentario suo ad posteriorem Samuelis librum declararat, & ita procedit: atqui parum fuit adhuc in oculis tuis, Domine Jehovi: ideo locutus es etiam super domum servi tui in longinquum, idque ad legem hominis, Domine Jehovi. 2. Sam. XX, 18. de gladio Joabi, quo de Lutherus: es ging gern aus und ein/ Schmidius ita: is exivit & cecidit (*facile*.) Exordium ultimorum Davidis verborum 2. Sam. XXIII, 1. paulo concipit aliter, ac Lutherus, ita nempe: dictum Davidis, filii Jischaj, dictum (*inquam*) Viri, qui constitutus est altus, uncti Dei Jacobi, & suavis canticis Israëlitis. 2. Reg. V.

Reg. V, 17. 18. verba illa maxime in controversiam tracta sequentis heic tenoris sunt: non faciet amplius servus tuus holocaustum, aut sacrificium Diis aliis, nisi Jehovah. Quoad verbum hoc propitius sit Jehovah servo tuo; quum intraverit Dominus meus in domum Rimmonis, ad incurvandam se ibi, idemque innixus fuerit super manu mea; & incurvavero me in domo Rimmonis (*Regi*), quum (*inquam*) incurvavero me in domo Rimmonis, propitius sit, quaeso, Jehovah servo tuo, quoad verbum hoc. 2. Reg. XXIII, 5. ubi allegantur כַּמְרִי אֲדִיפִילֶנּוּ Lutheri, qui in glossa subintelligendos innuit sacerdotes idololaticos. Dicitur Job. VII, 1. sic refert: nonne conditio servilis homini (*est*) super terra? Locus ille Job. XIII, 15. diversimode alias efferi solitus hoc pacto sistitur: ecce, occidet me, in eo tamen sperabo: tantummodo vias meas arguam coram eo. Job. XIV, 4. aliter ac in Germanico: quis dabit mundum ex immundo? non quisquam. Illustre Jobi effatum c. XIX, 25. f. heic ita se habet: etiam ego novi Redemptorem meum, quod vivat; & postremum, quod super pulverem surget. Et post cutem meam circumdabuntur haec: & ex carne mea videbo Deum. Angelum מַלְאָכִים vocat Angelum interpretem, Job. XXXIII, 23. Si fuerit apud eum Angelus interpres, unus (*ille*) ex millibus, ad annunciandum homini rectitudinem suam. Job. XXXVII, 7. iterum discedit ab aliis, & verba originalia sequenti ratione interpretatur: manum omnis hominis obsignat, ut cognoscant omnes homines operis sui. Ps. VIII, 6. ita fluit: carere quidem eum fecisti paululum praeter Angelis: sed (*mor*) gloria & honore coronasti eum. Ad Ps. XV, 4. quærit solet, quomodo lauderetur juramentum לְדַרְשֵׁי, quod esset reddendum: ad nocendum? Noster vero sic: (*si*) jurat ad affligendum se, non mutat. Ps. XVI, 2: dixisti Jehovah, Adonai (*Dominus*) tu: bonum meum (*seu beatitudinem meam quod attinet*); non (*est illud mihi*) propter te. Ps. XXII 17. crucem Criticorum כְּרִיכָה parum moratur, & vocem hanc per perfodientes exprimere non dubitat. Ps. XL, 7. (*nimirum*) sacrificium & munus non voluisti; ideo aures fodiisti mihi; holocaustum & peccatum non petiisti. Ps. XLIX, 15 interpretationem habet singularem, cumque alii hunc locum vertant cum Lutheri: et subvertet unus/ wie die Jugend; alii, ille ducet nos usque ad mortem, seu in ipsa quoque morte; Noster vicissim eum sic transfert: ille ducet nos (*cum cantico*) Almuth. Ps. CX, 3. reddit: ex ute-

ro auroræ tibi ros juventutis tuæ. Pf. CXIX, 27. ligate festum funibus usque ad cornua altaris. Prov. XVI, 4. omnia fecit Jehovah, ut sibi respondeant : quin etiam malum in diem mali. Prov. XXXI, 4. ne Regibus, o Lemuel, ne Regibus (*mos sit*) bibere vinum, & dominantibus ficera non (*convenis.*) Es. VII, 9. si non credideritis, certe non stabiles eritis. Es. VIII, 19. 20. annon populus Deum suum quæret? pro vivisne mortuos? (*Quare*) legem & testimonium (*quæret:*) quod si non dixerint juxta verbum hoc, profecto non (*erit*) ulli aurora. Es. IX. 2. (*Quum*) multiplicasti gentem, illi magnum reddidisti gaudium. Es. XXIX, 16. qui crediderit, non festinabit (*cadere.*) Cap. eod. v. 19. unde erit tantum commotio intelligere facere auditum. Es. XXXIV, 14. vocem לילית vertit per noctuam. Es. LIII. prius hæmistichion versus noni hoc est: ut daret impios (*etiam*) in sepulcro suo, & divites in mortibus suis; deinde sequitur: per hoc, quod non violentiam fecit, nec dolus in ore ejus (*fuit.*) Es. LXIII, 17. quare errare facies nos, Jehovah, a viis tuis, indurabis cor nostrum, ut non sit (*illi*) timor tui? Es. LXVI, 17. (*Tum*) sanctificantes & purificantes se super hortis, post unam (*arborem*) in medio. Jer. I, 11. baculum amygdali (*vigilans dicta,*) ego (*sum*) videns. Quod Jer. XI, 19. Lutherus exulit: *Lasset uns den Baum mit seinen Früchten verderben / Noster ita transfert: perdamus lignum in humore ipsius.* Jer. XVII, 9. alturum (*est*) cor præ omni, & desperatum idem: quis cognoscet illud? Jer. XVII, 16. מן מן non intelligit de rebus secundis ac vita deliciis & voluptatibus exuberante, (quo respexit procul dubio Lutherus per vocem *Menschenhage*) sed reddit potius: diem desperatum non exoptavi (*illis*, iis scilicet, qui dicebant: ubi? verbum Jehovah veniat quæso!) Jer. XLIX, 10. maledictus (*est*) faciens opus Jehovah (*cum*) dolo. Dan. IV, 24. quare, Rex, consilium meum placeat tibi, ut peccata tua in justitiam abrumpas, (*mutes,*) & iniquitates tuas in misereri (*miserationem*) afflictorum. Dan. V, 25. prodigiosam illam scriptiorem: Mene Mene Thekel Upharsin, reddit: numeratus, numeratus, appensus, & dividentes. Dan. XI 33. ubi mentio fit Dei Maüssim, ita Noster habet: Tantum Deum, Munitiones, superstitione superphonorabit. Hof. XIII, 9. perdidisti te, Israel: quia in me, in auxilium tuum (*peccasti.*) Caput quintum Michæ tale fortitum est in his Bibliis initium: tu autem, o Beth-lechem Ephrathæa, parum est, ut sis inter millenas

millenas Jehudæ: (*nam*) exte mihi exhibit, qui sit dominator in Jiraële, & cujus exitus (*sunt*) ab antiquo, a diebus æternitatis. Hab. II, 4. ecce (*namque*) cujus anima efferet se dubia, (*ea*) non recta erit in ipso: at (*qui*) iustus in fide sua, vivet. Zach. IX, 9. Rex tuus venit tibi iustus & servatus ille.

Atque ita ex Interprete nostro produximus loca Veteris Testamenti præcipua, in quibus vertendis alias in diversum abire solent Exegetæ. Nunc etiam ex Novo Testamento specimina quædam alleganda sunt. Math. VI, 7. *μὴ βαττολογῆσατε*, exponit: ne sitis multiloqui. Capite eod. v. II. hæc est petitio quarta in Oratione Dominica: panem nostrum super substantialem da nobis hodie. Matth. XII, 6. *μύλα*  *ὄνικος* in Latino est mola asinaria. Sunt, qui Marc. III, 21. verba: *ἀκούσαντες οἱ περὶ αὐτοῦ, ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτὸν* Ἐλεγον γὰρ, ὅτι ἐξέστη, ita exponunt, quod illi audientes turbam siltere vulerint, & dixerint, quod illa fureret. Noster vero circa ea sic se gerit: quod quum audivissent ii, qui cum ipso, exiverunt ad apprehendendum ipsum (*introrsum*;) dicebant enim: quia zelo abreptus est (*ut se non curet.*) Marc. IX, 23. Jesus vero dixit ei: quia si possis credere: omnia enim possibilis (*mibi sunt, ut faciam*) credenti. Luc. I. 28. salutationem Angelicam his verbis exprimit: Salve gratiam consecuta (*singularem*;) Dominus (*enim*) tecum est; (*ita, ut sis*) benedicta tu inter mulieres (*præ omnibus.*) Luc. II, 14. reperitur hoc Angelorum canticum: Gloria in altissimis Deo, & super terra pax, in hominibus bene placitum (*esto.*) Luc. XII, 29. illud: *μὴ μετρωρίζεσθε* explanat per: neque animo suspendimini. Dictum Joh. II, 25. in speciem obscurissimum sic transfert: dixerunt ergo ipsi, tu quis es? Dixit vero illis Jesus; Principium quia vobis dico. Act. I, 4. Vox *συναλωτῆμεν*  a Latinis variis alias transfertur: convescens; Noster vero reddit: congregans. Cap. XIII, 3 per *σκηνοποιούς*, quorum artificium & Paulus exercuisse dicitur, tentoriorum confectores intelligit. Cap. XXVII, 21. verba Græca: *πᾶλλης ἢ ἀστίας ὑπαρχύσης*, non, ut quidam, reddit: cum autem frequens esset stomachi fastidium; sed: mulaaurem inedia existente. Rom. VIII, 19. vocem *ἀπκαραδοκία* per expectationem declarat: nam expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat. Quam alii I. Cor. VII, 23. in verbis: *τιμῆς ἠγόρασατε*, agnoscunt interrogationem, Noster haud curat, sed per

thesin ea effert: pretio emti estis, ne reddimini servi hominum. Il-
 lud: ἐν αὐτῷ, quod Beza ad σαυρὸν rerulit, Col. II, 15. Noster cum
 Luthero refert ad Christum: exuens principatus & potestates osten-
 -avit palam, triumphans de illis per se ipsum. 1. Tim. III, 16. ita apud
 Nostrium legitur: cæterum in confesso magnum est pietatis mysterium
 (hoc:) DEUS manifestatus est in carne, justificatus est in Spiritu, visus est
 Angelis, prædicatus est inter gentes, creditus est in mundo, assumtus est
 in gloria. 1. Pet. II, 13: subjecti estote omni humanæ creaturæ. 1. Pet.
 III. notata digna est hæc v. 18. 19. 20. versio: (*Christus*) mortificatus
 quidem carne, vivificatus autem spiritu, in quo etiam iis, qui in custo-
 dia (*erant*) spiritibus abiens prædicavit, (*sicut in*) qui increduli fue-
 runt olim, quum semel expectavit Dei longanimitas in diebus Noë.
 Eodem capite v. 21. συνηθιστως ἐπερώτημα εἰς Θεὸν ipsi est conscien-
 -tiz bonæ interrogatio erga Deum. Ubi vulgata versio 2. Pet. I, 16 ha-
 -bet: non enim indoctas fabulas secuti; Noster cum plerisque substituit:
 arte fictas. Tametsi quidam autument, quod Apoc. XIII, 8. vocabula:
 διὰ καταβολῆς κόσμου non ad participium ἐσφαγμένον sed ad
 verbum γέγραπται pertineant, nihilo tamen fecius Noster ita: quo-
 rum non sunt scripta nomina in libro vitæ agni, qui occisus est a fun-
 -datione mundi.

Sufficiant exempla hæc, quæ non obscuram sane præsentis
 versionis referent imaginem. De cætero unum, quod notemus,
 superest. Cœpisse nempe meritissimum de sacris literis Schmidium
 fundamenta suæ translationis sigillatim scripto configuare, sed mortem
 eum prædeditum vix ultra prima initia potuisse progredi. Anno-
 -tationes tamen ejus in Genesin sub prælo sudare innuit summe Re-
 -verenda Facultas Theologica Argentinensis in Præfatione peculiari,
 in qua hæc Biblia Latina meritis encomiis celebravit, eademque uni-
 -cuique genuinum Scripturæ sensum nosse cupienti de meliori com-
 -mendavit.

TRIPHYLLUM ASSERTIONUM HISTORICO-ELENCTICARUM

de Intinctione panis Eucharistici in vinum, Auctore

D. CHRISTOPHORO SONNTAGIO.

Aldorff, typis & impensis Jodoci Wilhelmi Kohlesii. A. 1695. in 4.
 Constat plagulis 6 $\frac{1}{2}$.

Inter

Inter reliquas laude minus dignas consuetudines, ad quas desertio sanctioris literæ in Testamento a Christo condito hominum ingenia abduxit, ritus etiam intinctionis atque intritionis panis eucharistici in vinum ex antiquitate ecclesiastica observari meretur, quem ipsum maxime Reverendus Auctor in hoc opusculo penitus excutendum sibi sumfit, ita quidem, ut tribus assertionibus negotium integrum conficiat. *Prima* enim factum ipsum proponit, ac istam, quam diximus, intinctionem non modo in Communione clinica sive infirmorum antiquitus administratam, sed & solennioris publicæque Synaxeos exemplis, præcipue in Ecclesia Orientali Græca frequentatam legi, ac insuper ibidem tam in adultorum quam infantum sive parvulorum Eucharistia etiamnum deprehendi perhibet. Exorsus autem a communionem clinica, thesin suam hanc confirmat exemplo antiquissimo Serapionis senis, cui, cum jam animam ageret, Presbyter & ipse ægrotans exiguam Eucharistiae partem vino intinctam per puerum transmiserit. Sicut autem historiam illam Nicephori verbis recenset, ita in horum versione, quam a Valesio mutuatur, istud taxat, quod hic verbum *ἐκβεβηξεν* per intinctionem in aquam reddiderit, cum id certe intinctionem in vinum æque significare possit, imo convenientius hoc quam illo modo verti videatur. Eandem postea communionem *τὴν βρακτηκὴν* (quam G. J. Vossius alio quoque exemplo ex Prospero Aquitanico desumpto dilucidet, videlicet puellæ a Diabolo vexatæ, quæ, cum dies 82. jejunasset, brevem particulam corporis Domini tinctam a Sacerdote perceperit,) sancitam ait a Concilio Carthaginensi quarto A. C. 436. habito, licet jam ante circa annum 340. Julius I. Papa his, qui sacrificando varie errabant, accensuerit quoque eos, qui intinctam Eucharistiam populis pro complemento communionis porrigerent. Mox alia antiquitatis de hoc ritu testimonia producit Auctor, e quibus, quod a parvis initiis ad synaxes illico publicas hic mos progressus fuerit, ad oculum patefcit. De recentioris vero Ecclesiæ Græcæ instituto huc quam maxime faciente acturus, ex Christophoro Angelo hoc narrat, quod populo ad sacram mensam consistente Sacerdos sancta manibus suis gestans, unicuique corpus & sanguinem Domini simul, quod est, panem & vinum mixtum, distribuat. Addit dehinc ex aliis, quod exhibitio hæc ope cochlearis fiat, imo, quod in missa quoque præsanctificatorum Græci sic

ci sic procedant, Leonis Allatii effato nixus edocet. Porro infantum eucharistiam similiter per modum intritæ paratam sistit ex testimonio Josephi Georgirenes, quod Thomas Smith in præfatione epistolæ de hodierno Ecclesiæ Græcæ statu produxerit, quodque hic oppositum voluerit non tantum Johanni Matthæo Caryophilo, confessionis a Cyrillo Lucari editæ censori, sed & Jacobo Goaro, Commentarii in Euchologium Græcorum auctori, asserentibus, communionem in Ecclesia Græcorum infantibus dari sub una sanguinis specie, dum nimirum cochleari guttulam e caliceeductam infantis lingua exugendam apponant; cumprimis vero Leoni Allatio, idem statuenti, ut argueret, pari ratione Pontificiis vinum Laicis, ac Græcæ Ecclesiæ panem infantibus, subtrahere fas esse. De cætero quemadmodum infantum Eucharistiam jam olim obtinuisse, exemplo etiam Ecclesiæ Africanæ apud Cyprianum extante Auctor comprobat; ita sermones abs se cum Græco quodam recentiore ex monte Atho paucis ante diebus, quam hæc scriberet, de hac infantum Eucharistia apud ipsos adhuc usitata habitos recenset. Tandem vero dispicit, utrum ille tingendi interendique mos consecrationem Symbolorum anticipaverit, an peracta & finita demum consecrationis liturgia fuerit adhibitus? & sane posterius ita usu venisse autumat. Quibus hac ratione deductis, in assertionem *secunda* intinctionis hujus causas ex antiquitate ecclesiastica eruere conatur, & primo loco nominat infantum agonizantiumve infirmitatem cum deglutiendi *αδυναμία* conjunctam; obstetricante imprimis opinione de absolute necessario cœnæ usu sive ad infantes, sive ad infirmos, sive denique ad ipsos mortuos respicias; & in horum namque ora itidem infusam insertamque Eucharistiam subin fuisse probat. Secundam rationem quærit in studio vitandæ communionis hæreticorum. Videlicet cum hæretici adhuc & genuini Christiani inter se convenientes missas celebrarent, ne infirmi in cœtibus orthodoxorum hæretica communionē macularentur, utque morituri hi disjungerent se ab omnibus istorum temporum hæreticis, testaturi, se esse & perseverare velle in communionem veræ Ecclesiæ, ut item illis diebus & horis, quando publice in Ecclesia non celebrabatur ministerium Eucharistiæ, succurri posset illis, qui in periculo mortis versarentur, hinc tale excogitatum consilium, ut ab uno die solennis publicæque celebrationis Eucharistiæ in futuros usus aliquid

aliquid subinde reservaverint. Accessisse tertio intempestivum irreverentiæ & periculi effusionis metum. Cum enim veteres nimium solliciti impedire voluerint, ne vel vinum effunderetur e calice, vel miculæ ex panibus grandioribus decedentes perderentur, (in multis enim locis non azymum sed fermentatum panem adhibitum fuisse constat,) ideo eos dissipationi, detritioni, ac depravationi micularum tinctionem earundem opposuisse. Prætextum quartum collocat Auctor in complemento communionis, quod ab asservatione panis benedicti ejusdemque transmissione ad absentes haud pauci sibi promiserint, cum quo mox quintum jungit petiitum a devotione privata, qua moti quidam aliquid Eucharistiæ domum secum detulerint, ut in mortis periculo sacrum hoc frustulum velut appendicem communionis in publicis sacris sub utraque facta comederent, eoq; anteq̃ obitum fidem suam confirmarent. Ut autem huic communioni postmodum, ex morum asceticorum immodica & superstitiosa admiratione, plus nimio indutum, & a forma communionis ab ipso Filio Dei præscripta paulatim recessum fuerit, erudite declarat, variosque Eucharistiæ abusus memorat, dum ea nempe adhibita fuerit ad curandam domum quandam a Dæmonum vexatione, ad restinguenda incendia, pro novis sponis, ad munitionem adversus gladio- rum & bombardarum ictus, & ad fines ejusmodi alios. Merito igitur in assertione *tertia* tincti panis anomaliam explosam esse refert, non Pontificis duntaxat Julii, sed Concilii quoq; Provincialis Braccaren- sis tertii A. C. 675. habiti decreto. Manifesto namq; illam repugnare voluntati Christi testatoris, quippe qui non edi, sed bibi suum sanguinem, ac manducationem & bibitionem sacramentalem actu neutiquam simultaneo, sed successive fieri mandaverit. Præterea nullum ejus vel in Apostolica doctrina, vel in consuetudine ecclesiastica primæva fundamentum reperiri urget. Quibus etiam de causis præsanctificationem, ac durabilem panis in usu sacramentali perman- sionem, ejusdemque ad absentes missionem, & immixtionem in calicem mis- salæm reprobat, ac Bellarmino, inveteratis istis abusibus communi- onem sub una roborare annitenti, latius respondet.

HISTOIRE DES REVOLUTIONS D' ANGLETERRE.

i. c.

*HISTORIA CONVERSIONUM, QUAS ANGLIA A PRIMIS
Monarchia initiis sustinuit: autore PETRO JOSEPHO
AURELIANENSI e Soc. Jesu.*

Parisiis apud Claudium Barbin, 1695. 12. Alph. 2. pl. 12.

Britanniam illustre aliquod theatrum maximarum, quæ unquam evenire possunt, commutationum esse, historiarum vetera æque ac recentiora momenta neminem dubitare sinunt. Quod cum probe exploratum haberet Societate Jesu Vir doctissimus Petrus Josephus Aurelianensis, incredibiles istas, quas Anglia experta est, rerum statusque conversiones dignas censuit, quas eleganti dicendi genere explicaret transmitteretque ad posterum. Nos eundo per summa rerum capita, hinc inde quædam delibabimus.

Lib. I.

Postquam Romani ultro deseruerant Britanniam, Picti Scoticque, veteres Britonum hostes, irruptione facta, provinciam omni præsidio nudatam misere depopulabantur: Britonibus frustra Actuum Consulenti implorantibus, sive quod eo, odio erga Valentinianum Imperatorem incenso, adeoque non invito, res undique turbarentur (quod tamen Nostro non fit verosimile) sive quod aliis Imperii partibus, quas contra Barbarorum insultus defendi Romanorum magis intererat, subveniendum erat. Quod Romani denegaverant, id, qui Britanniam Armoricorum incolebant, tulerunt auxilium, misso Constantino Duce, qui hostibus pulsus fugatisque, in Regem electus est. Ast eo per insidias a Pictis interempto, filioque majori natu Constante sacro ordini addicto, cæteris autem ex ephebis nondum egressis, Pictis autem spiritus resumentibus, communibus suffragiis ad regiam dignitatem evehctus fuit Vortigernus. Præter jus fasque eum regnum occupasse docet Matthæus Westmonasteriensis, perpetrâ quidem, judice Aurelianensi. Certe minus exacta esse, quæ de hoc Rege tradit, Noster pronuntiat, cum sua fraudandus laude non sit Vortigernus, licet magnis multisque præditus fuerit vitiis. Atque hic ipse Vortigernus, evocatis contra Pictos Scotosque, quibus se imparem

imparem esse intelligebat, Anglo-Saxonibus, insigni rerum in Britannia conversioni occasionem præbuit. Res non una eademque ratione ab omnibus refertur. Auctori autem nostro illorum maxime sententia probatur, qui tot Saxones ex patria solo egressos esse, quot tres naves caperent, ut novas sibi quærerent sedes, perque mare circa Britannia litora vagatos esse, autumant. Vortigernus itaque ad incitas fere redactus, misit, qui hosce accerferent, ut sibi auxilio essent contra Pictos. Angli haud inviti paruerunt, cumque hostem profligassent, Hengistus Dux illorum, vir callidissimus, impetravit tandem a Rege, ut & alios cives ex patria sua evocare sibi liceret, quo sic tandem Pictis pares esse possent. Qui postquam adventassent, filiam Hengisti virginem formosissimam secum adduxerunt, quam Vortigernus, inter pocula amore ejus captus, in matrimonium, utut Christianorum sacris nondum initiatam, ducit. Sic obstricto sibi Reges suas firmare, jugumque ipsis Britannis imponere instituit Hengistus. Britones autem mirum in modum hinc irritati, contra Saxones Regemque ipsum, Duce Vortimero Regis filio, arma capessunt; unde bellum istud longe atrocissimum exortum est, quod diversis eventibus, ipsis tamen Historicis non raro hic secum pugnantibus, gestum fuit.

Equidem Aurelius Ambrosius Constantini filius cæterique Britonum Reges, ad Cadwalladarum usque, cum Anglo-Saxonibus nunquam non de rerum summa dimicarunt, sed tandem succubuerunt crescenti indies potentia, & ad fastigium tandem, septem Saxonum regnis in unum coalescentibus, perducta. Egberto tam felici esse licuit, ut ex Saxonibus Angliæ regno toto potiretur. Sed vix fluctati erant ex hiis difficultatibus, cum novas illis Dani crearent, alteram eamque non minus celebrem status conversionem Britannia attrahentes. Hinc qui Egbertum exceperunt, Angliæ Regibus Ethelwolfo, Ethelbaldo, cæterisque cum Danis semper fere pugnandum fuit, donec tandem Edmundo, proditore Edrico, interempto & Saxonum in Britannia imperium finiretur. Lectu sane digna sunt, quæ de Ethelbaldo, Ethelberto, præcipue Adelstano fortissimo prudentissimoque Rege, Edgardo, aliisque Regibus Auctor inspergit, plerisque suas, quibus pollebant, virtutes aut impuris amoribus, aut aliis vitis commaculantibus, fabularumque Romanensium conditoribus argu-

menta haud vulgaria suppeditantibus. De Suenone quoque Danorum Rege, quem Christianorum sacris imburum fuisse nonnulli ajunt, alii abnuunt, Noster ita disputat, ut Saxonis Grammatici, aliorumque sententis commemoratis, ea quæ Pontanus tradit, quam minime sibi similia vero videri, haud obscure innuat.

Inter Danicos Reges, qui deinceps Anglis imperarunt, maxime laudat Canutum I. vitiorum quidem non immunem, at pietate tamen cumprimis insignem. Nec prætermittit, quod referri solet, quæ ratione maris fluctibus, ut cederent, imperando, intempestivam suorum adulationem lepide reprehenderit. Quo minus vero & Danorum in Anglia imperium diuturnum esset, imperitia vitis illorum, qui Canutum exceperunt, effectum est. Accedat reviviscens erga pristinos Reges amor; unde rebus Danorum pessimum euntibus, Eduardus tandem ex Normannia evocatus rursus aliam faciem Angliæ rebus reddidit. In hoc Rege illud cumprimis Noster admiratur, quod cum per artes arrogantiamque Godwini Cantii Comitis, omnium contemptui expositus fuerit, nihilofecius tantam sibi deinceps conciliaverit auctoritatem, ut felicissimis Britanniarum Regibus omnium consensu annumeretur, pietate quidem, ut putat, ingenii vim bellicamque peritiam supplente. Mortuo Eduardo inter Haraldum & Guilielmum Conquæstorem lis oriebatur, utroque ad regnum adspirante. Sane utrumque dignum fuisse, qui regnaret, fatetur Auctor. Guilielmum superiorem evasisse, notius est, quam ut hic dici debeat. Nec ejus victoriæ, quas a Scotis, Danis, Galliarum Rege Philippo, & subditis suis frenum mordentibus retulit, quenquam fugiunt. Id vero haud frustra Noster monet, eum rebus suis cumprimis bene consuluisse, dum Romani Pontificis sibi conciliaverit favorem.

Guilielmum Conquæstorem primo quidem Guilielmus Rufus, deinde Henricus, exceperunt. De utroque, maxime autem de Henrico prolixè Noster commentatur, litesque quæ ob investituram, ut vocant, Episcoporum cum Anselmo, ipsoque Romano Pontifice illi intercesserunt, commemorat. Refellit quoque Polydorum Vergilium, quem multi sequuntur, Parlamenti, ut vocant, originem ad hunc Regem referentem. Cæterum licet magna in cunctis fere negotiis usus sit felicitate Henricus, in eo tamen factorum iniquitatem expertus est, quod tristi naufragio, quicquid illi liberorum erat,

erat, præter Mathildem Henrico V. Imperatori nuptam perierit. Hinc Lib. II. mortuo Henrico, Mathildis autem filio Henrico ex Gothofredo Plantageneta, Comite Andegavensi, cui post mortem prioris mariti connubiali foedere juncta erat, nondum adulto, Stephanus Bononiæ Comes Angliæ regnum occupavit. Unde novi iterum motus, post cruenta atrociasq; bella, Eustachio etiam Stephani filio interea repentina morte oppresso, ita consopiti, ut Stephanus Henricum filium & hæredem adoptaret. Henricus itaque II. primi nepos, rerum potitus, ducta Eleonora, quam adulterii suspectam Ludovicus, Galliarum Rex, repudiaverat, Aquitaniam cæteris provinciis, quas hæreditario jure in Gallia possidebat, adjecit. Sed hinc bellorum inter Gallos Anglosque fœcundissima effloruit seges, ad quæ cum intestini motus, rebellionesque ab ipsis Henrici filiis excitatæ accederent, non poterat non tot motibus tandem succumbere fortissimus cæteroquin heros, ast ambitionis æstro ultra modum percitus. Cum primis vero & Thomas Becketus, Archiepiscopus Cantuariensis, multum negotii Henrico faceffivit, in quo exponendo prolixus Noster est. Magnis laudibus evehit Thomam, aulicique consummatissimi exemplar eum omnibus prius præbuisse asserit, quam ad Archiepiscopatum Cantuariensem eveheretur. Hanc vero dignitatem cum invito Rex fere obtruderet, haud obscure significavit Thomas, fieri non posse, quin in Regis odium incurreret. Id quod & eventus comprobavit. Sacro quippe muneri admotus, subito rigidiores induit mores, dignitatisque quam sacri ordinis viris asseribat, acerrimus extitit vindex. Unde lites maximæque contentiones, quæ Thomæ tandem mortem attraxerunt, non invito, nec tamen diserte quidem jubente, ast deinde serio dolente Rege.

Henricum excepit Richardus I, quem cum fratre moriturus pater Henricus diris devoverat. De expeditione ejus in Palæstinam suscepta, litibusq; cum Leopoldo Austriæ Duce, & hinc secuta Richardi captivitate, itemque cum Galliarum Rege bellis, postquam multa doctissimus Auctor exposuit, ad eam conversionem rerum, quam sub Johanne Anglia subiit, accedit. Hunc Johannem omnibus vitiis cooperitum, nullaq; virtute, quæ eum dignum ut regnaret, reddere poterit, præditum fuisse, fidenter asserit. Quæ primo cum fratre Richardo, & tandem cum Arturo Britanniarum Minoris Comite ejusque

fociis bella gessit, neminem fugiunt; illud saltem hic observasse, nostra interest, quod Auctor illorum refellat errorem, quem & magni admiserunt viri, qui Constantiam Arthuri matrem, ob filii cadem, Johannem coram Galliarum Rege homicidii reum peregisse referunt: cum tamen eandem jam ante filii mortem fati suis functam esse constet. Ast Britanniarum Minoris Proceres accusarunt Johannem, eo quidem eventu, ut eo non comparente ad dicendam causam, omnium in Gallia possessionum clientelarium exors pronunciareretur. Ejusdem Regis cum Romano Pontifice ob Archiepiscopatum Cantuariensem lites edisserit, quas cum ita consopitas fuisse palam sit, ut regni nomine tributum quotannis pendendum Romano Pontifici promiserit, Noster tamen non desinere audeat, an Innocentius hanc rationem iram suam placandi Regi subministraverit, an vero Rex sponte sua in eam inciderit cogitationem. Sed licet Pontificis ita recuperaverit gratiam, subditorum amorem adeo non recuperare potuit, ut pristinam potius libertatem armata manu, vocatoque in auxilium Ludovico Philippo Gallorum Regis filio, repeterent.

Lib. III. &

IV.

In Henrico III, filioque Eduardo, hujusque itidem filio atque nepote, quantæ sint rerum humanarum vicissitudines, luculenter apparuit. Henricus maximis motibus agitur, fortunam domi non minus ac foris adversam habuit. Sed vero, ut Aurelianensis noster existimat, nec propitiam habere poterat. Animi enim ista firmitudine & robore, quo opus est, ut destinata feliciter exequamur, prorsus destituebatur. Sunt qui Senatam istum regni Anglicani, quem Parlamentum vocant, eum instituisse putant: sed perperam, ut Noster asserit, cura sensim potius iste enatus & ad fastigium deductus illi videatur; tantum abest, ut Regem tanta capere dementia potuerit, ut sua sponte subditorum se submittere iudicio voluerit. Eduardus contra, quem Angli ut plurimum primum vocant, Henrici filius, ut fortitudine & prudentia patrem superavit, ita & obsequentiorem fortunam habuit. Ast variis tamen artibus ad supremum Scotiarum dominium grassari sibi neutiquam religioni duxit; quod quidem crimen in eo, præter Austorem, & alii reprehendunt. Quam vero nec virtus, nec fortuna cum sanguine in liberos propagetur, Eduardus II. primi filius suo exemplo rursus docuit. Favor quo Spenserios prosequeretur, illi attulit exitium. Primo enim eam ob causam Procerum, deinde & Reginarum ipsius

na ipsius (quam tamen Spenseriorum odium tegendo impuro amori obtentui sumpsisse, nonnulli ajunt, ideo a Nostris refutati,) animi ab eo abalienati, seditionibus fomitem præbuere, eo erupturis, ut regno se abdicare coactus, carcerique mancipatus, tandem crudelissimo mortis genere interiret. Hac, quæ Angliæ incubuerat, caligine dispulsa, benignius astrum rursus in Eduardo III. fulgere coepit. Hunc bella cum Scotis Gallisque, gesta oblivioni eripuerunt. Rem ipsam, utpote notissimam indicare non necesse est. Nec in eventibus ab aliis Auctor dissentit; causam in Gallicis quidem justam fuisse abnuvit, ambitionemque Eduardi accusat, probitatemque in eo requirit. Istud prætermittendum non est, quod & communem illam receptamque sententiam, quæ tamen nonnullis displicet, quæ Eduardum hunc Ordinem Periscelidis in gratiam Comitissæ Cantii & Salisberiæ instituisse tradunt, suo quoque calculo Auctor comprobet.

Sub Richardo II, Eduardi III. nepote & successore, Anglicanæ Lib. V. res iterum in pejus ire coeperunt, per fati potius quandam iniquitatem, quam Regis culpam. Namque Aurelianensis de eo ita sentit, virtutes quibus eminebat, vitia, quorum non erat immunis, multis superasse modis. Cum Gallis Scotisque; aut adversa, aut dubia fortuna, vel ab ipso, vel ejus ducibus pugnatum est. Hibernos repressit strenue: sed seditionosorum machinationibus tandem summa rerum ad Henricum Lancastriæ Ducem translata. Mortem Richardo capto, carcerique incluso, ipsi ejus amici, ut uti invitati accelerarunt. Arma enim contra Henricum capientes, & presbytero cuidam Richardi, quem ex carcere elapsum fingebant, personam imponentes Henrico stimulum addiderunt, ut interfecto Richardo suæ consulere securitati. Cæterum ipsum Henricum Lib. VI. cum IV. ejusque filium Henricum V. maximis, quos orbis vidit, Principibus annumerandos esse, non diffitetur Auctor, illum quidem ob pacatum Angliæ statum, hunc ob Galliæ regnum fortiter perdomitum. Ast utrique ambitionem exprobrat, quam ita illorum mentes occupasse dicit, ut regnandi causa divinas humanasque migrare leges, & quadrata miscere rotundis nulli dubitaverint.

Henrico V. parum erat Angliæ regnum per nefas a patre occupatum, non meliori jure retinere. Idem per Galliam quoque, sola dominandi libidine, ut Auctor quidem censet, stimulatus, victricia arma circumtulit. Certe cum pater jam animum agens, haud obscure innue-

innueret, quam nullo in Angliæ regno occupando nisus fuerit jure, prompte responderat filius: gladio conservabo regnum, quod gladio occupasti.

Lib. VII.

Sed quo minus victoriarum suarum fructum perciperes Henricus V, præmatura mors, qua ereptus rebus mortalium fuit, effecit. Henricus VI, admodum puer corona equidem Gallicana Parisiis redimtus est; sed cum per ætatem rebus ipse præesse non posset, profecto mirandum non est, quod Gallis respirare paulisper viresque & animos iterum colligere licuerit. Sed plurimum ad profligatas Gallorum res restituendas, Anglosque omni laboris præmio privandos contulit Johanna Aurelianensis, quam Auctor divinitus ad vendicandam asserendamque Gallorum libertatem missam fuisse contendit. Nec vero hæc sola calamitas fuit, quæ afflixit Henricum. Accedebant enim intestini motus ab Eboracensi Duce excitati, quibus reprimendis cum par non esset Henricus, tribusque vicibus infeliciter pugnasset, captus tandem carcerique mancipatus, est pulso & fugato Eduardo, a Comite Varvicensi restitutus, regniæque dignitati redditus, mox victore Eduardo iterum, eadem denuo privatus, & nemine resistente, in carcerem detrusus, tandem a Glocestriæ Duce interfectus, inconstantis fortunæ exemplum luculentissimum posteritati præbuit. Certe omnibus istis virtutibus cum præditum fuisse, quibus Principem feliciter imperatorum fulgere decebat, ipse Auctor negat, nec tamen cum Cominæo consentit, qui stupidum hominem valdeque imprudentem fuisse dicit. Pietatem ejus maxime laudat, eamque miraculis post mortem comprobata asserit. Ita ergo per novam rerum commutationem a gente Lancastrensi ad Eboracensem regia in Anglia dignitas transit. Eduardus IV. ad gerendum reipublicæ clavum non ineptus, Numinis autem parcus cultor, regno occupato, non infeliciter quidem regnavit, nec tamen res memoratu dignas gessit. Filium ejus Eduardum V. cum fratre Richardus Glocestriæ Dux, crudelissimus homo, ut regno potiretur, interfecit: ipse regno deturbatus, & in prælio interfectus ab Henrico VII, qui ducta in matrimonium Eduardi IV. filia, connubiali foedere Lancastrensem & Eboracensem gentem junxit. Hunc ob sapientiam summam Salomonem Angliæ dictum esse, notius est, quam ut ex Auctore hic commemorari debeat. Impostorum quoque Symenelli & Perkinii Warbekii fata, proluxe ab Auctore expo-

re exposita nemo ignorat. Uti nec istud, quod Henricus magnis suis virtutibus, per iniquas exactiones, & injustam eadem veri Comitis Varvicensis, labem, quæ elui nequit, adaspererit: licet ut ultimo crimine se obstringeret, adductus fuerit, ut Auctor censet, a Ferdinando Catholico, qui filiam Catharinam Arthuro Henrici filio, vivente Varvicensi Comite, dare noluit. Mortuo autem Arthuro, Patrem excepit Henricus VIII. De hoc ut & filiabus ejus Maria & Elisabertha Auctor strictim solum quædam exponit, & commutationum, quæ sub iis in Anglia contigerunt, brevissimam quandam ideam exhibet. Hinc cum nostra ætate magnis subinde voluminibus horum Principum Historia explicata sit, mirum non est, quod Auctor nihil temere adferre poterit, quod non & aliis jam sit observatum.

Quæ Anglia post Jacobi I mortem ad nostram ætatem usque subiit fata, ea Tomus tertius, a doctissimo Auctore prioribus nunc additus exhibet. Caroli I, Cromwellii, Caroli II, & Jacobi II res gestas eleganter hic explicari videas. Et ne in rebus hæc, quæ magnum utique momentum trahunt, sine auctore aut teste fide digno aliquid asserere videatur, commentarios, ex quibus præcipua hausit, indicat in Præfatione; quoad Jacobum II. autem, ex ipsis Regis sermonibus relationibusque multum se profecisse, non diffitetur. Turbarum, quæ Carolum I. exceperunt, originem altius repetens, ipsum Jacobum I. patrem ejus intempestivo pacis studio, ad quod tum per rationes, tum per indolem suam ingeniumque, ut autumat, ferebatur, id quidem effecisse ait, ut tot vitis morbisque Anglia scateret, quibus sanandis quantumvis prudens & felix Princeps vix par esse potuisset. Laudat eundem Jacobum, quod doctos magno profecutus sit amore; at ipsam Regis eruditionem, quam alii tantopere deprædicant, non tantum faciendam dicit: reprehendit vero omnino, quod passus fuerit Buchanani librum, in quo in Regiam sanctitatem, ipsamque Regis matrem Mariam injurius fuerat, impune sibi consecrari. Carolum Jacobi filium non virtutibus quidem, ut alii dicunt, at fortuna destitutum fuisse. Hanc enim, licet aliquando illi favere visa fuerit, in iis tamen præliis, ubi de rerum summa concertabatur, eum profecto minus propitiam habuisse. Hinc totam motuum istorum seriem edisserit, eo minus a nobis hic attingendam, quo plures eam literarum monumentis consignantur, quoque pauciores eam ignorant.

ignorant. De Cromwellio callidissimo scelerum architecto, qui totam scenam instruxit, ita sentit Aurelianensis noster, ut indole nec ad virtutes nec vitia proclivi eum præditum fuisse asserat; adeo, ut si in rectam ingressus fuisset viam, eam magnis exornare potuisset virtutibus, quemadmodum maximis sceleribus virtutumque, præsertim pietatis callida simulatione, eam corrumpit ac depravavit. Tandem & Jacobi II fata, ejusque ex Anglia fugam, & res in Hibernia infeliciter gestas prosequitur; de quibus itidem, cum in recenti omnium memoria versentur, aliquid addere supervacaneum foret.

BARTHOLOMÆI DE MOOR COGITATIONUM DE INSTAURATIONE Medicina, ad sanitatis tutelam, morbos profigandos, nec non vitam prorogandam, Libri tres.

Amstelod. apud Gerard. Borstium, 1695. 8. plag. 30.

Complexus est hoc tractatu clarissimus Auctor, quæ in Medicina tum docenda, tum facienda desiderari animadvertit, ut, cum emendatio nobilissimæ artis non in unum cadat hominem, aliis quoque præberet occasionem socias conferendi operas. *Libro ergo primo*, postquam de vulgari Medicinam tradendi ratione egit, triplicemque Medicinæ finem constituit, *sanitatis conservationem, amissæ restitutionem, & vitæ prolongationem*, statim accedit ad ea, quæ ad explicandam corporis humani & sanitatis rationem pertinent. Hic ergo Auctores in partibus impetum facientibus frigide vulgo versari queritur, hincque natam opinionem, unicum esse morbum, nempe scorbutum; sanitatis differentias non accurate satis examinari, temperamentique & sanguinis etiam in sanis diversitatem. Maxime proinde utilem esse censet œconomix animalis accuratiorem tractationem, sed absque logomachiiis, ejusque ipsemet hoc loco affert breve aliquod specimen, in quo de saliva, manducatione, mutationeque ciborum in ventriculo non contemnenda afferuntur, ostenditurque inter alia, in hac & dissolutionem, & fermentationem, & concoctionem occurrere. Inprimis vero clarissimus Auctor circulationem sanguinis, a nullo hucusque rite explicatam, probe considerandam monet, animadvertendumque ad *impetum sanguinis ex corde erumpentis*. Qui cum maximi sit momenti, & ex vi illa maximâ, quæ sanguis premitur in arterias repletissimas,

tissimas, plurima alias explicatu ardua facile deduci possint, fusius hujus naturam & usum experientissimus Auctor exponit. Ut ergo rite intelligatur valida illa pressio, quæ vel hinc colligi possit, quod cor sese horæ spatio bis millies contrahat, & supponendo duas uncias singulis pulsibus expelli, & sanguinem humanum esse circiter 20 librarum, tredecim vicibus unica hora massam sanguineam in circulum agat, attendere jubet ad amplissimarum arteriarum in angustissimos tubulos divaricationem, sanguinis texturam ramosam, aeris externi pressionem & hinc ortam constipationem fibrillarum minimarum, tunicæ arteriarum majorum, quarum tamen capacitas minor capacitate venarum, crassitiem & contrahibilitatem, valvularumque semilunarium, quæ sanguinis ad latera arteriæ aortæ in circulum & quasi vorticem acti regressum prohibent, necessitatem. Provocat etiam ad ejaculationem sanguinis in capite truncatis, & sectionibus vivorum animalium, dum sanguis non subsultim, sed magno & continuato erumpit impetu, quod a sola circulatione aut motus celeritate non procedit. Huic pressioni deinde tribuit majorem particularum sanguinis divisionem, caloris intestini conservationem & augmentum, nec non mixtionem partium accuratiorem. Unde consequitur, sanguificationem nec in hepate aut corde solo, nec a sola chyli & sanguinis confusione peragi, sed valido & intestino motu mediante, a particularum divisione, subtilisatione & plusquam perfectione, tum in corde, tum in ipsis arteriis absolvi. Ex eodem fonte derivat sanguinis vim elasticam, quæ non tam dependeat a particulis æreis sanguini in pulmonibus admixtis, quippe quæ admodum copiosæ non sint, sed quia particule a pressione divisæ, mixtæ, in sanguinem redactæ, calidæ & pulsu valido evibratæ conantur se expandere, & spatium proinde majus requirunt. Ex eadem pressione repetenda ratio separationis spirituum animalium in cerebro, secretionumque reliquarum, imo etiam ipsius motus musculorum. Hunc enim tum fieri putat clarissimus Auctor, cum spiritus animales instuunt in fibrillas nerveas per musculorum carnem dispersas & ubi coeunt, tendinem constituentes, easque tendunt, & sic sanguinem in progressu suo per tubulos arteriosos impediunt, qui proinde eos expandit, ut ita musculus contrahatur, & partem sibi annexam trahat. A pressionis hujus imminutione per inediã languorem animalium pendere; ab aug-

mento refocillationem, plurimaque effecta, quæ passionis perceptionem statim consequuntur, asserit. Somnum oriri existimat, cum sanguis particulis heterogeneis a pascu repletus difficulter per vasa minima circularur, & ad cerebrum delatus corticalem substantiam premit, nervorumque principium quasi obturat, ut spiritus libere ad externorum sensuum motus voluntarii organa fluere non possint, simulque rationem reddit, cur decubitu, calore aëris, ignis, stragularum, silentio, susurro leni, lectione libri parum nos afficientis, nec non vigiliis protractis, ad somnum proclives reddamur; item cur narcotica sanguinis motum intendant, & tamen somnum provocent. Ad eandem pressionem recurrit in explicanda nutritione & accretione, quæ tum fiat, quando sanguis per vasa, quæ cunei rationem habent, & in omnes corporis partes, durissimaque etiam ossa se insinuant, propulsus, particulas arctius coherentes diducit, novas adjungit, & ita adauger. *Secundus liber* præcipua, quæ in morbis consideranda sunt, exponit. Ea fere hac redeunt: Non omnium morborum, ut quibusdam recentioribus placuit, eandem esse causam, sed motum quoque sanguinis justo quandoque esse celeriore, & symptomata, quæ vulgò a nimia sanguinis quiete deducuntur, revera pendere a nimio ejus motu: posse sanguinem quoque copia peccare, & tunc venæ sectionem, experientia teste, juvare: morbi differentias accidentales maximi esse momenti, & diligenter attendendum ad morbos complicatos; ejusdem enim morbi diversas esse species, eundem quoque epidemium morbum varia producere symptomata, ratione variarum anni tempestatum: accuratius investigandam & annotandam morborum causam: hæreditariorum fontem plerumque esse humores fixos & tartareos, vel vitiatam partium structuram, aut pororum conformationem: adscititios plerumque a prava diæta oriri; commissum tamen in diæta errorem quandoque non veræ causæ, sed occasionis tantum morbi habere rationem: epidemiorum morborum considerationem late patere, diligenterque notandam anni constitutionis & morborum, qui hanc excipiunt, naturam; temporis quoque, veris, æstatis &c. rationem in morborum curatione habendam esse: ejusdem affectionis posse dari diversas & contrarias causas: perperam omnium morborum causam chylum vitiatum statui; quia multi morbi a causa externa, cum viscus aliquod læditur, graviaque symptomata, in fanis etiam, a nimia sanguinis copia, animi pathematibus, inedia,

inedia, omnibusque illis, quæ pressionem sanguinis multum immutare valent, proficiscuntur, & animalcula in corpore nostro producta morborum quandoque sunt causæ: falso plerumque accusari sanguinis quietem & obstructionem, cum tamen ille nunquam quiescat, nisi vita aut omnino aut ex parte extincta, ut in gangræna & sphacelo; inflammationem autem hinc fieri, quod sanguinis cum impetu irruentis progressus difficilior est redditus, sicque tunicæ extenduntur, excitatur calor et partis intumescencia; atque ex eo explari posse, cur repellentia juvent: desiderari exactam symptomatum doctrinam, quæ tamen necessaria maxime ad morborum absolutam historiam contexendam: mortis etiam historiam, & eorum, quæ mortem præcedunt & sequuntur, conscribendam esse, inquirendasque rationes, cur tam subito cesset circulatio sanguinis, & hanc consequens pressio; id quod Auctor vel cordis propellentis, vel spirituum animalium, vel meatuum vitio contingere avertat, & exemplo eorum, qui vel gaudio vel terrore nimio perimuntur, illustrat; in illis semilunares valvulas nimium diduci, ut tam cito contrahi non possint, sanguinisque arteriosi motum in cor retrogradum prohibere, in his nimium constringi illas valvulas existimans: ad signa quoque probe attendendum esse: crises in nostris regionibus non adeo esse conspicuas, ob aëris constitutionem frigidiorum, humores viscidos & scorbuticos, medicorumque nonnullorum imprudentiam, qui naturam materiæ morbificæ exterminationem molientem præpediunt: in statu morboſo illa, quæ videntur pulsura efficere magnum, parvum aliquando producere, minoremque & magis oppressum esse pulsus, si arteriæ nimium repletæ spatium sufficiens non concedant sanguini a tergo rementi. *Tertius liber circa ea, quæ ad methodum medendi pertinent, occupatur.* Taxatur autem vulgata illa Auctorum plerorumque doctrina, qua temperandi & evacuandi humores necessitatem quidem proponunt, ordinis autem & viæ, quæ in singulis id peragendum, parvam aut nullam faciunt mentionem; cum tamen in generalibus subsistendum non sit, sed distinctim exponenda, quænam in morbi principio, augmento, statu, & declinatione sint adhibenda, v. g. in pleuritide venæ sectionem in principio & ægris plethoricis celebratam magni esse usus, postmodum adhibitis iis quæ sudores movent; in statu aut *ἀκμῆ* male institui aut etiam nimium repeti. Quod speciatim attinet ad sanitatis conserva-

tionem, ejus fundamentum statuitur, *similia similibus conservari*, idque perfici mediante commoda diæta. Sanitatis restitutio hac propositione niti dicitur: *Morbus vel contrarius vel subcontrariis* (v. g. diluentibus) *expugnari debet, causa sunt tollenda, symptomata mitiganda.* Tandem exponuntur ab Auctore fusius, quæ ad vitam prorogandam faciunt, probaturque primo, dari artem vitam propagandi, licet huc usque fere neglecta illa fuerit a Medicis; & cum ad vitæ diurnitatem requiratur præcipue corporis nostri vigor & robur, ambo hæc autem a spiritibus animalibus pendeant, hujus artis industriam occupari circa spiritus animales, ita ut doceat *illorum vitare jacturam, & promovere corroborationem.* Porro jacturam Auctor vel suffocationi adscribit, quando nempe spirituum vividorum & luminosorum productioni & distributioni locus non relinquatur, vel dissipationi. Suffocantur itaq; spiritus otio & ignavia, somnolentia, vita sedentaria, crapula, ingluvie & mœrore: dissipantur studiis, vigiliis, curis, venæ sectione, purgantibus, emeticis, salivatione, gaudio nimio, medicamentorumque spirituosorum, thermarum ac Veneris abusu. Ea ergo judice Auctore, vitæ incunda ratio, in qua hæc incommoda vitantur; in primis diæta bona eligenda, ita tamen ut non nimis sumus meticulosi, sed aliquid demus quandoque appetitui & consuetudini, attendamusque quos cibos facile feramus, cum multum a se ipsis differant ratione ætatis, temporis anni, præparationis; sicut v. g. jusculum galli decrepiti ægroto salubre fuerit, carnes ejus sanis pepererint anxietates circa præcordia, nauseam & vomitum. Notandum etiam, a quibus exercitiis bene, a quibus male habeamus, & ea cum primis eligenda, quæ non tantum pedes, ut deambulatio, sed etiam manus, brachia, denique totum corpus agitant. Somnus moderatus non negligendus; animus adversus passiones est præmuniendus; pathemata ipsa sedanda, & mens alio avocanda, ut sua sorte contenta esse discat. Quæ saluberrima præcepta eruditissimus Auctor testimoniis optimorum Græcorum Latinorumq; auctorum, ipsiusque S. Codicis, nec non luculentis exemplis comprobatur, & de inspirationis & expirationis usu docte differit. Ultimo tandem loco de Medicinæ instrumentis agens, eam profitetur sententiam: Pharmacis suum constare debere honorem; Chymicæ suam dignitatem; huic vero abrogandam tyrannidem, Medicoque utriusque cognitionem summe esse necessariam; Chirurgiam denique sedu-

sedulo esse excolendam; medicamina probata publici facienda juris, & affectuum indagandas veras causas, ne ad quietem, crassitiam, lentoremque humorum semper sit confugiendum.

AD VIRUM ILLUSTRUM DN. JO. ABRAHAMUM BIRNBAUMIUM, J. C. Potentiss. Elect. Sax. Consiliarium intimum &c.
Epistola CHRISTFRIDI WÄCHTLERI, D.

Dresdæ apud J. C. Rûger, 1696. fol. plag. 4.

Occasionem Epistolæ huic præbuit Autori consultissimo locus unicus Libanii, a Jo. Spencero ex Oratione illius *ὕπερ τῶν ἱερῶν* eo sine adductus, ut ostenderet, sacra Hebræorum ad certa loca fuisse adstricta, ut variis erroribus & ipsi adeo idololatriæ occurreret divinum Numen. Passim enim in agris & triviis templa & altaria extruxisse Gentiles, quia spes omnis agricolarum de fecunditate agrorum in illis collocaretur. Quod ipsum ex Oratione Libanii illustrare contendens Spencerus asseruit, eadem opinione olim seductos fuisse Israëlitas, & sacra sua passim in campis obtulisse, ante hanc legem divinam de tabernaculo & templo latam. Respondet Autor, a temporibus Theodosii M. ad quem habita est illa oratio, ad institutum a DEO tabernaculum, grande intercedere spatium temporum ac intervallum. Dispungendum vero fuisse hoc totum negotium ex historia Patriarcharum, ordine rerum multo simpliciore. Imo sub Theodosio M. perinde in civitatibus habuisse Gentiles templa sua, & ab iis majorem securitatem dignitatemque sibi promississe, quam reliquis. Quumque Orationem illam primus ediderit Jacobus Gothofredus J. C. cum commentario & translatione Latina, tum vero Codicem Theodosianum ex Libanii orationibus locis quam plurimis exposuerit, congruum studiis suis putavit Autor, si non orationem istam tantum, quam inuimus, sed univèrsam Codicem J. Gothofredi Theodosianum percurreret, quidque in locis præcipuis præstiterit summus hic J. C. tus, & quantam lucem Libanio & rursus ex Libanio historiæ Juris Romani passim intulerit, annotaret. Quæ cum aggredereetur, non potuit non Latina interpretatio Federici Morelli passim sub incudem paulo uberius vocari, quam ab ipso antea Jacobo Gothofredo factum fuerat. Et quanquam ille ipse, quum annotationes ad Philostor-

gium

gium vulgasset anno seculi XLIII, in censuram Henrici Valefii incidit satis acerbam, apud Vossium tamen meruisse calculum háud paulo nitidiorém, atque nunc examen novum subiturum utrumque Richardi Bentleji, cujus novam Philostorgii editionem promiserit in commentariis ad Julianum illustris Spanhemius. Ceterum ex Tomo I. Codicis Theodosiani affert Autor primum, quæ ad *L. 3. de Off. Re-
toris provincie* ex Libanio commentatus est Gothofredus. Et recte equidem ait illum legere, *καὶ αἱ τῶν ἐκ ἀφικνεμένων*, quæ negativa desit apud Libanium. In eodem vero loco hæsisse adhuc mendum, quod Tomp V. demum ad *L. 1. de expensis ludorum* sublatum sit, *πλέον γὰρ δύναται γραμματῶν διθύρον, πολλῶν καὶ μακρῶν λόγων ἐγγύθεν λεγομένων*, pro quo Morellus, *γραμματῶν διθύρων πολλῶν*. Jam ad *L. 1. domin. rei qua posc.* illustratur alius Libanii locus ex Oratione in necem Juliani, cujus emendatione Gothofredus non tetigerat. Tentavit enim hic Auctor, *ὁ δὲ τοιούτως μὲν ἔθηκεν νόμους, οἷς εὖρεν ὡς ἐ μεγάλα τὰς πρότερον γενομένης ἀνθρώπους ἀζημιῶσαι, τις vero tales constituit leges, per quas vidisset homines antehac natos ab omni damno immunes maxime prestari*. Ubi simul sed veluti obiter mentio fit lectionis Gronovianæ in alio iterum loco *περὶ τῶν προσασίων, ἢ πᾶθον φεύγειν ἀπὸ τῶν κινδύνων*. Gronovius enim initio libri primi de Pecunia Vetere majuerat, *καὶ πᾶθον*. Noster autem, *ποιῶν αὐτὰς καὶ πᾶθον*. Succedit his elucidatio novæ ad C. Theod. *de naturalibus filiis*, & Novellam Justiniani 89, c. 12, quam citra locum Libanii de Vita sua neminem, qua historiam textus, cogitando assecuturum censet Auctor. Porro e Tomo II. illustratur *L. un. de Consulibus*, atque iterum plura ad tit. *de Curiosis*, & translatio Gothofredi multis modis præfertur Morellianæ. Tum vero ad *L. 12. de Cursu publico* ostenditur, perperam Morellum, *τριχὰ διελὼν τὴν δύναμιν, exponere, vultis capillum divisit copiis*, pro, *copias in tres partes vel tripartito divisit*. Ubi locum similem, sed æque corruptum suppeditat Autor ex Antiochico Libanii, *ὡς ἐ ἴ τις πὸ τριχὰ διηρημένον οἷς ἐνα τύπον συνήγαγεν, ut si quis capillum divisum ad unam formam congregaret*. In eodem hoc Tomo circa laudem Aristophanis translationem Morelli & Gothofredi ita recenset Autor, ut etiamque explicet magis reddatque perspicuam. Ad Tomum III. vero succurrit ei *L. 4. de Malef. & Mathemat.* Ubi rectius Gothofredus, *Juliani no-*

Libani nomen loco Constantii infartum. Nam de Juliano Didio perperam id intellexisse Morellum, & contra fidem historiarum. Ad *L. 1. de his qui ad statuas confugiunt.* laudatur Gothofredi emendatio textus Græci pariter & translatio ejusdem, & locus alius ex oratione Libanii in Tisamenum, quem iste intactum reliquerat, utrobique lucem accipit. Tomo IV. autem instar commentarii in Libanium esse perhibetur Gothofredus ad *L. 15. de Annona & tributis.* Sed Autor tamen pro ἡ προξενῶν legit ὁ προξενῶν, Tisamenum respiciens: atque ibidem pro καὶ λόγους malle eum videmus καὶ ἀλόγους, quam lectionem paulo inferius codicem MSC. non parum adjuvare ait. Sed singula ista adducere paulo foret prolixius. Illud tamen non prætereundum, quod cum Libanius Senatium appellet τὸ μέγα συνέδριον, ansa data fuerit investigandi, quo ordine temporum vox illa a Græcis ad Judæos migraverit. Gothofredum enim ad *L. 29. de Judæis* satis habuisse, si diceret, Athenis & in aliis Græciæ civitatibus usurpatum vocabulum hoc fuisse; ante oculos autem forte habuisse Gul. Postellum, quem nimium laudaverit nuper etiam Christianus Wormius. Imo vero apud antiquissimos scriptorum Græcorum συνέδριον nondum designasse dicasterium quoddam forense, ex Xenophonte & Plutarcho adstruitur. Apud Sophoclem tamen occurrere de consessu regio, & consilii regii orbe vel circulo. Quumque Artaxerxes & Esdras Sophoclem intervallis non adeo disjunctis excipiant, pluribus conjecturis locum viamque muniri. Dictionem autem Strabonis & Diodori Siculi ad usum sui seculi hic temperatam esse, neque adeo vel Menochium vel Seldenum hanc rem expediisse, cui dissertationem suam vel præmiserit vel opposuerit Jo. Vorstius. Rediens hinc Autor ad *L. 103. de Decurionibus*, laudat denuo diligentiam Gothofredi circa loca Libanii, ita tamen, ut existimet, τὰς ὑπομενῶντας; τῶν θηρίων non esse, qui feras curent tantum, sed qui pugnent cum iis, & nunc victi ab iis, nunc victores earum fuerint. Multo vero magis ad Tom. V. commendatur industria Gothofredi ad *L. 1 de Spectaculis*, nisi quod in novum vulnus lectionis Libanianæ se dicat incidere Autor; cum enim sensum nullum habere cerneret ista, ἀλλὰ οὐ μὲν ἡμᾶς ἡμῖν τὴν πόλιν, scribere non dubitavit, ἡμᾶς ἡμῖν τὴν πόλιν. Ut mens Libanii hæc sit: *tu, o Imperator, omni honore afficis nostram civitatem hanc, quacunque ad legatos nostros dicuntur a te, vel cum iis tractantur, atque ita*

quotidie urbs hac sit illustrior. Locum æque obscurum occurrere ait apud Gothofredum ad *L. 9. de infirm. his quæ sub Tyrann.* cujus sensum paucis aperit, addens præterea eundem illum recitari ac retineri ab eruditissimo Pagio, qualem invenerit; qui tamen ad annum Christi 387 in alio textu Libanii novam attulerit & accuratam translationem, relicta Valefii pariter & Gothofredi expositione Latina. Quare cum chronologus illius perpetuo conjungendum esse Pagium hunc, observat Noster. Nam & a doctissimo Baluzio nota stringente eas insignitas esse alicubi. Et perinde apud Gronovium de Pecunia Vetere, atque apud Joannem Schefferum de Re Vehiculari, deprehendi non pauca, quæ cum his commentariis Jac. Gothofredi comparari mereantur. Quantum ad ultimum illius Tomum, qui res ecclesiasticas occupet & sacras, remittit Autor Lectorem ad ea, quæ sub initium ex Oratione ὑπερ τῶν ἱερῶν ad titulum de paganis, sacrificiis & templis jam adduxerit. Atque nunc sub finem novam plane operum Libanii editionem optat ab eruditis suscipi. Nam & ineditas orationes multas fuisse in manibus Gothofredi, (quarum nonnullas nominatim subjicit,) & ingentem epistolarum copiam per universos istos VI. Tomos ex codice Regio MSC. suppeditatam spargi. Quibus omnibus si accedant commentarii Illustris Viri *Ezech. Spanhemii* ad opera Juliani recens editi, & ab eruditissimo Gisb. Cuperio ad Lactantium de Mort. persecut. post tot alios exoptati, multum lucis Libanio etiam, quod evolutiones illorum paria pene ubique faciant, hinc accessurum, spondet.

*HERMANNI WITSII ANIMADVERSIONES IRENICÆ AD
Controversias, quæ sub infausis ANTINOMORUM & NEO-
NOMORUM nominibus in Britannia nunc
agitantur.*

Ultrajecti apud Guil. Van de Water, 1696. in 12. pl. 10.

Incognita atque auribus nostris inaudita hætenus nova Britannorum quorundam Theologorum pugna fuit, quæ præsentis libello componendo occasionem præbuit: neque levis illa est, aut talis, quæ circa minoris momenti controversias occupata sperni negligere mereatur. *Antinomus* videashic, nomen superiori præsertim seculo nostræ

stræ Germaniæ invisum, nunc in Anglia, sine dubio ab exasperatis concertantium animis, recusum; videas *Neonomos* novo sic nomine appellatos, istisque oppositos: sub quorum adeo infestis signis lites nunc novas in Anglia nimio fortasse calore agitari sic memorat, ut doleat Reverendus maxime Witius, tantum in Prologo ad Theologos Britannos pacis ecclesiasticæ pietatisque studium professus, ut felicissime fortasse cum iis hominibus agi, qui non cognoscentes nisi Jesum Christum, eumque crucifixum, & ex Evangelii præscripto temperanter, juste & pie viventes, de Theologiæ rixis ne fando quidem audiverint, sæpissime se animo secum cogitasse innuat. Certe ita pertractatum se crescentium indies controversiarum exhibet, ut non minimam calamitatis Theologorum, aut sane molestissimam eorum officii partem ducat, quod spinosarum controversiarum difficultatibus enodandis prolixam sæpe operam impendere cogantur. Hoc vero cum evitari non possit, prudentiam justorum omnibus iis commendat, quibus verbi commissa prædicatio est, atque ut in dissensu etiam æquitatem suam ac modestiam Deo hominibusque cum lenitate sapiente probent, hortatur. Hoc animo pertractatas lites Belgicas, quas ait penitissimo se dolere animo, æque ac Britannicas, optat: ita enim melius tranquillitati publicæ, & ipsimet veritati ac pietati Evangelicæ consultum fuisse. Ceterum ad suum de Britannicis his controversiis ferendum iudicium se nonnisi tardum ac renitente gressu procesisse monet, partim intricata argutiarum subtilitate deterritum, quas ex Anglorum libris sibi ab utraque parte transmisissis ægre, nimirum linguæ illorum ultra mediocritatem non peritus, hauserit: partim, quod istas concinno ordine, & oratione perspicua exponere, laboris utique multum requireret. Quia tamen maxime sibi cordi fuerit Fratrum disidium componere, id eo alacrius se suscepisse, quo magis persuasus esset, in sermone magis quam re ipsa dissensum esse.

Sex autem capita sunt, ad quæ referri summam disceptationum Anglicarum ait. Primum de ratione ac modo impetrandæ salutis agit, variis iterum questionibus subdivisum, quas inter agmen ducit hæc: *an solum pena electorum peccatis debita, an vero ipsa electorum peccata, tam quoad maculam, quam quoad reatum, in Christum ut sponsorem translata sint?* Auctor posterius certo modo affirmat: Deum in-

quiens omnia omnium electorum (ita enim ex hypothesi loquitur)

Bb b 2

peccata

p. 9.

peccata Filio suo imposuisse: ita passim Scripturam loqui, Jes. LIII, 6. **12.** 1. Petr. I, 24: hoc in veteri Testamento typice per impositionem manuum & peccatorum in pecudem sacrificio destinatam adumbratum: imo diserte Pf. LXIX, 4, 5. fatuitatem reatumque a Christo tanquam suum agnosci; iniquitates etiam Pf. XL, 13. Hæc autem non ita esse accipienda monet, quasi Deus, dum nostra peccata Christo imputat, illum ea admisisse judicet, quæ nos admisimus; inebriatum cum Noacho; incestum cum Lotho, adulterium cum Davide commisisse: indignam hanc cogitationem homine mentis sanæ, nedum Christiano: semper mansisse Servatorem sanctum, ab omni malo alienum, sine labe, separatum a peccatoribus: interim vi pacti, ex quo hominum sponsor factus est, eorumque personam in judicio Dei sustentat, per imputationem reatum peccatorum sibi met imputari passum, non maculam, nisi eo sensu dicas, quod squalentium & sordidorum locum occuparit, *deformi supra quemlibet forma præ filiis hominum*, Jes. LII, 14. atque, ut Gregorius Nyssenus bene ea mente locutus sit, τῶν ἀμαρτιῶν ἡμῶν ὄντων tulerit. Ita utrumque dici posse, peccata nostra esse, non Christi, quippe a nobis patrata, & æternæ mortis reatum contrahentia: eadem vero peccata Christi esse, non nostra, in quantum ipsi, ut expromissori imputata sunt, nosque ob ejus satisfactionem in judicio Dei ad condemnationem aut satisfactionem in propria persona compelli nec debemus, nec possumus. His itaque positis se nescire ait, cur quidam dicere malint, pœnam aut reatum nostrorum peccatorum in Christum translata esse, quam peccata ipsa quoad reatum: posterius a Scriptura dici, cujus locutiones emollire velle animi perperam delicatæ esse judicat, nec sapientiæ sacrarum literarum justum pretium statuentis. Ab altera vero parte non bonum, neque prudens factum existimat, quod nonnulli justo longius progressi durioribus formulis, sanctoque Spiritui insuetis usi dicant, *nos non magis peccatores esse, quam Christus, qui peccatum pro nobis factus æque ac nos peccator sit: ita nostra peccata ipso actu in Christum translata esse, ut nos amplius peccatores non simus: electum, quamvis adulterium, furtum, idololatriam commiserit, eum non esse illum adulterum, furem, idololatram, sed id potius de Christo affirmandum: nullum unquam in terris tantum transgressorem fuisse, quantum Christus &c.* Hæc Auctor præter Scripturas dici monet, & vix esse, ut aures tene-

ras non

p. 18.

p. 23.

ras non offendant. Ceterum quamvis tutius abstinere phrasibus his omnino cenfeat, non vult tamen in calumniam insolentius dicta rapi, si quæ forsan apud auctores intemeratæ fidei occurrant: ita excusandos Chrysoſtomum, Oecumenium, Calvinum, Altingium, quos adducit. Tum factam in justificatione personarum permutationem, de qua inter Britannos lis est, exponit: non talem nempe, qua Servator in ordinem servandorum redigeretur, aut servandi fierent Servator; quæ insana cogitatio foret: sed eam, qua Christus electorum personam gerens peccatum pro iis factus sit, & electi in Christo iustitia Dei fiant: quam in rem ex antiquis Justinum Martyrem, e recentioribus Turretinum allegat. Quæsitum porro est, *an translatio peccatorum in Christum eorumque portatio inchoanda sit a Christi crucifixione, & in ejus resurrectione terminanda?* Negat Auctor, dicitque, ab ipsa naturæ humanæ assumptione numerari debere; cum totum illud *ἡμᾶς* servi & *ὁμοίωμα σαρκὸς ἀμαρτίας*, ab initio vitæ Christi usque ad mortem durans, translati in ipsum peccati argumentum sit: post mortem vero Christum peccatis nostris gravatum foedatumque statuere, hoc vero cum ejusdem *τεπίλεσθαι* pugnare. Jam quod non nemo inter Britannos porro Christum *totum, quo nostra peccata tulit, tempore separatum a Deo* dixit, imo *odiosum Patri & abominabilem factum*, nimium in his verbis duritiæ & insoliti horroris agnoscit Witſius, re tamen ipsa controversiæ parum; cum neutri litigantium hypostaticam unionem solvant, sed potius illud *ἀχωρίστος* & *ἀδιασπέρτος* Concilii Ephesini consiteantur, & lætificantis solum atque consolantis gratiæ præsentem illo tempore influxum quidam negent: quanquam id non admittit Witſius, Christum toto passionum extremarum tempore nullo consolantis gratiæ sensu refocillatum fuisse. Quod autem Deo Patri *maledictus sit & execrabilis factus*, Scripturam expressis verbis ait asserere Gal. III, 13, in quem locum Calvini verba adducit, defenditque eundem alibi *Christum in damnatione constitutum* dicentem. De phrasi vero nonnullis usurpata, quod Deus ad tempus *Filium suum abdicaverit*, rursusque ex mortuis suscitatum pro Filio agnovit, aliter statuendum judicat. Neque enim hanc phrasin, nec ullam aliam ei æquipollentem in Sacris Literis inveniri. Nec Deum Patrem, cum personam judicis ageret, Christum unice prout fontem respexisse punivisseque, seposito omni filii & innocentissimi respectu.

25.
28.
34.
40.
43.
44.
46.

48. Aliud Christi *Abba Pater*, aliud pendentis de cruce commendationem
 p. 53. sui spiritus in manus Patris suadere. Ultima circa impetrationem
salutis quaestio est: *num Christus eam suis absolute promeritus sit, an*
sub conditione fidei a Deo Patre danda? Ubi prioris membri affirmati-
 vam non potes non expectare a Theologo Calvini de absoluto præde-
 stinationis decreto doctrinam passim acriterque propugnante.

61. Secundum caput Britannicarum controversiarum de impe-
 tratæ salutis applicatione est. Disceptatur hic inter eos primo: *an*
ius aeterna hereditatis electis applicetur a prima natiuitate, numque
epocha applicationis figenda sit in naturali generatione, qua sunt ho-
 70. *mines, non in supernaturali regeneratione, qua sunt Christiani?*
 Negat Witsius; inter reprobum & electum ante hujus regenera-
 tionem actu nihil interesse tradens, nisi quod ex consilio gratiæ
 huic concedantur mediæ salutis ad regenerationem actu ducentia, illi
 non item. Quam in rem postquam ordinem suarum hypothesum
 prolixè satis exposuisset, decernit tandem: electum ante sui regenera-
 tionem revera esse in statu damnabili, non solum in foro suæ con-
 scientiæ, sed & in foro Dei; tum demum a damnatione quoad suam
 personam absolvendum, quando incipiat esse in Christo, non secun-
 dum præscientiam Dei, sed actuali unione per Spiritum. *Uiri vero*
 71. *electos Christo etiam ante fidem*, quod alterum circa applicationem
 salutis *ζητημα* est, affirmat; non solum in æterno Dei decreto, vel
 72. unione confederationis æternæ, qua Christus a Patre constitutus ca-
 put omnium servandorum sit; sed & vera & reali unione, quando
 Spiritus Christi ipsos occupet, novæque vitæ principium infundat, quam
 73. nempe vitam fidem demum sequatur. Est mutuam tamen unionem,
 quæ a parte hominis actiones etiam atque operationes involvit, per
 fidem demum fieri largitur. *Imputari* porro (nam & de hoc quaeri-
 74. tur) *non solum fructus justitiæ Christi fidelibus, verum ipsam quoque*
justitiam defendit, haud secus nempe ac ad condemnationem repro-
 75. bis peccatum Adami imputetur. Cumque per eam Christi justitiæ
 perfecta simul ejusdem sanctitas imputetur, posse asserit electos non
 minus justos & sanctos dici, quam ipse Christus, quanquam huic soli
 præstitæ sanctitatis laus competat. Probe tamen hic discernenda mo-
 net ea, quæ ad justificationem pertinent, ab iis, quæ ad sanctificationem:
 non enim in hac æque ac in illa licite phrasès istiusmodi adhiberi.

Perda-

Perductus ita ad *Justificationis* doctrinam Witsius, tertium istud rerum inter Britannos controversarum caput luculenter pertractat, quo majus nempe ejus momentum est. Atque adeo in D. Pauli mentem de negotio illo cum Judæis & Gentibus disputantis sollicitè admodum inquiri; controversias eorum temporum investigat; scopum epistolarum ad Romanos & Galatas, ac occasionem scribendi eruit; quid sit lex fidei, quid lex operum, exponit; cunctaque eo dirigit, ut non esse quibusdam Reformatarum partium accedendum probet, quibus fides & lex fidei apud Paulum non peculiaris aliqua virtus est, sed efficax assensus Evangelio præbendus, qui universam Novi Fœderis conditionem notet, ac exercitium virtutum omnium Christianarum in se complectatur. Hoc postquam, uti diximus, multis rationibus impugnavit, specialemque virtutem esse fidem probavit, pergit ad essentiam ejus explicandam, quam dupliciter considerari posse observat, vel in idea, vel uti est in subjecto. Si in idea & perfectione sua spectetur, eam sine dubio in *πληροΰσσια* consistere, firmissimamque persuasione non de veritate solum Evangelii generatim, sed & speciatim de meo ad Christum omniaque beneficia salutaria jure. Ad hanc perfectissimam virtutem unicuique Christianorum enitendum ait. Cum vero supremum illa gradum constituat, & non omnibus promiscue fidelibus concedatur, sed inter hōs etiam dubitantes atque tentati sint; a fide in idea considerata fidem in subjecto, seu quæ in fidelibus est, distinguit, & hujus essentiam in receptione Christi ut Servatoris & Domini, animæque ad eum refugio collocat, dictisque dein suarum partium Theologorum parallelis illustrat. Hinc ad aliam de fide quæstionem delabitur: *qualem ea χάριτι ad justificationem habeat, an ut causa quadam ejus faciendæ; num vero ut facta jam indicium atque argumentum?* Ut ostendat, non tam re ipsa quam verbis hasce duas sententias discrepare, distinguit cum Charnocō Anglo justificationem in eam, quæ generalis seu fundamentalis est, qua electos omnes in persona Christi, a mortuis suscitati, qui tum omnium vices gesserit, justificados dici posse existimat; & specialem, quæ cuique electo ita applicetur, ut illi propter Christum prima gratiæ salutiferæ ac spiritualis vitæ initia communicentur, utque adeo justificetur homo, i. e. declaretur unus ex iis esse, quibus jus vitæ a Christo partum est. Hac itaque ratione si fides consideretur, justificationis

eam

89-114.

82.

116.

119.

126.

127.

129.

130.

- eam fructum, sequelam & indicium esse ait. Si vero stylo Scripturæ justificationis sumatur pro actione, qua Deus hominem ex hoste reconciliatum declarat, fidem omnino causis justificationis esse adnumerandam monet. Porro non pro conditione justificationis habendam, quam exigit Evangelium loco perfectæ illius obedientiæ, quam olim exigebat lex (quæ Neonomorum, quos vocant, inter Britannos sententia sit, & quæ novæ legis introductio Witfio videtur, dulcissimum, gratiosissimum, & Christo gloriosissimum Evangelii genium non parum corrumpens:) sed pro instrumento, quo Christi iustitia in ejus Evangelio oblata apprehendatur, Quod ubi monuit, & quæ in adversariorum sententia sibi displiceant ostendit, irenicas tamen theses iterum subnectit. Tum de *resipiscencia* sermonem instituit, *an dolor ille de peccatis, & propositum secundum voluntatem Dei vivendi, justificationem & remissionem peccatorum ut conditio disponens antecedeat?* Commendat primo simplicitatem S. Scripturæ præ inanibus istis scholarum subtilitatibus. Affirmat de in quæsitum certo modo: nempe cum actus fidei ac resipiscentiæ tempore simul sint, non posse eam fidei actionem, qua Christum recipimus ad iusticiam, exerceri sine vel prævia, vel certe concomitante resipiscencia & proposito novæ vitæ. Posthæc paradoxa quædam assertit, quæ inter Britannos ventilantur: v. g. *omnia peccata, etiam futura, simul, una justificatione condonari;* (quam assertionem non solum veram & orthodoxam adstruit, sed & contra objectiones Galli cujusdam, cui non nihil indignatur, Theologi vindicatum it;) *Deum nulla in fidelibus peccata videre: vocem esse spiritus mendacis, qui dicat fidelibus, habere eos peccata conscientiam vastantia, & qua ipsis incumbant, veluti onus gravius, quam ut portari queat;* ac *Dactylum, dum id de se querebatur, non ex vero esse locutum:* atque alia istiusmodi odiosa plura, quæ tamen omnia sic emollit Witfius, ut videas, verba illum, non res improbare. Facessere tamen ex ore Reformatorum Theologorum immania isthæc dicta jubet, nec audiri in opprobrium & dedecus sanctæ religionis: *peccatum nullam noxam, damnumve inferre fidelibus: & hominem fidelem mox post atrocissimi criminis perpetrationem aque venia certum esse, quam esse possit post accuratissimam humiliationem.*

A justificatione ad *Fædus Gratiæ* pergit, quartum controversiarum istarum capit. Quæritur in eo, num *fædus illud unice in æterna in-*

na inter Patrem, & Filium ut omnium electorum caput representativum, conventionione consistat, an praterea ad huc alia conventio inter Deum & electos sit agnoscenda? Dein an Christus omnes condiciones federis gratia ita in se receperit, ut nulla omnino conditio ab homine exigatur, num vero exigi ad huc certa possit? Verum cum adhibitis paucis distinctionibus & prius & posterius affirmet, & componat totum dissidium Witsius, non est, ut his immoremur. Pergimus cum illo ad paradoxas de utilitate sanctitatis & bonorum operum assertiones, quæ quinto jam loco sub examen veniunt. Quinque in universum sunt, a Theologo nescio quo prolatae, quæ docent: *bona opera ne via quidem ad regnum Dei rationem habere posse, nec esse aliquid agendum, ut vivamus, sed quia vivimus: nefas esse quidquam boni agere ea intentione, ut nostram promoveamus salutem: ne perfectissimo quidem, quantum in hac vita datur, officio sanctimonia vel minimum boni sive in hac seu in futura vita lucrifieri, nec quicquam mali evitari, nec pacem conscientia promoveri posse, &c. exercitium bonorum operum ne pro idoneo quidem & sufficienti iudicio atque argumento habendum esse, quod sumus in statu gratia: ipsamque adeo fidelium sinceram sanctitatem profectam a Spiritu gratia, in sui exercitio sordes & stercus esse coram Deo, ut qui illi operatur, nibilo gratior Deo sit, quam si illam negligeret, vitii sive indulgeret.* Non immerito Witsius hæc ipso verborum tinnitu infolito horrorem audientium animis incutere, validisque eos adversus doctorem & doctrinam præjudiciis implere monet. Et quamvis Theologi illius explicationes una in medium proferre & moderatius de iis sentire non negligit; animadvertit tamen male religioni Gorgonea istiusmodi durissimarum locutionum larva consuli, seque adeo non videre, cur viri eruditi non nisi lapides loqui velint, quorum in unum congesta durities audientibus propemodum omnibus cerebrum comminuat: exponi profecto religionem cavillis hostium, & Arnaldum, celebrem Janfenistarum Patriarcham, his demum dictis insolentissimis ad probandum, quod hostes bonorum operum Reformati sint, indignisse. Ceterum re ipsa etiam falli, non solum verbis impingere Theologum, examinatis singulis propositionibus, fuscè satis ostendit.

Ultimum libri & controversiarum caput de ordine est, quo *predicatio Legis cum predicatione Evangelii jungenda sit.* Auctor, postquam quid Lex, quid Evangelium in varia acceptione notet, ex-

183.

184.

193.

218. posuit, & ut a se mutuo distinguantur, seque iterum includant, nota-
 224. vit; quæstionem de ordine totam propemodum supervacuum & in-
 230. utilem censet, quum utriusque prædicationem jungi semper oportet:
 232. suam tamen ipse sententiam non dissimulat, initium novæ vitæ
 non ex prædicatione Legis, sed Evangelii esse. Hoc enim esse se-
 233. men regenerationis nostræ, quod ubi pectori infusum agere incipiat,
 tum vero animam e somno quasi vel morte potius excitatam fœdita-
 tem suam Deo abominabilem contemplari, suamque sortem longe mi-
 ferrimam ingenti dolore desperandam reformidare, ad salutem sibi
 aliunde obventuram anhelam: quod ubi Legis ope factum, mox
 Christum videre Evangelio monstratum, deprehensam in eo salutis
 plenitudinem amplecti, Christum apprehendere & ab illo vicissim,
 apprehendi, tumque ulterius ad inestimabilis boni amorem accendi,
 totamque se illius ministerio impendere velle, cui se salutem debere,
 scit. Atque ita rursus Evangelium ad Legem ut normam gratitudi-
 nis manuducere.

His ita expositis, Epilogo tandem omnes deductis veluti conse-
 ctariis hortatur, ut relictis extremarum opinionum præcipitiis, facili,
 plana, & tutaque via gradiantur: ne dicere reformident, quæ Scriptura
 dicit, stulte se duriuscule illius dicta suis phrasibus lenituros persuasi:
 neve moderatas Scripturæ locutiones rigidis suis, præfractis & hyper-
 bolicis exasperent, *μηδεμίαν ἀφορμὴν διδόντες τῷ ἀντικειμένῳ
 λαιδορίας χάριν*: castigent, si quæ a se ipsis dicta incautius deprehen-
 dant; aliorum dicta, si de mente constet, non inclementi censura
 vexent; & quæ alia istiusmodi monita annectit Vir moderatissimus:
 quæ si candide observentur, fore non dubitat, ut valere aliquando
 jussis infanstarum dissensionum jurgiiis, junctis omnes vocibus Dei
 in Christo gloriosam gratiam celebremus.

*SPECIMEN PHILOLOGICUM CONTINENS VARIAS OB-
 servationes et Emendationes in Diogenem Laërtium, Euripi-
 dem, Hippocratem, Philostratum &c. exhibitum a SA-
 MUELE BATTIERIO Phil. & Med. D.*

Basileæ apud Joh. Jac. Battierium, 1696. in 4. plag. 4.

Spe-

Speciminis hujus Philologici ut quaecunque edamus specimes, locorum, quorum emendationem tentavit clarissimus Autor, nonnullos adducemus; quam felix in medicina pro iis invenienda fuerit, Lectoribus pro more nostro judicandum relinquentes.

E Diogene Laertio, in quo multa optime sese habentia male tamen admodum explicata, multa vitio laborantia sed infeliciter tentata, multa denique quorum ne agniti quidem sint morbi, hodiernum inveniri miratur, producimus potissimum locum, qui extat L. II. segm. 16. ubi de Archelao ita legimus: ἔλιγα δὲ δύο αἰτίαι εἶναι γενέσεως, θερμὸν ἢ ψυχρὸν. — ὁ δὲ λόγος αὐτῶν ἕως ἔχει. Τηκόμιον Φησὶ τὸ ὕδωρ ὑπο ἔ θερμῶ, καθὸ μὲν εἰς τὸ παρὰδες συνίσταται, ποιῶν γῆν, καθὸ δὲ περιέρῃ, αἴρα γινῶν. Quae verba si vitio careant, id forte sibi volunt, aquam a calore liquefactam, quatenus in igneam naturam consistat, terram efficere secundum Archelaum. Cum vero tale quid vel sensisse Archelaum, vel scripsisse Diogenem, vix fiat probabile, quin aliter plane in consimili materia loquantur Heraclitus & Hippasus Metapontinus, qui pariter ignem principium rerum statuerunt, apud Plutarchum de Placit. Philos. L. I. c. 3, certissimam corruptionem in voce παρὰδες esse existimat, proque ea vel πηλῶδες, vel παγῶδες substituendum ducit. Firmare conjecturam sibi persuadet verba Plutarchi, qui libro de primo frigido, Philosophorum quorundam de terrae concretionem mentem his verbis exponat: ὅταν ἀκπογῆ μὲν τὸ ὑγρὸν, ἐκθλιβῆ δὲ τὸ θερμὸν. ὅθεν ἢ μὲν ἐν βάρει γῆ πάγος εἶναι ὡς ὡπῶν ἢ κρύσταλλος ἀσπασί. Caeterum frustra in adducto Laertii loco etiam esse putat cum Meibomio Menagium, pro ψυχρὸν, ὑγρὸν reponentes. ψυχρὸν enim retinendum opinio, perque illud ὕδωρ, quod ὑγρὸν est, intelligendum esse contendit. Inde vero apparere ait, Archelaum etiam ex iis fuisse, qui aquam τὸ πρῶτος ψυχρὸν dixerunt, in qua sententia Empedocles etiam & Strabo fuerunt.

p. 6.

p. 19.

In Euripidis Phoeniss, pro foede corruptis habentur versus 1399 & 1404. Sana tamen omnia Autori nostro videntur, si isto illi legatur ordine.

Τίθισι πολυνείκης δ' ἀπῆνησε δορὶ,
 Κήμην τι διεπύρασαν ἀργεῖον δορὶ
 Στρατὸς δ' ἀηγάλαξε Δαναϊδῶν ἅπασ
 Πληγὴν σιδήρω παρεδοθεῖσαν εἰσιδῶν.

Ccc 2

In

In Hippocratis libro *περὶ ἑπταμήνου* non exigua obscuritate obvolvuntur ista p. 165 edit. vander Lindeniane. *καὶ κατὰ τὴν γῆν προσκόρως καρπὺς ῥυθμῶδες, ὅπως περὶ ἐν Αἰγυπτίῳ πάντα προσκόρως γίνεταί· πολλά δὲ καὶ διὰ πάντος ὄρου διὰ τὸ πολυφιλίην τῆς γῆς, καὶ τῆς θερμῆς τῆς περιουχωσίας.* Nihil hic vidit, juxta Autorem nostrum, Hippocratis interpres. Ipse igitur *καρπὺς προσκόρως*, quod quidem vocabulum nullibi se legisse fatetur, pro iis fructibus, qui cito producuntur & germinant, accipit. Reliqua autem sic legenda esse conjicit: *διὰ τε πολυφιλίην τῆς γῆς καὶ τὴν θερμὴν τῆς περιουχωσίας, vel περιουχωσίας, hoc sensu: multa producuntur & germinant, tum propter abundantiam succi nutritii & terra fecunditatem, tum propter calorem ambientem.*

Quæ in Philostrati operibus observat, Morelli potissimum verificationem concernunt, qui cum pessimus Græcorum authorum interpres omnibus fere hodie audiat, parum abest quin abolenda potius quam emendanda ejus translationes videantur. In divino vero Hieroclis in aurea Pythagoræ carmina commentario p. 65. ita legit: *ὀδυρομένους δὲ μάλλον καὶ θρηνηντάς ὑπεραγαίν' αὐτὴ καὶ ὑπερευχεδῆ, καὶ πάντα πεισῶδες ποίει, τὰ πρὸς τὴν μεταμέλειαν ἐκ τῆς ἀπωλείας εἰς σωτηρίαν αὐτὸν ἐπανάγοντας.* hoc sensu: *ut eorum omnia illa facere, qua ad penitentiam ipsum commovere valeant, ex pernicie ad salutem ipsum perducunt.*

Agmen claudat unicus Æliani locus, apud quem Var. Histor. VIII. 6. hodie ita legitur: *ἐνθὲν τοι καὶ τοιμαῶσι λέγειν μηδὲ τὸν Ὀρφέα σοφὸν γεγονέναι θρακικῶντα, ἀλλ' ἄλλως τὴν μύθους αὐτῆ καταφύσας.* Variè locum illum sollicitarunt eruditi, quem ita corrigi & vertit Battierius: *μηδὲ τὸν Ὀρφέα σοφὸν ὄντα γεγονέναι θρακικῶντα.* *Ἀλλ' ἄλλως τ. μ. α. κ. h. c. Orpheus illum sapientem Thracem nullo modo fuisse, sed temere fabulas de eo mentitas esse.*

ARNOLDI WESENFELD GEORGICA ANIMI ET VITÆ

Francofurti ad Viadrum, impensis Joh. Volckeri. A. 1696. in 4.

Constat Alphabetis circiter quatuor.

Cum Rationalis & Moralis Philosophiæ Professore in Universitate Viadrina agat clarissimus Autor, suo huic muneri convenientissimum existimavit Georgicam hanc animi & vitæ condere, ac Pathologiam

logiam practicam, moralem nempe & civilem, paulo penitius excutere. Observaverat, quod illustris Verulamius eandem retulerit inter desiderata Ethices, quæ in corpus doctrinæ nondum redacta sint, quodque in ea explananda characteres in primis dispositionum diversos, affectus deinde, ac eorum tandem remedia accurato scrutinio peruestigare iusserit. Neminem autem hæcenus se conspexisse profiteatur, quem his consiliis per omnia obsequentera dicere audeat; quamobrem ipse viam illam ingredi, & quantum liceret, in ea progredi tentavit. Gerit autem se ad illum modum, ut, supposita quidem e sacris defectioe generis humani, duabus partibus, generali altera, altera speciali, negotium integrum absolvat. Utrinque passionum originem & dependentiam unius ab altera declarat, cognationesque & influxus earum varias in se mutuo ostendit; tum fines, ad quos a naturæ Auctore destinatæ videantur, indagat, atque declinationes ab his finibus una cum modis, non suis tantum sed & aliorum, nævis prudenter & cum effectu occurrendi scrutatur; nec in modos solum ipsos inquisivisse contentus est, sed etiam eorundem nexum cum sperato effectu, ac rationem, quo ad illum producendum influant, proponit, ac ubivis radices boni & mali, a quibus omnis passio dependeat, radicunque harum fibris examinat. Orsus igitur in parte generali a corpore & mente, huiusque cum illo unione, mox ad varietatem, originem, & naturam passionum progreditur; quibus expositis generales passionum motus declarat, inde passionum moralitatem ostendit, usumque & ab usum designat, locoque ultimo remedia seu directionem passionum non in se modo sed & in aliis feliciter suscipiendam commoustrat. In parte speciali ea, quæ ante de passionibus in univèrsum omnibus generali discussu monuerat, sigillatim nunc circa primarias earum species uberius deducit, ac, præmissis de subordinatione passionum variis positionibus, admirationem primum, & illius adjuncta atque consequentia existimationem & contemptum, dehinc amorem ac odium oppositam, mox desiderium & aversionem; ulterius lætitiâ tristitiâque, spem porro, desperationem, audaciam, metum, ac iram denique considerat, uniuscujusque e passionibus his naturam, varietatem, originem, nexus phænomena, characteres, usus, abusus, remedia, cum modo eam excitandi & sedandi in aliis fufius indagans. Nondum tamen sat perfectum opus

isthoc ipse reputat, ac se proin Commentario posthac prolixiori ea, quæ inter meditandum ulterius obvia habiturus sit, inserturum, Sylvam insuper miscellanearum observationum pathologicarum ex Historicis præcipue collectam aliquando daturum pollicetur. Nos ipsi otium & vitam ad hæc perficienda aprecamur, sicut & prospera volumus incrementa operi illi ejus alteri, quod sub titulo *Theatri universalis motuum vite civilis & militaris* lucem publicam aspiciet, cujusque eam hic *σκιαγραφίαν* dedit, quod istud vim ac impressionem, quam res ac relationes universæ tum in singulos homines tum plures in unam societatem collectos faciant, expositurum, motuumq; horum origines, nexus, ac modum impellendi, unde rationes intimæ se alioque in omni occurſu objectorum dirigendi dependeant, manifeste declaraturum sit.

GEORGI PASCHII, PHILOSOPHIE MORALIS IN ACADEMIA KILONIENSI Prof. Ordinarii Schediasma de Curiosis hujus seculi inventis, quorum accuratiori cultui facem prætulit antiquitas.

Kiloni apud Joh. Sebast. Riechelium A. 1695. in 2. plag. 23.

Quamvis passim versentur in eruditorum manibus scripta, quæ seculi hujus inventa recensent & exponunt, raro tamen in illis notantur documenta & vestigia, quæ comparent apud veteres, nobilissimi Almeloveenii opusculum si excipias, quo ea, quæ ad Medicinam faciunt, præclare pertractavit. Quapropter non ingratum eruditis laborem suscepit clarissimus Paschius in indagandis fontibus veterum, a quibus novarum dispositionum & inventionum per plerasque scientias deducti sunt rivi. Prætermissa enim uberiori tractatione eorum, quæ nuper reperta creduntur in arte Machaonia, cujus aliquot tantum adducit arcana, quæ vel plane non vel summatim attingit Almeloveenius, disciplinarum tantum non omnium inventa recenset, quæ suam antiquitati debent originem, demonstratque breviter, adductis in majorem veritatis fidem ipsis præcorum auctorum verbis, non esse nova illa omnia quæ novitatis blandiuntur specie, polliceturque se daturum operam, ut nobili argumento justè adjungantur accessiones.

Post-

Postquam ergo de inventis nov-antiquis in genere egit *cap. 1.* ostenditque neque adspernanda vetera omnia, neque contemnenda, quæ nova sunt, cum tantum ab sit ut veteres, quantumcunque impenderint curam & industriam exoliendis disciplinis & artibus, omnibus numeris absolutas eas nobis reliquerint, ut futura etiam secula, quod scitius effingant habitura sint, semperque laboris provinciam in excogitandis novis occupare queant, *Cap. 2.* laudat disciplinarum hoc seculo factam instaurationem, interque illos, qui eam vario, ut eventus docuit, successu moliti sunt, recenset Baconem de Verumalio & Boccalinum. *Capite. vero. tertio* prolixius de novæ sectæ conditore, Cartesio tractat, recentioresque pariter ac veteres, a quibus Cartesius apparatus suum philosophicum accersivit, ex Huetio commemorat, imprimis autem, a quibus dogmata de dubitatione, ideis, & brutis automatis acceperit. Pergit hinc de aucta sensim doctrina morali, novisque ejusdem accessionibus exponere *capite quarto.* Philosophiana, enim moralem segnius, quam par esset, exultantante Socratis tempora, ab hoc vero, Xenophonte, Platone, Aristotele plurimum fuisse exornatam ostendit, nostro autem seculo de jure naturali doctrinam luculentius expositam a Grotio, instructo auxiliis Alberici Gentilis, Balthazaris Agazæ, JCtorum veterum, Covarruvizæ, Vasquii, Aristotelis ejusque veterum commentatorum Græcorum, imprimis Ephesii, Eustratii, Aspasii, nec non Philosophorum, Historicorum, Poetarum, Rabbimorum, quorum testimonia frequenter laudat. Inter commentarios in opus Grotianum, Bœcleri laborem palmam tenere censet; Seldeni autem libros de J. N. & G. juxta disciplinam Ebraeorum, non subire posse vicem pleni systematis in Jure naturali. Porro Machiavelli librum de Principe examinat, ut adpareat nihil protulisse novi Florentinum Politicum, sed illa dominandi arcana, quæ tradidit, omni tempore obtinuisse. Ad Machiavelli autem principia se conformasse in civilibus Hobbium judicat, cujus errores de felicitate hominis & origine societatis refutat, tandemque allatis Pufendorffii & Alberti nostri hypotheseibus, recensione eorum, quæ Becmannus in Morali doctrina desiderat, hoc caput claudit. In *capite quinto*, postquam summa capita tractatus Almeloventii ex Actis Erud. A. 1684. fuere allata, differitur de chirurgia infusoria & transfusoria, quarum illam multi existimant descripsisse circa se-

ca seculi hujus initium Libavium & Pegelium, hujus aurem umbratilem figuram expresserit Marsilius Ficinus, qui seculo XV. claruit; de circulatione sanguinis frustra oppugnata, postquam ab Harvzo iterum in lucem revocata, quamvis ejus inventionem Paulo Servino nonnulli tribuant; de Chemiz antiquitate ejusq; cultoribus, Fratribus roseæ crucis, Collegio Rosiano, Paracelso, Arnolde de Villa nova, & Raymundo Lullio; de Chrysopeia; de ductibus salivalibus nuper inventis. *Ultimum caput*, quod amplissimum omnium est, complectitur inventa Physico-Mathematica; atque hic quidem collecta videas, quæ alias sparsim traduntur, de analysi speciosa, de circuli quadratura, systemate Copernicano & Tycho-nico, tubo optico, maculis Solaribus, comitibus Saturni & Jovis, stellis novis, asterismis novis Hevelii & Kirchii, tuba stentorea & acustica, thermometro & barometro, arte æronautica, arte volandi, curru velifero, automatis volantibus, campana urinaria, navigatione sub aqua, perizonio & caligis aquaticis, Wagenheilii hydraspide, instrumento profunda maris scrutandi, derivatione Viadri in Spream, conjunctione maris mediterranei cum oceano, thaumaturgice circumforaneorum, statuis loquentibus & ambulanti-bus, horologiis, mobili perpetuo, globo Gortorpiensi, machinis ad tollenda pondera ingentia, operibus adeo minutis ut fugiant pene aciem oculorum, Papiri digestore, arte ignis parandi, speculis ustoriis, selopetis pneumaticis, tormentis bellicis & pulvere pyrro, pulvere sympathetico, typographia, arte pingendi & scribendi aucta, instru-mento pantographico, atramento sympathetico, tachygra-phia, & steganographia.

LIBRI NOVI.

- Catalogus Librorum Manuscriptorum Bibliotheca Cottoniana. Cui præmittuntur illustris Viri D. Roberti Cottoni Vita & Bibliotheca Cottoniana Historia: Scriptore Thoma Smitho, Ecclesia Anglicana Presbytero. Oxoniae & Theatro Sheldoniano, 1696. fol.*
Henr. Wilh. Ludolfi Grammatica Russica. Oxoniae & Theatro Scheld. 1696. 8.
M. Tullius Cicero de Oratore ad Q. Fratrem. Ex MSS. recensuit Tho. Cockman. Oxoniae & Theatro Scheld. 1696. 8.

ACTA ERUDITORUM

publicata Lipsiæ

Calendis Septembris, Anno M DC XCVI.

JOMA. CODEX TALMUDICUS, IN QUO AGITUR DE SACRIFICIIS, ceterisque Ministeriis diei Expiationis &c. ex Hebræo in Latinum versus & commentariis illustratus a ROBERTO SHERINGHAMIO. Accedit JACOBI RHENFERDII Comparatio anniversaria Expiationis Pontificis M. in V. T. cum unica ac æterna Expiatione Jesu Christi.

Franequeræ apud Wibium Bleck, 1696. 8.

Plag. dimid. 21.

Digna omnia hæc Roberti Sheringhamii commentatio, Talmudicique tractatus Joma versio fuit, quam in lucem denuo prodire juberet vir doctissimus Jacobus Rhenferdus. Sive enim argumenti gravitatem, sive doctrinam, tum in versione ipsa, tum in commentariis subnexis elegantiam spectes, utroque nomine non potest non omnibus se probare: præsertim cum id, quod desiderari poterat, ipse Rhenferdus suppleverit, eruditam comparisonem expiationis anniversariæ Pontificis Maximi in V. T. cum unica atque æterna expiatione Jesu Christi, adjiciendo. Nos eundo per annotationes, nonnullos ex amœnissimo campo decerpemus flores, illarum indolem Lectoribus demonstraturos.

Memoratur in Mischna *בית המדרש* *domus Parhedrorum*. Græcam hanc vocem esse, jam Buxtorffio observatum est, & pluribus a Sheringhamio comprobatur. Simul tamen refellit is Constantinum L'Empereur in annotationibus ad cœdicem Middoth asserentem, conclave parhedrorum idem esse quod conclave loci lapidum, & sic prius vocatum, quod multum ibi vasis lapideis utebantur, posterioribus autem temporibus conclave parhedrorum di-

D d d

Etum

Ad Cap. I.
P. 2.

stum esse. Sed secus se rem habere, documentis ex Gemara petitis, quibus innuitur, quod conclave loci lapidum non fuerit conclave Sacerdotis Magni, sed Sacerdotis, qui vaccam rufam comburebat, probat. Interim locum hujus conclavis definire non audet, cum ne ipsis quidem Doctoribus Gemaricis notus fuerit, nisi quod hoc ex illis colligatur, ædificatum istud fuisse e regione domus Abtines, nec procul a domo lotionis, quæ supra portas aquarum erat, abfuisse. De modo, quo juniores Sacerdotes summum Pontificem, ne formam sibi obrepere pateretur, impedituri, strepitum excitasse dicuntur, differens erudite contra Judæos probat, Sacerdotes istos instrumenta musica indice digito percussisse. Miratur ergo, Doctores Ebræos Gemaram aut non intellexisse, aut ab eadem recessisse. Temporis quoque, quo Judæi sacra ordiebantur, mentionem injiciens, docet, non Judæis tantum, sed Christianis quoque in more positum fuisse, summo mane initium divinis rebus operandi facere, quia mens tum solutior pariorque existat, nec ullis rebus impedita, majori impetu in Deum feratur. Addit, Christianos veteres sacra hæc matutina τὸν ὄρθρον vocasse: & apud Gentiles quoque eadem obtinuisse docet.

Ad Cap. II.

p. 13.

De voce פָּרַח differens notat Buxtorffum dicentem, quod vox ista ad altare relata significet *separare, removere cineres ab altari*. At pugnare hoc diserte cum Talmudicorum *essais* ostendit, cum in tribus majoribus festis Sacerdotes delecti sint הַמִּזְבֵּחַ הַגָּדוֹל, in quibus tamen cineres neutiquam ab altari remotos fuisse, ex Tract. Tamid cap. II. constat. Concludit ergo, hanc vocem melius reddi per: *expurgavit, verrit, deterfit altare; quisquillas, pulverem, cineres in cumulum congeffit*. De micatione digitorum in sacris Judæorum quandoque usitata exponens, observat Judæos ideo digitos numerasse, quod nefas duxerint numerare homines; cum ergo numerum hominum scire desideraverint, a singulis eos aliquid accepisse; & res istas numerasse, ex quibus numerus hominum illis innotuit. Addit, Judæos hoc probare ex I. Sam. XI. 8. ubi Saul dicitur numerasse populum פָּרַח, id est, ex mente Hebræorum, *in fragmento*. Per fragmentum autem quosdam intelligere fragmentum arboris, sive ramum ab arbore avulsam; singulos enim ramum gestasse manibus, ut ministri Regis non homines, sed ramos numerarint; alios tamen per *fragmentum, fragmentum lapidum* intelligere: quosdam פָּרַח expo-

expo-

exponere *in ignis*, ita ut sensus effati hujus conveniat cum loco I. Sam. XV, 4. ubi verba מַנְלֵטָא eadem fere ratione a Judæis explicentur. Id quod pluribus Noster exequitur. Vocis מַנְלֵטָא rationem ediferens, eandem perperam, tum ab aliis, tum etiam a B. Luthero, & Aria Montano, per *sartagines* reddi contendit, cum potius *fixis* denotet, id quod ex Talmude satis constare putat. Præterea & istud monet, in festo Tabernaculorum quotannis aquas oblatas fuisse; unde non tantum Abulensem & Sanctium, negantes aquam unquam offerri potuisse, erroris convincit, sed & Christum Servatorem in festo Tabernaculorum hinc occasionem accepisse, populum, ut ex se ceu ex fonte vero divinam sapientiam & cetera Spiritus S. dona hauriret, adhortandi, sibi valde verisimile fieri asserit. Addit, sonante tuba cum ingenti plausu & gaudio aquas in templum inductas fuisse, moremque Latinis frequentatum, tibiis, dum libamina offerebant, ludendi hinc fluxisse.

P. 16.

P. 20.

Lotiones populi Judaici typos atque figuras baptismi fuisse autumat. Præsertim summi Sacerdotis, in die Expiationis sacris operaturi, lotiones huc spectasse. Hinc & factum arbitratur, ut Græci posteriores baptisteria *κολυμβήθρας* appellitaverint, accepta ab Hellenistis voce, qui ea piscinas & lacus aquarum designabant. Hac occasione & quale inter מַנְלֵטָא & מַנְלֵטָא intercedat discrimen, exponit. Manus capiti victimæ ideo impositas esse, ut innueretur, vitam integram moresque inculpato a sacrificantibus requiri, ex Philone observat. Vocem מַנְלֵטָא generalem esse contendit, eamque primo ad magistratus civiles, deinde ad duces militiæ, & denique ad sacerdotes referri, exemplis Doctorumque Hebræorum testimoniis comprobat. Sic & de voce מַנְלֵטָא docet, eam omne vas, in quod sortes conjiciuntur, denotare, Hebræosque eam a Græcis accepisse, quibus *καλπη* & *κάλπης* urnam significant, in quam sortes injicere solebant. Ceterum modum sortitionis, quo Hebræi utebantur, Gentilibus quoque familiarem fuisse, ex Juvenalis quodam effato evincit. Sortes ipsæ, quarum & Levit. XVI. 8. mentio injicitur, fuerintne buxinæ an abiegæ, an ex alia arborum specie factæ, definire non audeo, cum vox מַנְלֵטָא ad varias arborum species extendatur: in versione tamen Maimonidem sequitur, qui ea buxum denotari credit. Aquas noctu ex Hebræorum sententia pollui, luculentis ipsorum documentis demonstrat. Errasse ergo Buxtorffium inde concludit,

Ad Cap. III.

P. 26.

P. 32.

P. 35.

P. 36.

P. 37.

- dum vocem **נפסליה** in hocce Talmudico codice per *putrescerent* transtulit, cum de pollutione aquæ, neutiquam de ejus putredine sit capienda. A Judæis ad Gentiles hanc sententiam fluxisse, ex eo evincit, quod hi crediderint, noctu torum mundum pollui; quemadmodum Virgilii, Persii, Servii effata Auctori laudata comprobant. Buxtorffium ideo quoque reprehendit, quod voces **שרף בקלפי** transtulerit: *dirupit arculam*, cum potius reddendæ sint: *succussavit*, sive *vibravit urnam*. Nec enim Buxtorffianam versionem ullo modo ad rem ipsam quadrare demonstrat. **בית שחיטה**, *domum sive locum mactationis*, apud Talmudicos cervicem indicare docet. Moris enim fuisse sacrificiis primo cervicem incidere. Gentilibus idem in usu fuisse, Homeri, Apollonii Rhodii, aliorumque documentis ostendit.
- Ad Cap. V. Conclave vasorum **לשנת הכלים** Græcis posterioribus p. 49. **σκευοφυλάκιον** dictum fuisse, monet. Habuisse enim & eos in templis suis conclavia, quibus calices, & quicquid erat vasarum suppellectilis, custodiebant: id quod Codini testimonio probat. Hinc nonnulla de lapide foundationis, de quo mira Rabbidorum commenta extant, in medium affert. Nimirum Hebræos Doctores tradere dicit, quod Deus lapidem istum in medio mundi sive terræ centro collocaverit, unde & lapidem foundationis dici, quod inferius mundi fundamentum & firmamentum fuerit. Aliis autem hunc lapidem foundationis ideo hoc nomine insigniri porro docet, quod cetera ex ipso tanquam ex prima materia, seu primo fundamento creata sint. A Græcis forte fabulam hancce accepisse Hebræos existimat, quippe qui itidem homines ex lapidibus a Deucalione & Pyrrha projectis procreatos esse comminiscabantur. Cetera quæ de hoc lapide disserit, nunc mittimus. Cum expiationibus Hebræorum expiationes Gentilium contendens, magnum quod inter utrasque discrimen intercessit, notat. Hebræorum enim expiationes sanguine tantum factas esse: aut Gentiles interdum sulphure, & igne, aliisque rebus aliquid expiasse docet. Sanguinis autem hæc sparsio quomodo facta fuerit, prolixius edisserit, cumque Hebræi Sacerdotem summum sparsisse tradant **כסעליה** *instar flagellatoris*, modum flagellandi paucis evolvit, & itos hoc demum sibi voluisse inde concludit; sparsiones ordine fuisse factas, ita ut certa series sparsionum con-

confpici poffet. Nonnullos tamen Hebræorum hic fecus sentire Ad Cap.VI.
monet. p. 67.

Vocem **קַרְבָּן** arcam eleemofynariam, unde liberalitas exercetur in pauperes, quandoque denotare Buxtorffius afferit. Perperam, iudice Sheringhamio. Locum enim, quem Buxtorffius ex codice Sanhedrin attulit, ita comparatum effe, ut hæc vocis iftius fignificatio ad eum plane non quadrer, oftendit. Gradus per quos hircus emiffarius urbe exibat, viam quandam elevatam, five aggerem potius vel tabulatum fuiffe comprobatur, ejusque figuram ex Maimonide exhibet. Porro tam apud Judæos, quam ceteras Gentes nullam victimam fuiffe, cujus non pars aliqua fuerit combufta, demonftrat. Sed & in eo nonnulla Hebræorum Gentiliumque facrificia conveniffe docet, quod faltem viscera fuper aras fuerint combufta. Joſephus obiter refellit, afferentem, etiam *τὰς ἐξοχὰς* five extremitates, id eſt, caudas fuper altare oblatas effe.

Idem Joſephus alibi afferit, Sacerdotem magnum facram ſtolam Ad Cap.VII.
nunquam geſtaſſe, niſi cum immolaret victimam. In eo non tantum a
Talmudicis eum diſſentire, ſed &, ſi de jure loquatur, aperte falſa tra-
dere, Sheringhamius afferit. Idq; vel ex eo probari poſſe ait, quod Sacer-
dotes ſummi & tunc facris veſtibus uſi fuerint, cum oraculum Urim
& Thummim conſulerent. Cum vero in templo ſecundo id ceſſave-
rit, fieri potuiſſe addit, ut nunquam Sacerdos magnus facras indueret
veſtes niſi ſacrificaturus. Gregarios autem Sacerdotes facris veſtibus iti-
dem, cum miniſterio altaris non adeffent, uti potuiſſe, contra Seldenum
afferit, ſuamque ſententiam prolixè tuetur. De ſtola five **כַּתְּנֵת** ita
diſſerit, ut eos refellat qui hac voce genus veſtimenti Medici aut Perſici
denotari autumant. Græcis enim hanc vocem ſuam debere origi-
nem, quibus ſtola indumentum omne, cujuſcunque ſit generis, ſigni-
ficet. Ita quoque Helleniſtis hanc vocem uſurpari. Eam autem
ſtolam, qua Sacerdos cum legebat urebatur, factam fuiffe ad modum
pallii. Ceterum cum in fine hujus capituli octo ſummi Sacerdotis veſtes,
quibus facris operaturum indutum eſſe oportebat, recenſeantur, in-
gens Sheringhamio ſeſe aperit campus de hiſce veſtibus aliquid com-
mentandi. Erudite ergo de tunica, de femoralibus, tiara, pectorali,
Ephod five ſuperhumerali, pallio, lamina, & cunctis adeo Sacerdotis
ſummi ornamentis diſſerit; quæ hic commemorari inſtituti leges pro-
hibent.

hibent. De Urim & Thummim saltem ejus sententiam prætermittere nequimus. Nimirum quis fuerit modus hæc oraculum consulendi, certo definiri non posse, ingenue fatetur: Talmudicos tamen Doctores hac de re ita sentire, ut Pontificem dicant arcam versus faciem inflexisse; eum, qui oraculum consuluit, illi a tergo stetisse, atque dixisse, faciam hoc aut non faciam? tum Pontificem Urim & Thummim inspexisse, & e vestigio responsum invenisse; responsum autem illud divinum exilientes indicasse literas; namque nomina Abrahami, Isaaci & Jacobi, & nomina duodecim tribuum pectorali Sacerdotis summi, una cum hisce verbis $\text{לְךָ אֵת הַיְיָ אֱלֹהֵינוּ}$, insculpta, totum continuasse Alphabetum; simul tamen tum Spiritum Sanctum Pontificem erudivisse, ne in literis combinandis erraret, aut dubius atque anceps hæreret. Et hanc quidem Talmudicorum Doctorum sententiam valde sibi verosimilem videri fatetur, simulq; Schickardum notat, quod hanc Judæorum sententiam rite non habuerit perspectam, & multa hac de re tradat, quæ a veritate plane abhorreant.

AdCap.VII.

p. 95.

p. 101.

p. 103.

De jejunio diei expiationis Mischna præcipiens, ritus jejunantium paucis edisserendi Sheringhamio occasionem suppeditat. Mulier autem prægnans dum legibus jejunantium adeo non teneri asseritur, ut ei etiam carnis vitæ vesci nefas non fuerit, addit ex Gemara, moris fuisse plumam aut virgulam in jusculum aut humorem rei vitæ prius immittere, & in os ei inferere, & si inde cupiditas ejus sedata & confopita non sit, ipsam carnem ei concedere. De pica, quam קִירָאָן Græci vocant, itidem hic nonnulla adfert. Tandem & illud observat, credidisse Judæos, morte omnia delicta expiari. Hinc solam istam formulam ortam esse: sit mors mea expiatio pro omnibus peccatis meis. Gentiles idem sensit, ex Virgilio & Libanio probat. Ceterum illos, qui alios læserant, in die expiationis tum demum scelerum veniam impetrasse, si læso satisfacissent. Hinc lucem affundi credit Servatoris effato Matth. V. 23.

Quæ Judæi de suo Sacerdote summo delicta gentis Israëlitzæ expiante memoriæ prodiderunt, ea scite ad Christum Servatorem ejusq; unicam & æternam expiationem, vestigiis Ainsworthi & Altingii insistentes accommodat Rhenferdius. Nos, ne & hic documentum specimenque desit, doctissimi Viri de hirco emissario sententiam paucis saltem indicabimus. Nimirum postquam ex Willeti Hexaplis in Levit.

Levit. XVI. octo diversas Gentilium, Judæorum, & Christianorum sententias recensuit, iisque Bocharti, Altingii, aliorumque addidit, illis tandem subscribit, qui duplici hirco duplicem Christi patientis *אֶזָזִי* significari existimant, unam erga Deum judicem, cui satisfaciendum erat per passionem mortis, alteram adversus Diabolum hostem, cum quo luctandum fuit per potentiam vitæ: respectu prioris, sortem jactam fuisse pro Domino in hircum mactandum; ratione posterioris, idem factum esse ad Azazel in hircum emissarium, ut princeps ille tenebrarum experiretur, quid posset cum eo qui omnium peccatis erat onustus; quemadmodum in plenitudine temporis in desertum traductus est, ut ab eodem ibidem tentaretur. Atque hanc sententiam veritati consentaneam esse, primo inde probat, quod cum duplex malum in mundum inventum esset, reatus & subjectio Diaboli, Christus quoque utrique malo remedium opponere debuerit, & electos ab utroque liberare. Deinde omnes circumstantias, quas Deus in hircu emissario observandas præcepit, idem suadere putat, id quod prolixè edisserit: nos vero instituti memores ea prætermittimus, pedemque hic figimus.

CASPARIS NEUMANNI URATISLAVIENSIS

ספר תולדות

Hoc est

GENESIS LINGUÆ SANCTÆ V. T. &c.

Norimbergæ apud Andream Ottonem, 1696. 4. Constat plagulis 21.

SI ullam, Ebraeam certe linguam, Viri ingenio præstantissimi tanta industria, tantoque studio excolluerunt, ut multi forte in eam induci possint opinionem, nihil omnino hic scribi aut diei proferri que in lucem posse, quod non jam pridem ab aliis traditum expositumque sit. Eos vero, qui ita sentiunt, in magno versari errore, non tam verbis asserit quam opere ipso comprobavit Vir clarissimus & maxime reverendus *Caspar Neumannus*. De genesi enim vocum Ebraicarum tale quid commentatus est, quod nemini antea observatum, aut rite saltem explicatum fuit. Nimirum Radices, ut vocantur, tribus

Cap. I.

tur, tribus quatuorve literis constantes, primitivas voces esse abnuit. Quin potius voces quasdam monosyllabas, binis tantum literis constantes, & certæ alicujus significationis, ut plurimum generalioris, notas perpetuas existere, & adeo in ceteris vocibus omnibus, in quarum essentiam ingrediuntur, significandi principium esse, contendit. Hasce voces *characteres* vocat, itemque *semen*, easque ita a radicibus discernit. Contingere autem porro observat, ut isti characteres sine omni alterius literæ accessu naturam aut *particula*, aut *nominis* aut *verbi* induant; idque verba quiescentia *Ain Vau* & *Ain Jod* satis superque comprobare, quæ adeo neutiquam pro verbis imperfectis, ut vulgo fieri solet, sed pro radicibus simplicibus sint habenda. Ast si character iste monosyllabicus litera quadam augeatur, tum quidem radicem *non simplicem* inde prodire. Id autem quadruplici fieri modo, geminando scilicet literas characteristicas, servilibus eas augendo, characterem characteri alii combinando, vel deniq; unum & alterum horum modorum conjungendo. Radices ergo alias esse geminatas, alias auctas, alias compositas, alias mixtas. Geminatæ, ex ipsius mente, vel semi-geminatæ sunt, ut cum a וּ fit וּוּ, vel integre geminatæ, ut cum e. g. a נֹו *temeraria ejectionis* nota, fit נֹונוֹ *scopando vel verendo aliquid ejicere*. Auctæ vel ab initio incrementum capiunt, ut cum a טוֹ descendit טוטוֹ, vel in medio, ut cum ab eodem characterē טוֹ formatur טוטוֹ, vel in fine, ut in טוטוֹ. Compositio primo imperfecta est, cum scilicet characteres literis initialibus conveniunt, & sic prima ultimi characteris litera absorbetur. Sic ex פּוֹ *impetus* nota, & פּוֹ *confusionis* nota, componitur radix פּוּפּוֹ, quæ utriusq; characteris significationem refert, & recte vertitur *opprimendo contundere, impetu quodam opprimere*. Præterea imperfecte & ita radix componitur, cum characteres literis finalibus conspirantibus combinantur, & litera ultima primi characteris excluditur. Sic ex חוּ *minutiarum* nota, & חוּ *discerpendi* nota, componitur חוּחוּ *in partes minimas discerpere*. Tertius imperfectæ compositionis modus, isque omnium communissimus est, cum characteres, in quibus litera finalis primi & initialis secundi eadem est, ita in unum coeunt, ut litera alias geminanda in unam contrahatur. Sic ex לוּ *fervoris & caloris* nota, fit לוּלוּ *violenter & cum fervore auferre*. Compositio vero totalis sive perfecta ita peragitur, ut toti characteres inter se combinentur, quod fit in radicibus quadri-

quadrilitteris. Sic כרכל componitur ex כר *divisionis & discretionis* nota, & כל *nota productionis unius rei in aliam*. Denique ad mixtas radices quod attinet, illæ sunt vel geminato-auctæ, ut כרמר, vel geminato-compositæ, ut כרמרל, vel aucto-compositæ, ut כרמרלן. Et hinc porro colligit Auctor, radices retinere quidem characteris sui significationem, sed pro vario litterarum accessu varie modificatam: & etiam omnes radices ab uno caractere descendentes inter se cognatas esse. Equidem systema ejusmodi cognationis, quale recensuimus, non in omnibus radicum familiis superesse fatetur: sed hoc suæ non obstare hypothesi probat. Interim deperditas radices restitui & posse & debere docet; id quod quo pacto ex aliis linguis & radicibus usitatis, ex vocibus imperfectis, & alia ratione fieri possit, pluribus exponit.

Hiscæ hunc in modum explicatis, de significatione vocum Cap. II.
Ebraicarum paullo accuratius præcipit. Nimirum asserit 1) vocum Ebraicarum significationes earumque ortus & derivandi rationem in plerisque eodem modo se habere, quo vulgo in aliis linguis omnibus: 2) verum cujusque vocis significatum ex etymologia & usu simul petendum esse: 3) significationem formalem & primariam vocis sedulo distinguendam esse a materiali & secundaria: 4) significationes vocum Ebraicarum originarias & formales ut plurimum generales esse, & in summa, qua gaudent, abstractione usibus longe diversissimis aptas: 5) unius ejusdemque verbi significationem & transitivam & intransitivam esse: 6) summam significandi latitudinem in causa esse, quod multarum vocum, maxime radicum Ebraicarum significatio in nulla alia lingua uno eodemque vocabulo constanter reddi possit: 7) significatum illum primum generalem, illimitatum & abstractum, per loquendi usum ut plurimum fieri exercitum, modificatum & limitatum, & ad certam communiter transferri speciem, tam in primitivo ipso, cujus est, quam in ejus derivatis: 8) varias illas significatus formalis in usu loquendi factas modificationes & restrictiones, partim proprias, partim figuratas esse: 9) figuratas esse vel metaphoricæ, vel metonymicæ, vel synecdochicæ, vel ironicæ: 10) hascæ tamen modificationes neutiquam varias in ipsa voce gignere significationes: 11) nomina quædam significationem suam a caractere trahere immediate; contra, radices quasdam significationem suam a primitivo

Ecc

primitivo accipere mediate: 12) ex hactenus dictis sequi, quod quilibet vox per se significationem originariam & formalem non nisi unicam habeat: 13) significationem formalem voci suae semper convenire; contra significationem, quae non nisi in uno alterove loco stare potest, indubitato pro materiali esse habendam: 14) formalem significationem characteri suo ita propriam esse, ut eadem in characteri alio nullo inveniatur: 15) significationis characteristicae in unaquaque radicum descendentium factam modificationem, radici illi ita propriam esse, ut in radicum agnatarum alia nulla inveniatur: 16) significationes e linguis cognatis quae peti solent, materiales plerumque esse; hinc & contra etymologiae Ebraicae consensum, ex iis solis dubiam vocum Ebraicarum vim atque emphasim non esse determinandam, aut novam etiam significationem inducendam: 17) rerum perditarum, vel alias non satis cognitarum appellationes indagare velle, laborem valde lubricum esse atque incertum. Hasce suas assertiones Vir reverendus & rationibus firmat, & exemplis quoque selectis illustrat comprobaturque.

Cap. III.

A vocibus ad literas ipsas progreditur, & tam characteristarum quam formativarum valorem edisserit. Ab ipso autem, quod ajunt, ovo rem exorsurus, de primo literarum auctore disquirat. Sed sit ne is Deus, an homo, non definit: interim Hebraeorum literas vim atque valorem significandi habere vel mere arbitrarium, vel naturalem sive artificiosum. Si naturalem habent literae significandi vim, hoc est, ut illis insint certae quaedam rationes, relationes & similitudines, per quas cum notione rerum conveniant, tum quidem fundamentum ejus aut in literarum nominibus, aut figura, aut sono, aut numero quaerendum esse. Equidem sit ne valor Hebraeorum literarum arbitrarius, an artificiosus, non definire audeat. Saltem illis, qui eum pro mere arbitrario habent, non temere subscribendum censet. Ad nomina enim literarum Hebraicarum quantum attinet, licet eorum ratio perobscura sit, interim ea nihil cum figura, aut sono, aut quocunque alio valore commune habere sibi persuadere nequit, cum quorundam nominum, ut *Beeth*, *Daleth* &c. exempla obstant. Figuram autem considerans, *Jod* literarum minimam esse autumat, Servatoremque hoc innuere Math. V, 18. Quin *Jod* reliquarum literarum quasi fontem esse, singulasque ex illius varia re-

ria repetitione componi; quod subjecto schemate demonstrat. Per-
 terea literas sono conspirantes, figura quoq; ad se invicem accedere ob-
 servat, ita quidem ut quæ pleniorum atque fortiorum pronunciationem
 significare debent, vel arctius concludantur, vel novo *Jod* augeantur.
 Hæc autem de figura literarum quadrata sunt intelligenda: de non
 quadratis enim, quorsum & Samaritanas refert, ita censet, harum
 figuras ex festinatione & oscitantia hominum male scribentium or-
 tas esse; ut adeo mirum sit, viros cetera doctissimos super antiquitate
 literarum quadratarum & Samaritanarum andabararum more hæcenus
 pugnasse. Soni efficaciam saltem in iis conspici, quibus brutorum
 propria utcumque exprimi solent. In hisce ergo illorum sententiam,
 qui valorem artificiosum defendunt, aliquid præsidii invenire, licet
 pleraque, excepta literarum geminatione, magnis adhuc involu-
 ta sint tenebris. Hisce præmissis, ad rem ipsam adgreditur, & de li-
 teris characteristicis observat, 1) characteres significationum, qui liter-
 ris vel plane iisdem vel aliquo modo cognatis constant, in ipsa etiam
 significatione aliquam habere cognationem; 2) literarum inversionem
 vel transpositionem sæpe etiam vocis invertere significarum; 3) lite-
 rarum cognatarum molliorem, ipsam etiam significationem mollior-
 rem blandioremque & remissioerem, duriorum autem eandem reddere
 vehementiorem. De geminatis autem hoc fidenter asserit, & multis
 exemplis probat, quod geminatio literarum significationem augeat
 multiplicetque. Serviles literas quocumq; modo assumtas significatui
 vocis aliquid addere, quicquid illud etiam sit, porro docet. Interim fa-
 tetur, quid demum quævis literarum servilium valeat, se certis include-
 re regulis & indubitato determinare non posse. Hoc tamen non ob-
 stante, derivationis & formationis hujus negotio suam constare ratio-
 nem, & neutquam illud ideo esse rejiciendum. Aliquando etiam con-
 tingere, ut in radicibus diversis a characterem suo aliter atq; aliter forma-
 tis nulla plane sentiat significationis diversitas, licet aliquam iis inesse
 extra dubium positum sit. Interim si in opere tam remotæ antiqui-
 tatis conjiciendo proficere liceat, hoc sibi valde verosimile fieri au-
 tumat, literas serviles omnes & in hoc quoque negotio non aliud
 quid significare, quam quod alibi significare vulgo credantur. Tan-
 dem & de literis ex alio characterem desumptis addit, eas sui caracte-
 ris significatum secum inferre.

Ecc 2

Jam ni-

Jam nihil aliud superesse doctissimo Auctori videbatur, quam ut multiplicem hypotheseos suæ utilitatem ediffereret. Prolixe hoc exequitur: nos vero nonnulla saltem delibabimus. Inter alia autem contendit, nunc demum veram derivandi rationem patescere, quæ alias vel omnino non, vel dubie saltem & coacte admodum dari poterit. Exemplo hoc ut comprobet, affert vocem קָרָן. Hæc num a radice קָר, an vice versa radix קָר a nomine קָרָן derivanda sit, nemo exacte definire potuit. Sed Auctor, ex sua hypothesi, characteris קָר significatum primarium & formale esse occursum & obviationem rei undecunque & quomodocunque ad aliquid venientis, asserit. Perinde ac, eodem judice, inversum קָר diductionis sive motus quaquaversum abeuntis & attenuantis nota est. קָר itaque in summa sua latitudine idem est ac promicare, hoc est, eminentiam quamcunque oblongam in acumen desinentem & circumstantibus quasi occurrentem, emittere. Atque hæc quidem formalis significatio, sed modificata, tum in ipso verbo קָר cum *lucere* significat, tum in voce קָרָן cornu luculenter conspicitur. Non minus vox נְבִיא *Propheta* multos hactenus vexavit, in assignanda illi radice fluctuantes. Sed res facile ex mente clarissimi Auctoris expeditur, si character נְבִי constituitur, propagandi nota. Hinc enim non tantum oritur radix נְבִי & נְבִי in quibus propagandi significatio ad vegetabilia transfertur, sed etiam נְבִי cum aliqua frequentia aliquid propagare, & נְבִיא, unde נְבִיא propagator, sive alicujus rei promulgator, qualis Propheta esse solet, qui Numinis mentem annunciat & promulgat. Insignem quoque usum hanc hypothesin in formali significatione inveniendam, esque a materiali distinguenda, habere docet. Inter exempla, quibus hoc comprobatur, conspicitur vox גָּרָם quæ interpretes, præsertim in effato Zephaniæ cap. III, 3. de lupis vespertinis misere torisit. Noster de ea ita censet: characterem גָּר *motus alio trabentis* notam, accedente litera servili Mem, radicem גָּר progignere, quæ adeo *distrahendi, dissipandi & multum dispersendi* significatum habeat. Et hanc quidem significationem ad omnia, in quibus occurrit, loca quam pulcherrime quadrare evincit. Monet tamen, dari aliam radicem גָּר compositam ex גָּר & גָּמ nota *proteensionis*, quæ cum priori non sit confundenda. Sic & de voce אָבִי *pater*, de qua non idem omnes sentiunt, hic differit. Nimirum character אָבִי ei notat *internum quendam impulsum, atque commo-*

commotionem rei in se ipsa quasi ebullientis atque fermentantis, suis se terminis continere nescia &c. cognationemque habet cum תן itidem ejusmodi impetus & motus, sed vehementioris signo. Transferitur deinde generalis hæc significatio ad *patrem*, ob *motum animi propensi, benevoli, amoris pleni* &c. Præterea hypothesin hanc & hoc nominis commendandam esse existimat, quod monstrosa vocum polysemia & æquivocatio, qua cum hætenus confictatus est Hebraismus, quam felicissime tollatur. Hac occasione in significationem formalem radicis רבר , quæ omnibus ejus derivatis competat, inquirat. Radicem hanc compositam esse putat ex רר & בר . Prior character *seriem rerum multarum circumcirca ordinarum* notat; id quod vocibus ררר , ררר , ררר similibusque comprobatur. Alter autem character בר illi nota est *productionis rei in apricum*; id quod itidem vocibus cognatis in subsidium vocatis evincit. Hinc concludit, radicem רבר exponendam esse, *omnibus circumquaque rite ordinatis aliquid producere vel proferre*. Cura itaque ad sermonem transfertur, non significat quomodocunque loqui, sed ordinate & distincte rem eloqui. Nec רבר dictionem aliquam simplicem, ut vulgo credunt, sed integram beneque ordinatam rei alicujus enunciationem, narrationem, aut declarationem ei denotat. Hinc quo pacto רבר *pestis* derivetur, facile intelligitur. Namque & illæ ipsæ, quæ a nonnullis afferri solent, derivandi rationes, ad formalem radicis significationem, judice Nostro, apprime quadrant, e. g. cum quidam pestem a רבר dictam volunt, quod sit res vel pœna, a Deo ipso speciali quodam decreto edicta & ordinata. רבר sive *adytum*, cum nihil aliud quam oraculum vel locutorium aliquod denotet, sine ulla difficultate hinc censente Auctore deducitur. Vox רבר bis in Divinis literis legitur, & Michæ quidem II, 12. per *caulam* vel *septum* verti solet. Quo ipso, ut putat, characterem suum redolet, cum ipse Avenarius huc respiciat vertendo, *septum ordine exstructum*. In altero autem loco Esa. V, 17. *pascent arietes* רבר , rem itidem manifestam esse arbitratur, cum etiam deserta caula & septi significatione, perquam commode per *ordinem*, aut *consuetudinem* verti possit. Eodem modo se rem habere putat in רברות *rates*, quippe quæ opus sint e magna lignorum justo ordine colligatorum serie productum, ut super aquis vehi possint. Ut &

in *אפי*, a miro, quo vivit, exit, laborat, opusque suum conficit ordine sic dicta, non diffitente Bocharto. De vocabulo *אפיר* ita censet, *א* privandi habere vim, denotarique adeo desertum, hoc est, terram incultam, ubi inordinata omnia producuntur. Sed tacemus cetera: infinita enim fere sunt lecta haud injucunda, aut elegans Auctoris ingenium arguentia, haud parca manu per totum libellum dispersa.

Priusquam autem hinc discedat, mentionem injicit celebris hodie controversiae de *selavim*, & hac occasione veram originem vocem *לחך, ספר, אסף, אמר, רמש, שרץ, צפור, גוז, כנה, עוף, שלו* cum *כשר, שטח*, ex sua hypothese detegit, multisque divinae Scripturae oraculis ita lucem affundit. Ne & hic specimen desit, de prima voce *לחך* quae commemorat, indicare nos neutiquam pigebit. Magna obscuritate eandem laborare, non diffitetur. Sed postquam accuratius cuncta secum expendit, tandem pronunciare non dubitat, hanc vocem compositam esse ex *לח* & *לח*. Priorem characterem *operiendi*, vel *circumquaque obtegendi* gaudere significatu. Id quod ex voce cognata *לחמה* colligit, quae operimentum sive amictum denotat. Porro *לח* ex *ל* dativi nota & *ח* copulativo compositum esse characterem, & conjunctionis vel adhesionis notam praebere; id quod cognatis *לוח, לחי* colligitur. Hinc tandem concludit, *Selavim* vi styri animalia operiendo adhaerentia, hoc est, quae ubi sunt operiunt, obruunt, & tegmenti instar contegunt omnia, denotare. Hoc pluribus rationibus confirmat, & num septuaginta Seniorum ortygotris, Chaldaei phasianis, Josephi coturnicibus, an vero Ludolphi locustis haec denominandi ratio magis conveniat, aliis judicandum relinquit.

Cap. V, &
VI.

Ne vero quicquam, quod ad rem omnem conficiendam pertinet, praetermisisse videretur Vir celeberrimus, argumentis quibusdam suam sententiam sibi adstruendam sumpsit. Et id quidem, quod praecipuum est, radices scilicet trium quatuorve literarum non esse vera Hebraeorum primitiva, sed derivata potius simplicioris cujusdam primitivi monosyllabici, primo testimonio Thomae Angli, Forsteri, Anonymi cujusdam, Stiernhelmii, & Richardi Simonis, quibus jam simile quid in mentem venisse putat, comprobat. Deinde & idem a lingua primava, quam Hebraeam esse credunt, simplicitate, a derivandi

rivandi legibus, & a radieum cognationibus probat. Nec rationes, quibus cetera asserta sua stabiliat, illi defunt. Tandem & ab objectionibus, quibus hæc sententia impugnari poterat, eandem sollicitè vindicat.

DE VIVA DEQUE MORTUA FIDE DOCTRINA JACOBI Apostoli evoluta. Adjuncta est Dissertatio, ostendens, Cartesianum mundi Systema non, ut quidam existimant, periculosum esse; Oratio item, qua Deum esse, ex mundi hujus inferioris harmonia demonstratur. Auctore JACOBO GUSSETIO, Theologiae, Philosophiæ & Græcarum literarum Professore Gröningensi.

Amstelodami, apud Henricum & viduam Theodori Boom, A. 1706.
in 8. Constat plagulis 18.

DOCTRINAM de fide viva ac de mortua, prout eam Jacobus Apostolus proposuit, in publicis prælectionibus paulo latius diligentiusque excussit Auctor reverendus, atque adeo commentationes ad Jac. II, a v. 14. usque ad finem illius capituli suppeditavit. Eas autem ipsas antequam aggreditur, proœmii in vicem agit de difficultatibus rerum Theologicarum & Scripturæ Særæ, itemque de humanæ rationis circa ipsas officiis; quibus late declaratis, amplius adhuc in generalioribus detinetur, ac de totius epistolæ Jacobi auctoritate dispicit, quam impugnatam quidem dicit ab Eusebio, Hieronymo, Cajetano, ipsoque ab initio Lutero, sed quid ad singulorum dubia sit respondendum, simul ostendit. Divinæ namque illam auctoritatis esse affirmat. Argumenta autem eam in rem allata non est cur repetamus; passim enim reperiuntur & apud alios. Istud modo notatu dignum judicamus, quod Noster, rationes indagaturus, quæ primis Christianismi sæculis nonnullos de auctoritate illius Epistolæ incertos reddere poterint, multum adscribendum esse arbitretur cognitioni ejus paulo serius ad Christianos delatæ. Jacobum enim non, ut Paulum, ad Ecclesias urbium celeberrimarum, sed ad tribus Israël per varias regiones sparsas ac semotas eam direxisse; cui rei accesserit ingenium hominum Judæorum, qui post conversionem petreixerint esse aut meticu-

meticulosi, & ægre cum Gentilibus, etiam conversis, commercia conluerint; unde pluribus fidelibus ignota illa epistola manserit, & agnitio deinceps facile dubium contraxerit. Caterum pro auctore omnino agnoscit Jacobum, non illum quidem Zebedæi, sed alterum Alphæi filium; quanquam haud repugnet, quo minus quis tertium aliquem Jacobum illius auctorem cum Hegesippo, vicino Apostolorum temporum, salutet. Propius vero accedens ad præsentem pericopam, connexionem ejus cum antecedentibus explanat, ac Jacobum capite I, versu 2 & 3 monere innuit, ut quisque fidem suam studeat talem esse, quæ ad constantiam se comparans discat omnis gaudii instar ducere id, quod illam constantiam firmare, obdurare, & invictam queat reddere; unde tentationes etiam incurrentes, tanquam huic fini proficuas amice amplecti deceat. Ne autem officii hujus magnitudine quis terreatur, indicare ipsum refert cap. I, 5, 6, unde auxilium sufficiens ac tam sublimi proposito congruum petere liceat, a Deo nempe, per pias preces omnem dubitationem plane excludentes. Præterea cum *πνεῦσμός* tentationem quoque interdum notet homines corrumpentem, idcirco testari Apostolum, in tali significato se hanc vocem haudquaquam capere, sed in illo potius alio, quo tentationem homines vexantem denotet; istud enim, quod animum vitiet, nulla ratione, qua tale, a Deo oriri posse, id quod oppositis Dei operationibus sanctis hominemque sanctificantibus comprobetur. Progredi deinceps ait Apostolum ad interdictum *προσωποληψίας*, quo cum secundum caput ita inchoet: *μὴ ἐν προσωποληψίας ἐχετε τὴν πίσιν ἢ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ χριστῷ τῆς δόξης*. In quibus verbis pro principio vitandæ *προσωποληψίας* allumi dicit fidem in Christum. Vocabula autem *τῆς δόξης* duplici modo sumi posse autumat, semel, ut ad ea respiciatur ante nomen Christi, hoc modo: nolite habere fidem gloriæ Christi in acceptione personarum; & tunc emerfurum dicit hunc sensum: fides vestra oculos suos in gloriam Christi tam attente tamque determinate defigat, & eam tam serio respiciat, ut non ullam esse aliam gloriam veram reputet, nisi quæ a Jesu Christo Domino nostro ducatur, & omnem fulgorem a mundanis respectibus emicantem ne quidem sentiat; quod cum fiet, hoc sequetur, ut nemini honorem ullum, qui alterum hominem deprimat, exhibeatis. Vixissim, si ita eadem interpreteris: nolite in acceptione personarum habere

bere fidem Jesu Christi nostri Domini gloriæ; tunc ita procedendum esse existimat: si Jesus est Dominus gloriæ, nullam gloriam cuiquam homini, nisi quam ille dederit, dabimus, proindeque nec ultum propter opes honorabimus præ pauperibus, quia Jesus, gloriæ dominus ac dispensator, nulli gloriam opum aliave tali causa impertit. Duo itaque effecta fidei cum sic deduxisset Apostolus, constantiam nempe in tribulationibus, & fugam acceptionis personarum, proponere nunc ipsum monstrat cap. II, 14 & seqq. fidem tanquam fecundam operibus ex proprio sinu ac utero prognatis, verbaque huc pertinentia sic disponit Auctor, ut dicat, in v. 14. contineri propositionem, eamque luculenter probari a v. 15 ad 25, ducta quidem probatione a rei evidentia, quæ significetur per interrogationem v. 14, ab exemplo charitatis v. 15. 16. 17, a remota objectione v. 18. 19, a fidei sterili impotentia ad salutem assequendam v. 20. 25; post quæ insequatur conclusio propositioni simillima v. 26. Hæc in sequentibus uberius deducit, & quæstionem in propositione allatam in hoc effatum categoricum negans resolvit: homo fidem professus, operibus tamen carens, non potest sua fide servari. Deinceps probat, quod fides non solum operetur per alias virtutes, sed modo etiam immediato opera edat, quæ nuncupari debeant opera fidei, ac docet, quomodo id a comparatione Apostolica, qua charitatem cum fide contendat, possit colligi, indeque hanc esse putat fidei descriptionem ex mente Jacobi formandam, quod ea sit constans ac perpetua voluntas cogitandi & agendi ex principio fiduciæ in Deum, in rebus præsertim arduis. Ad versiculum 18. delatus summopere defendit lectiōnem: *δειξόν μοι τὴν πίστιν σου ἐκ τῶν ἔργων*, eosque redarguit, qui loco *ἐκ* legant *χωρὶς* vel *ἐκτός*, ac vertant: ostende mihi fidem tuam sine operibus. Putat autem ab Apostolo introduci adversarium, qui se ipsi dicat similem in fide, cæterum vero actus fidei theoreticos pro veris operibus venditet; huic autem se opponere Apostolum, & nullam velle agnoscere conformitatem, cum sua (Apostoli) opera manifesta sint, & idcirco fidem ejusdem illa prognerantem hominispectanti ostendere valeant; contra vero fides adversarit, quibuscumque actibus stipata sit, certe operibus iis sit destituta, quibus cuiquam extrinsecus ostendere se & commendare queat. Et ut præjudicium de actibus fidei theoreticis habendis pro operibus eo melius sanet, assumere ipsum ex iisdem refert præ-

aliis actum credendi Deum unum; ille enim si opus esset, quo adjuncto fides redderetur salutaris, fore ut & diaboli opus ejusmodi edentes salvarentur. Ad exemplum Abrahami ubi pervenit, justificationem ejus considerari ait ab Apostolo Jacobo, non ut constitutivam, sed ut declarativam. Ad hanc requiri omnino opera, non item ad illam; unde nec Paulus Jacobo contradicat, cum ille de justificationis constitutione egerit, quæ omnino fide duntaxat fundetur, hic vero de ejus declaratione, & declaratione quidem erga Deum, facta ab Abrahamo, cum haud cunctatus fuerit semetipsum & filii possessione & hereditatis expectatione spoliare. Inde autem valide inferri, fidei veræ naturam postulare, ut opera sibi propria eliciat de suo quasi utero & in lucem edat, quæ si non proferat, mortuam eam esse κατ' ἐαυτήν, ac hominem servare non posse. In exemplo Rahabæ similem in modum sese rem habere innuit, ac imprimis, quod non negative assumendus sermo sit, sed interrogative, ita ut interrogatio affirmativæ propositioni respondeat, pluribus contendit. Opera autem fidei Rahabæ ex fide per se elicita constituisse dicit in eo, quod ipsa bonis humanis, benevolentia Principis ac civium, eorumque fortitudini ac prudentiae nunciium remiserit, ac nulla dubitavit de providentia Dei exploratores tetura, & de optato eventu per eos prospere procurando; quam fiduciam ex eo conceperit, quod hi Jehovah ministri essent, Deique miraculis præpotentis & in promissis veracis consilio inservirent. Hæc summa, quorsum tendit Auctoris nostri præsens periochæ Jacobæ de fide explicatio. Breviter eam duntaxat indicare volumus, cum plura adhuc ex hoc libro intimanda supersint.

Annectere enim Auctori visum fuit dissertationem Philosophicam de systemate physico Cartesii, quod vindicandum is in se suscipit adversus oblocutiones quorundam, asserentium, quod Cartesius sacra mundi conditi monumenta a Mose extracta derurbare molitus, eorum loco commenta sua de universi origine per vortices, per fortuitum atomorum conflictum, & per innumerorum sæculorum in motum impensorum curriculum subroget ac obtudat. Sed enim vero quod nec Cartesio ipsi mens hæc fuerit, nec ad eam Lectores ejus, nisi propria fortassis culpa, deduci queant, probare Auctor al-laborat. Ipsum certe Cartesium testari perhibet, non dubiam esse creationem; allegare ipsum fidei Christianæ documenta, & ut veritatem

crea-

creationis ex omni parte muniat, adducere præterea rationem, & ostendere, quod ea sibi persuadeatur non solum qua Christianis, sed etiam qua Philosopho. Quinimo ne videatur id dicis causa profiteri, ut apud Christianos bene audiat, proferre eum rationem unam e vestigio, nempe eam, quæ ab immensa Dei potentia emicet. Nec esse, ut quis objiciat, Cartesium proferre quædam principia, e quibus sidera & terra & reliquæ mundi partes tanquam ex seminibus oriri poterint. Non enim hæc ex animo dixisse ipsum respondet, sed ea factum fini, ut explicationem rerum, quibus mundus constat, edjuvaret. Dedit enim eum operam, ut, quæ vere per viam creationis solam in mundum inuenta sunt, fictione quadam in via generationis exhiberet; cumque videret, & Jureconsultos & Mathematicos fictionibus uti, & absque invidia & cum fructu, sperasse eum, Physico pariter hoc fore & valde commodum & nullatenus invidiosum. Ne quis vero insuper existimet, quasi ad minimum doctrinis suis Cartesius occasionem dederit aliis æternitatem mundi statuendi, idcirco pleraque illius dogmata, quæ trahi huc forsitan possent, enumerat, & solícite perpendit illa, quæ is terram formatam antecessisse dixerit; modum deinceps, quo formata hæc ab eodem ponatur; tandemque placita illius de his, quæ in terra vivunt, seculaque propagant, subincudem revocat. Nusquam vero quid ab eo dictum innuit, unde cum quadam veri specie æternitatem mundi exsculpere liceat; quinimo sic comparatas esse putat non paucas ex ipsius assertionibus, ut potius errori isti subruendo felici cum successu adhiberi possint. Alienos autem, utpote Francisci Forgii, Malebranchii, & aliorum Cartesii doctrinam abducentium a sensu Auctoris, errores ipsi affricari non vult, quippe cum eos non modo non agnoverit, sed etiam unde oppugnarentur, reliquerit.

Denique lectu non injucunda est Oratio, quæ loco ultimo apparet, in qua Noster Deum esse ex mundi hujus inferioris harmonia demonstrat. Nexui enim plurium rerum insitit, atque contemplatur, quomodo res aliæ ad alias referantur, commercii utilibus aliæ aliis respondeant, hæque his inserviant tam apte, tam opportune, & necessitatibus tam plene subveniant, ut manifestum fiat, unam ex illis esse finem, alteram vero medium, cui ille finis propositus sit. Hanc autem finium scoporumque constitutionem & mediorum operationem

nem propter fines illos pro efficacissimo argumento presentiae Rectoris mundi reputat, quandoquidem mediorem directio ad finem opus sit mentis alicujus, quae & finem norit & media, eaque simul connexerit. Ipsam illam insuper connexionem oriri probat a mente, quae nec in materiae particulis reperitur, nec in homine, quin potius ab hujus mente non diversa solum, sed & ea multo major sit. Hoc probat, evincendo, quod reperiantur in homine media ad fines certos iusta proportione relata, quae tamen humanae menti ne cognita quidem sint, ac proinde effecta ejus nuncupari haud mereantur; quaeque porro humanas artes longius exsuperent, atque adeo mentem illam diversam humana multum sublimiorem esse doceant. Deprehendi id in iis pariter, quae homo ratione sua gerat, ac in illis, quae nullo rationis ductu apud eundem fiant. Ratione duce hominem movere manus, eadem duce loqui, eadem ipsum reminisci. Ad hos fines uti cum mediis suppetentibus, iisque accommodatissimis, sed sane non ab homine profectis; unde ipse fateri necessum habeat, esse mentem aliam eorum datricem. In rebus autem nostro imperio exentis similiter media dicit esse intra nos suis destinata finibus; id quod illustrat declaratis primum figuris & positionibus ossium humanorum in genere, qualitatibusque; deinceps singulorum speciatim deductis, cranii nimirum, spinæ dorsæ & colli vertebrarum, costarum, crurium, humeri, & sic porro. Illustrat idem petitis argumentis a nervis moventibus & ligantibus, a carne, adipe & membranis, a nervis sensuum, a nervorum coitione in cerebro, a partibus commode inter se vicinis, a ente, & a rebus aliis ad finem peculiarem obtinendum probe dispositis. Inde ad propagationis formatum corporum ad hunc modum constructarum miraculum progreditur, & considerari cupit duos sexus contrarios eoque ipso maxime congruentes, varietatem quoque adaptationis sexuum in variis speciebus, & commoda foetus, quae ille in utero reperiat. Refutat autem eos, qui hæc cuncta provenire existiment a facultate plastica; & post alia commoda homini subserviendia proportionis quaedam oeconomiae hujus mundi inferioris considerat, anni vi. g. tempora, animalium homini utilium copiam, &c. Nec reticet, quod in iis quoque animalibus, quibus imperfectorum nomen alias indit solet, insectis puta & reptilibus, ea fabricæ harmonia reperitur, quodque & in plantis eadem

dem dexteritas elucescat. Provocat porro ad operationes brutorum animalium spontaneas, præsertim ad bombycis & aranæ artificia, longæque plura reperiri posse argumenta docet, quæ meridiana luce clarius commoñstrent, quod mundo mens suprema ejusdem re-
 Ætrix atque moderatrix præsit. Objectionibus autem nonnullis, quæ a miseris in mundo apparentibus, a pluviis in mare & in aspera saxa cadentibus, a monstris rebusque aliis similibus ab ordine communi discedentibus depromi solent, accurate satisfacit, & quomodo e di-
 Æti, præter existentiam divinam, attributa quoque Dei nonnulla queant colligi, eleganter, quanquam brevius, edisserit.

*M. TULLIUS CICERO DE OFFICIIS AD MARCUM F. EX
 MSS. recensuit THOMAS COCKMAN, e Coll. Univ. A. B.*

Oxoniz e Theatro Sheldoniano, 1695. in 8. Plag.
 dimid. 27.

Ciceronis de Officiis, libri (ut opera ejus universa) eo in pretio habiti & olim fuerunt, & apud cordatos quosque juris naturalis æstimato-
 res hodieq; habentur, ut expoliri magis magisque, ac vel senties typis exscribi, ne unquam intercidant, mereantur. Commendanda itaque & nova hæc utilissimi operis editio, auspiciis Viri celeberrimi *D. Arthuri Charletti*, Collegii Universitatis, quod Oxoniz est, Magistri spectatissimi, labore autem studioque doctissimi ex eodem Collegio Viri-ju-
 venis *Thoma Cockmanni* adornata. Scopus præcipuus is fuit, ut textus quam emendatissimus exhiberetur: nec operam lusisse Cockmani-
 um, res ipsa loquitur. Notas ac observationes textui illustrando ex-
 plicandoque addere consultum non duxit: varias tamen lectiones, tum ex impressis Græveri, Grævii & Gronovii editionibus, tum ex de-
 cem codicibus manuscriptis collectas paginæ cuique subjecit, ut si cui forte non satis probetur, quam textus repræsentat, lectio, meliorem de-
 ligere ex ingenio judicioque suo valeat. Adjectus est sub finem re-
 rum & verborum index, in quo phraseologiæ Ciceronianæ habitam præcipue rationem videas.

*M. TULLIUS CICERO DE ORATORE AD Q. FRATREM. EX
 MSS. recensuit THO. COCKMAN.*

Oxoniz e Theatro Sheldoniano, 1696. 8. Plag. dim. 45.

Fff 3

Idem

Idem plane diligentissimi *Cockmanni*, & quo hortante is hoc quoque susceptum a se opus in Praefatione profitetur, clarissimi *Charletti* in edendis Ciceronis de Oratore ad Quintum fratrem Dialogis institutum consiliumque fuit, quod in nova librorum de Officiis editione selectati fuerant; eadem etiam omnino ratio ac methodus servata. De quibus cum jamjam dictum a nobis, quantum satis erat, fuerit, non est ut quicquam hoc loco addamus; nisi quod optamus merito, ut ad reliqua etiam Ciceronis opera pari nitore & accuratione excolenda luciq; aliquando exponenda publicæ, Viris reipublicæ literariæ & studiose in primis juventuti inserviendi laudabili studio accensis otium & vires ac valetudo integra constansque obtingant.

A DISCOURSE CONCERNING LENT &c.

Hoc est:

DISSERTATIO DE JEJUNIO ANTE PASCHA CELEBRANDO, in duas partes distincta, quarum prior historice de ejus observatione agit, altera in originem illius inquirit.

Londini apud Waltherum Kettlby, 1696. 8. Constat Alphab. r. plag. 6.

Cum Jejunii quadragesimalis observatio a celebratione festi Paschalis, quo resurrectionis Dominicæ memoriam quotannis renovamus, omnino pendeat; visum Anonymo nostro fuit, primo statim hujus operis capite Apostolicam hujus institutionem evincere. Facit id, dum copiose satis pro instituti ratione exponit controversiam paschalem, seculo post Christum natum secundo motam, in qua ad Apostolicam traditionem ab utraque parte passim provocatum fuit. Istorum hac ratione Ecclesiæ Christianæ solennium, antiquitate evicta, de ipso jejunio, præcedere illa ex recepta inter Christianos consuetudine solito, agere incipit. Et capite quidem secundo triplicem jejunandi rationem ex Tertulliano de Jejun. c. 2. exponit, simulque de variis jejuniorum occasionibus, poenitentia imprimis atque baptismo agit. Non possumus non quæ de secundo jejunii genere, quo ad vesperam saltem usque a cibo abstinent jejunantes, observavit, hoc loco commemorare. *Stationem* illud a veteribus

veteribus dictum fuisse constat, quod quidem vocabulum eos e castris ad usus suos transtulisse Tertullianus de Orat. c. 14. existimat. Verum Synagogæ potius illud deberi, Noster contendit. Adhibitum enim a Judæis fuisse probat, adducto Maimonidis ex lib. 2. de Cultu divino c. 6. loco, de religiosa piorum quorundam hominum consuetudine, qui vel privata devotione moti, vel quod populi nomine facere id juberentur, quotidianis in templo oblationibus præsentibus se sistere solebant. Jam cap. III propius accedit ad quadragesimalis jejunii considerationem: cujus antiquitatem eo primum argumento demonstrat, quod modo memoratæ controversiæ paschalis partem constituerint lites de finiendo jejunio pascha præcedente. Deinde auctoritatem Irenæi pro ea affert, qui dissensum antiquissimarum Ecclesiarum in observando jejunio isto exposuit Victori, in epistola, cujus fragmentum Eusebius Hist. Eccl. V, 24. conservavit. Cumque non desint, qui ipso Irenæi loco ad jejunii paschalis vanitatem ostendendam utantur, nihil in eo, sive ex Valesii sive ex Rufini mente interpretis, occurrere ostendit, quod eorum opinioni patrocinari possit. Præterea autem omnino quadraginta dierum jejunii in isto loco fieri mentionem contendit, Dallæi atque Valesii aliter sentientium interpretamenta variis rationibus oppugnans, suamque contra eorum objectiones defendens. Capite porro IV. ad Clementem Alexandrinum & Tertullianum progreditur. Prioris quidem in scriptis, quæ hodie extant, nullum pro jejunio antepaschali occurrere suffragium fatetur, quamvis de jejunio quarta & sexta feria per singulas hebdomadas observato nonnulla apud eum legantur. Tertulliani vero, sententiam orthodoxorum de jejunio antepaschali repræsentantis, locum ex cap. I. XIII. XIV. & XV. libri de *Jejunio* producit, deque postremo horum locorum agens refutare conatur Dallæum, qui *duas hebdomadas Xenophagiarum*, quarum ibi meminit Tertullianus, a Montanistis ante pascha celebratas fuisse, adeoque illos jejunii antepaschalis tempus extendisse existimat. Orthodoxos enim etiam non exiguam temporis antepaschalis partem jejunantes transgisse ostendit, licet cætera quod stabile, multo minus, quod quadraginta dierum fuerit eorum jejunium, ex Tertulliano evinci non posse facile largiatur. Capite V. Origenis testimonia, quæ huc pertinere videri queant, examinat, quæ tamen vel obscura vel dubiæ fidei esse fatetur. Ex Epistola autem

tem Dionysii Alexandrini producit, quæ de tempore præsertim finiendi hujus jejunii, & observata per eam, qua passus est Dominus, hebdomadem abstinentia, ad Basilidem ille scripsit. Ex illis vero etiam explicat, quid *prima Paschæ solennia* apud Cyprianum Ep. 56. significant, per quæ nihil aliud vult intelligi, quam sacras cæremonias illa ipsa hebdomade exerceri solitas. Capite VI. Petri Alexandrini locum affert, qui quadraginta dierum jejunium iis indicit, qui in postrema Diocletiani persecutione lapsi fuerant; quem locum ut ad jejunium antepaschale aliquid facere persuadeat, institutam illam lapforum cum Ecclesia reconciliationem paschatos tempore fuisse ait, & ex ipsis Petri Alexandrini verbis nonnulla exsculpere nititur, quæ proxime ante pascha istud jejunium a lapsis susceptum fuisse indicent. Pergit in cap. VII. ex epistola Constantini M. apud Eusebium de vita Constantini L. III, c. 17. sqq. jejunii antepaschalis antiquitatem ostendere, quamvis nec in ea certum illi tempus præfiniatur. Ast *τεσσαρακονθς* expressa mentio fit in Canone V. Concilii Nicæni, ubi quidem Dallæum, ex laudati supra loci Irenæi falsa interpretatione, qualecunque illud jejunii tempus intelligere ait, quod a quadraginta horis, quæ primitus jejunio impendebantur, *τεσσαρακονθς* dictum fuerit, sed nullo profus fundamento. Cum contra ex Chrysostomi loco (tomo VI. edit. Savil. p. 381.) Sole clarius evadat, canonem istum de quadraginta dierum jejunio esse accipiendum. Præcipue vero, ut quadraginta dierum exacte observarent jejunium, baptismi candidatos & pœnitentes adactos fuisse, cap. VIII. ostendit. Et de baptizandis quidem adducit præcipue Cyrilli Alexandrini testimonia, quæ cum Tertulliani locis in lib. de Bapt. capite imprimis 20. comparans, harmoniam antiquissimæ Ecclesiæ rituum cum moribus, qui Cyrilli temporibus vigeant, ob oculos ponit. Nam è Tertulliano quoque paschale tempus baptismi fuisse destinatum, baptismum vero præcessisse jejunia, patere arbitratur; imo cum mentionem isto in loco Tertullianus quadagesimalis Christi jejunii faciat, ad durationem forte jejunii baptizandorum simul alludi persuasum habet. Quod pœnitentium vero attinet jejunium, quadragenarium numerum ei maxime convenire ex mente Hieronymi, prolato ejus ex Comment. in c. 3. Jonæ testimonio probat. Paschatis vero diem ab Ecclesia antiqua aptissimum judicatum esse, in quo reciperentur pœnitentes, ex Gregorii Nysseni Ep. Canon. ad Letojum satis firmiter se evicisse

evicisse existimat. Jam cap. IX. nihil aliud hifce omnibus se voluisse ait, quam ut ostenderet, jejunium aliquot dierum Apostolico ævo jam vergente ante pascha celebratum; quadraginta vero dies isti jam a quibusdam seculi II. Christianis impensos fuisse; imo pro solenni jejunii hujus numero quadragesimalem habuisse Ecclesias non paucas sub finem seculi III. Cum autem postea Nicæni patres etiam numerum istum commendassent, magis magisque eum in Ecclesiis obtinuisse ait; quamvis plane fixum eum ne Chrysofomi quidem adhuc temporibus fuisse, ex *Ἀρδεῖαιτων* serm. 15. sibi facile persuaderi fateatur. Hanc suam esse ait de jejunio antepaschali sententiam, ad quam destruendam nihil plane facere objectiones Dallæi ex Cassiano, Hieronymo & Chrysofomo prolatas, facili negotio ostendit, cum istæ omnes non contra omne jejunium antepaschale, sed contra illud tantummodo, quod quadraginta præcise dierum sit, militare videantur. Capite deniq; X. Socratis & Sozomeni loca adducit, quibus exponunt, quare quadraginta jejunii dies computaverint sui seculi Christiani; ubi simul observat, quid post illa tempora tum a Græca tum a Latina Ecclesia mutatum in istorum consuetudine fuerit. Cumque nulla istarum computationum antiquiorum 40 præcise jejunii dies conficiat (unde ipse Socrates miratur, cur quadragesimale illud appellatum sit) omnia cujuscunque temporis atque durationis jejunia ita antiquitus appellata fuisse observat. Sic enim Hieronymus ad Marcellam quadragesimas vocat jejunia a Montano instituta, quorum alterum post pentecostes festum celebrabatur, neutrum vero duarum hebdomadam excedebat spatium. Rationes hujus rei istas ei reddere placet: ait nimirum, Christianos in tantæ devotionis jejunio ad imitationem juniorum maxime solennium Mosis, Eliæ atque Christi adspirasse. Postquam autem semel iste dierum numerus Ecclesiæ, ut generalis exempli loco ipsi serviret, placuisset, angustioris quoque spatii jejunia eodem nomine, per metonymiam non inusitatam appellata fuisse. Quæ omnia tamen planiora fore putat, si ista quoque jejunia in Scripturis celebrata quadragesimalia, non a dierum numero, sed ab observationis solennitate dicta statuamus, cum semper apud Judæos quadragenarius numerus ad humiliationem plusquam ordinariam significandam fuerit adhibitus; qua quidem de re infra iterum dicendi erit occasio.

Ggg

Et hæc

Et hæc quidem de parte I. hujus operis dixisse sufficiat. Secunda iterum in duas sectiones abit, in quarum priori plerosque sacrorum Ecclesiæ Christianæ rituum ex Synagoga originem ducere ostendit; posteriori vero idem de jejunii quadragesimalis natalibus tenendum esse docet. Transiliendi omnino essent præfixi nobis limites, si qua ratione baptismi & coenæ Dominicæ ritus, ministrorum Ecclesiæ gradus & ordines, excommunicationis cæremonias, precantium denique faciem & mores, aliasque nonnullas consuetudines a Synagoga Ecclesiæ accepisse in parte priorè ostendat, prolixè hic exponamus. Nec sane argumenti raritas movere nos potest, ut multum ei immoremur, cum ab aliis viris doctis ex instituto dudum illud tractatum fuerit. Ne tamen præter rem cuiquam videatur prolixa illa digressio esse instituta, ad scrupulum, quem quidam movere solent, eximendum eam fasere sciat, quasi indignum nimirum sit a Synagoga aliquid accipere Ecclesiæ, ut adeo jejunium etiam quadragesimale ex ea derivari non debeat. Cumque ex Judaicarum traditionum incertitudine præterea contra sententiam suam alia quædam dubia oriri posse Auctor videat, illud quoque obstaculum removere nititur, *Mischna job* seu *Δευτερεσιόσεις* Judaicis antiquitatem quam potest maximam vindicans. Novitatem vero sententiæ suæ de jejunii quadragesimalis originibus veritati ejus obistere non debere, iis, quibus uti in hujusmodi negotiis solemus, argumentis ostendit.

Et sic tandem ad alteram secundæ partis sectionem accedit, quæ, si molem spectes, omnium quidem minima est, quamvis in ea principale suum institutum executus esse Anonymus noster videatur. Age itaque paucissimis, quæ ille quadragesimalis Ecclesiæ jejunii vestigia in Synagoga invenerit, accipiamus. Primo itaque ipsum Christianorum pascha imitationem Judaici paschatos fuisse, notum esse ait. Quod vero ex antiquissimarum Ecclesiarum constitutione, Alexandrino Præfuli id datum fuerit muneris, ut tempus paschatis celebrandi mature investigatum reliquis Orientis Episcopis significaret, ne ipsos tempus quo præparatoriæ cæremoniæ, festo huic præmitti solitæ, inchoandæ essent, lateret; id quoque ex Judaismo esse probat. Nam pari ratione apud eos a Sacerdotibus per literas significatum fuisse populo tempus festi illius celebrandi, ex Maimonide & Seldeno de Anno Civili vet. Jud. c. 5. & 9. docet, ut scilicet illi præcipue, qui

qui in locis longius distitis vivebant, decenter sese præparare possent, Porro Christianos eadem fere ratione Passionis Dominicæ diem celebrasse ostendit, qua Judæi diem Expiationis, similesque prorsus sibi invicem fuisse quæ utrumque festum præcessere præparaciones; quem utriusque solennitatis parallelismum jam olim Tertullianum subinuisse monet. Hoc ipsum ut magis reddat evidens, primo sacrificium in expiationis die oblatum cum sacrificio Christi patientis contendit. Deinde ritus Judæorum in illo die poenitentium & affligentium sese cum ritibus Christianorum comparat, quibus in obervanda Dominicæ passionis memoria jejunantes poenitentesq; utebantur. Imo ipsas vigiliis utriusque festi simili prorsus cæremonia solenniores redditas fuisse observat. Quemadmodum enim in Ecclesia Romana præcipue excommunicatorum reconciliatio instituebatur ea, qua S. coenam Dominus celebravit die: ita Judæos quoq; die, quæ expiationis festum præcedebat, latas in excommunicatos sententias relaxasse. Imò coenam etiam, quam illa die Christiani parabant, quamvis ad exemplum Dominicæ coenæ instituta merito videatur, Judaicam tamen consuetudinem simul redolere, Autori nostro probabile fit; nam & istam præparationem poenitentialem ad expiationis diem solenni quadam cæna finiendam fuisse. Quin deniq; illam quoq; cæremoniam, cujus in *Ordine Romano* mentio, qua candelas solenniter sub vesperam diei festum passionis Dominicæ præcedentis accendebant, Judaicæ esse originis, sibi persuadet. Solere enim recutitos multum curæ adhibere, ut paratas habeant sub diei expiationis vesperam candelas suas, quibus etiam plus quam alias illa nocte synagogas suas exornare gestiant. Jam porro præcedere expiationis diem apud Judæos non tantum dies septem integros poenitentia & jejuniis destinatos, ex Leone Mutinensi & Buxtorfio ostendit, sed ex Morino etiam de Poenit. X, 343. observat, quadraginta dies pios quosdam inter illos homines istis exercitiis impendere. Imo omnes Judæos poenitentia religionem a quadragesima die ante festum expiationis auspiciari ait, quamvis interrompere passim ista exercitia illis liceat. Numerum vero hunc partim Mosaicum jejunium ipsis suppeditasse ait, partim receptam in Ecclesia eorum sententiam, qua illum solenni poenitentia & humiliationi cuius convenientem maxime esse arbitrabantur, ut nova exemplorum Scripturæ inductione probat. Et hinc Salvatoris quoque jejunium ad poenitentiam

c. II.

c. III.

c. IV.

c. V.

tiam spectasse persuasum habet, præcipue cum Joannis baptismum, quem istud sequebatur, poenitentia lavacrum fuisse, ex Scripturis constat. Non difficile Lectoribus fore speramus videre, quo ista omnia tendant, ut adeo singulorum applicationem prolixius addere merito superseamur. Utq; deniq; huic recensionem nostræ finem imponamus, nihil quod moneamus superest, nisi quod Autorem nostrum ex hac de origine jejunii quadragesimalis sententia argumentum tandem ducere videamus, contra Socinianorum de satisfactione Christi hæresin. Ejus enim passionem satisfactoriam sese agnoscere, veteres Christianos anniversario quasi testimonio fuisse professos ait, diem memoriæ ejus destinatum, quem expiationis festo successisse putabant, pie celebrantes. Scopum postremo & usum hujus jejunii luculente ob oculos ponere, idque ut modernæ quoque Christi Ecclesiæ commendatum sibi habeant, efficere pro viribus suis conatur.

INTRODUCTION A L' HISTOIRE D' ANGLETERRE, PAR
le Chevalier TEMPLE &c.

i. e.

*INTRODUCTIO IN HISTORIAM ANGLIÆ, AUCTORE GUI-
lielmo Temple, Equite. Ex Anglico in Gallicum sermo-
nem versa.*

Amstelodami apud I. L. de Lorme, 1695. in 8. Constat plag. dimid. 17.
& figurarum ænearum plag. 3.

NON est ut integram Anglicanæ Historiæ seriem in doctissima hac illustris Viri commentatione quis quærat. Ea enim solum, quæ ob vetustatem obscuriora erant minusque cognita, aut perperam ab aliis tradita, summo studio hic explanantur. Nimirum decreverat secum Vir doctissimus, in flore ætatis adhuc constitutus, nec dum curis negotiisque publicis impeditus, universam suisque numeris absolutam Angliæ historiam condere. Animadverterat quippe non sine dolore, inter tot præstantissimos, quos Anglia tulit viros, neminem fuisse, qui hocce erga patriam officio rite & eo, quo par erat studio, aut functus sit, aut fungi voluerit. Non deesse videbat, qui in partibus hujus historiæ singulari industria essent versati; id enim *Thoma Mori, Francisci Baconis Verulamii, Herberti, Johannis Haywoodi, Guilielmi*

elmi Camdeni labores minime profecto contemnendos testari affatim. Ast talem, qui sparsa hinc inde membra collegisset, & in unum coire jussisset corpus, frustra se quaesivisse ait. Quominus tamen destinata exequeretur, publica, quibus mox admotus fuit, effecere munera, per quæ illi non licuit multum temporis in hoc studiorum genere collocare. Interim ne plane patriæ defuisse videretur, saltem aliis munire viam, perq; ea, quæ ardua maxime & salebrosa, quin plane impervia videri poterant, ire voltur. Hinc expositis variis insulæ hujus nominibus, de incolis ejus, statuque antiquissimo copiose & eleganter differit. Varias quoque mutationes, quas Britannia ad Normannorum imperium usque subiit, morum quoque legumque, utpote quæ itidem vicissitudinum non fuere expertes, cum primis habita ratione, accurate enarrat. Nos speciminis causa quædam delibabimus, ut ex his genius Auctoris, velut ex unguibus leo, cognoscatur. Britones a colore cæruleo, quo tum corpora tum clypeos suos pinxerunt, dictos esse, communi fere consensione traditur. Nec refragatur Noster. Quin exemplis demonstraturus, quo pacto Romani more suo ex voce *Brith* Britanniam formaverint, inter alia vocem *al mor*, hoc est, *ad mare* affert, unde itidem Romanis Almorica enata fuerit. Linguam moresque & religionem veterum Britonum plane cum Gallorum religione, lingua & institutis convenisse autumat. Quin & eandem inter utrosque fuisse imperandi rationem. Multis enim paruisse quidem Principibus, ast bello ingruente, uni rerum summam detulisse. Druidas quoque non minus apud Britones quam Gallos sacrorum gessisse curam, legesque & jura dedisse, & sapientiæ omnis doctrinæque utrobique fuisse antistites. Cum primis istud ut singulare Auctor observat, quod integræ quandoque familiæ communes inter se uxores suas habuerint. Quod licet pro barbaræ impietatis ac ferocitatis argumento vulgo venditur, se tamen non videre ait, cur magis hoc in Britannis veteribus reprehensionem mereatur, quam aliarum nonnullarum gentium, quæ aut communionem uxorum itidem probarint, aut novas sponas a sacerdotibus deflorari voluerint, aut polygamiâ ac incestum permiserint, instituta. Excusari autem hunc morem in gentilibus Britannis vel hoc nomine utcunque posse, quod hac ratione adulterii clandestinis, zelotypiæ, luxuriæ aliisque vitiiis obviam iverint.

p. 2. seqq.

p. 9. seqq.

p. 14.

- De Pictorum origine ita censet. Victis a Casare Britonibus, ferociores jugue impatientiores in septentrionalem Britanniae partem & loca inaccessa sese recepisse. Cum libertate itaque mores paternos, interque eos consuetudinem corpora pingendi, unde a Romanis *Picti* appellati sint, retinuisse; cum ceteri contra, quibus nomen Britonum hæsit, Romanorum genio se attemperarent. Falli ergo eos concludit, qui Pictos ex nescio qua peregrina gente, quæ in Caledonia rerum suarum sedem fixerit, derivant. Sed Scotorum originem a Scythis deducere nullus dubitat. Hosce namque ex patria egressos Norvegiam totumque tractum septentrionalem Europæ occupasse, & tandem in Scotiam penetrasse, & sub aliis subinde nominibus, præsertim Getarum & Gothorum, victricia arma longe lateque circumtulisse autumat. Qui in Scotiam venerunt, a terris, quas occupaverant, diversas appellationes sortitos. Nonnullos a fluvio Jerne vocatos fuisse *Iren-Scots*, indeq; tandem vocem *Ireland* & *Irland*, qua tamen tum certus Scotiæ tractus denotatus fuerit, a Saxonibus formatam; ceteros autem *Albins-Scots*, itemq; sine adjecto alio nomine Scotos dictos fuisse. Atq; hæc ita se habere, tum aliis argumentis, tum ex ipso nomine *Scotus* præcipue probat, quod vocem *Scytha* haud obscure referat. Accedere ait, quod in nonnullis locis Scythicorum morum haud obscura vestigia deprehendantur. Hos autem, postquam magnam insulæ partem subjugassent, cum Pictis, qui Caledoniam inhabitarent, se miscuisse, & tum Romanis tum Britonibus multum facessivisse negotii, Hiberniam ab hisce Scotis, qui a Jerne fluvio nomen habebant, primitus inhabitatam, iadeque denominatam, mox a Danis occupatam esse. Hinc Hibernorum originem utcumque patere ait, licet non diffiteatur, Hibernorum res, per nescio quam virorum doctorum sœcordiam, plus quam Cimmeriis tenebris adhuc involutas esse. Romanorum rebus in Britannia gestis delibatis potius, quam prolixè enarratis, Saxonum in Britanniam adventum expositurus, gentis hujus originem alius repetit. Gothicam scilicet gentem, quæ & Scotos dederit, ex septentrione egressam, per omnem sese diffudisse Germaniam asserit, simulque in varias gentes velut diversos ramos abiisse. Suevos ex his maxime celebres fuisse, quorum pars a libertatis amore Francorum retulerit nomen. Qui vero intra Albim Rhenumque confederint, a gladii genere falcis formam exhibente Saxones

nes dictos esse. Hosce in subsidium vocatos a Britannis, eo eventu, qui neminem fugit. Bella autem inter Saxones Britonesque gesta memorans Noster, Arthuri istius injicit mentionem, multorum sermonibus celebrati: nec tamen dissimulat, pleraque quæ de eo narrantur, commentis esse annumeranda, utpote a Romanensium fabularum conditoribus ficta, & ex illorum lacunis hausta. Cetærum Saxones sæpius suæ gentis novas colonias in Britanniam accersivisse, quos inter & Angli fuerint, Scaniæ Jutiæque quondam incolæ, qui tam frequentes in Britanniam commigrarint, ut novum quoque Angliæ nomen huic regioni dederint. Sunt qui asserunt, haud paucos Britonum, Saxonicum imperium non ferentes, in Galliam se recepisse, Britanniaque minori, in qua sedem collocaverant, dedisse nomen. Ast horum sententia neutiquam Nostro se probat. Existimat enim, hanc provinciam Britonibus illis, qui Romanos ruenti Imperio suppetias laturos secuti in Galliam fuerint, & deinceps in patriam a Pictis Scotisque oppressam reverti noluerint, inhabitatam fuisse, iisque nomen debere.

p. 51.

p. 55.

p. 56: 57.

Cum Danis per ducentos fere annos colluctatos fuisse Saxones rerum in Britannia positos, porro memorat. Ast tantum abesse monet, ut leges moresque, aut lingua & religio, ullam hinc subierint mutationem, ut potius integra cuncta & intemerata manserint; cum tamen Saxonum dominatus in legibus moribusque longe aliam faciem Britannia dedisset, religione etiam hujus mutationis non experte. Christianorum nempe sacris imbutos jam fuisse Britones, cum Saxones in auxilium vocarent. Hos contra superstitionem avitam non exuisse, nisi dominatione sua per Britanniam totam stabilita. Tum enim per Augustinum quendam, a Romano Præsule missum, tandem ut Christo nomen darent, adductos fuisse. Alios inde ritus Saxones in sacris habuisse, alios Britones patriorum, quos ab Apostolis accepisse feruntur, adeo tenaces, ut vitam ponere maluerint, quam vel latum ab iis discedere unguem.

p. 65. ad 79.

Ultimam mutationem Britannia regno attulere Normanni. Hanc dum exequitur Auctor, vitam moresque Guilielmi, quem Conquestorem vocant, non minori ingenio, quam industria describit. Quæ de causis, quas Guilielmus, ut Angliæ regno potiretur, obtentui sumsit, deque ejus cum Haraldo contentionibus; de felicissimo armorum, quibus Britannia regnum sibi asseruit, successu; de sapien-

p. 84.

tissima

tissima regni administratione; de causis item quare procerum animi a Guilielmo abalienati sint, & hinc secutus motibus, non tam cito ortus quam feliciter consopitis; de Edgardo Eduardi Confessoris nepote, ope Malcolmi Scotiæ Regis frustra avitum imperium repetente, & hinc secuto bello prospere itidem a Guilielmo finito, & quæ id genus alia sunt, exponit, ejusmodi quidem sunt, ut nemo temere historiarum adeo rudis sit, qui hæc ignoret. Nihilosecius haud raro ea inspergit, quæ nemini facile observata esse videri poterunt. Cum primis quæ de legibus & judiciis Angliæ, cum a Saxonibus, tum a Guilielmo introductis, deque Parlamenti origine differit, multum bonæ frugis habent, sed a nobis prælixè referri nequeunt. Unicum adhuc prætermisisse nefas fuerit. Pulchram nimirum circa finem instituit disceptationem de incommodis, quæ ex Normannorum imperio sensit Anglia, de quibus nonnullis aliis quæ in ista rerum Anglicanarum commutatione nullam mutationem sunt passa. Nimirum ad incommoda primo refert, quod p. 302. Anglia virorum fortissimorum fecerit jacturam, qui aut cum Haraldō in prælio ceciderint, aut Normannici imperii tædio in Scotiam, Hiberniam, Daniamque commigrarint. Interiisse præterea innuit, idque haud leve censet, stirpem Regum Saxoniorum, quorum in administranda republica tanta justitia, tanta integritas, & erga Deum pietas fuerit, ut nunquam, quamdiu imperarunt, frenum momorderit, aut jugum quassaverit populus. Nec ultimum malorum fuisse, quod vivendi ratio ad simplicitatem probitatemque composita, per commercia cum Normannis plane perierit. Sub Saxonice Regibus ut summam libertatem, ita morum incorruptam fuisse integritatem, frugalitatemque justitiæ matrem; quemque suis contentum fuisse, & intra naturæ rationisque fines suas coercuisse cupiditates. At sub Normannis cum libertate frugalitatem, cum frugalitate quicquid supererat virtutis Anglosperdidisse. Id vero a miraculo prope abesse tandem addit, quod linguam veterem retinuerint Angli, posthabita Normannica, utut omnem moveret lapidem Guilielmus, hæc ut reciperetur. Id quod rursus secus acciderit, cum Saxones Angliæ imperitarunt, quorum lingua adeo invaluerit, ut veteris Britannicæ nec vola nec vestigium compareret. Cum lingua nomen quoque retinuisse; cum contra post Saxonum imperium non amplius Britones, sed Angli dicti sint. Tandem & imperandi modum, leges & instituta mansisse, qualia ante Nor-

te Normannorum imperium fuerant; id quod eo magis mirandum Auctor censet, quo pauciores, quæ in hoc capite similia expertæ sint fata, respublicæ dantur, & quo majori studio animique contentione, ut Normannicis legibus in Anglia viveretur, Guilielmus annis fuerit.

*HISTORIA DE EPISCOPIS ET DECANIS LONDINENSIBUS,
nec non de Episcopis & Decanis Assavensibus, a prima sedis utriusq;
fundatione ad A. 1540. Autore HENRICO WHAR-
TON, A. M.*

Londini impensis Rich. Chiswell, 1695. in 8. Alph. r. plag. 4.

ALia quædam clarissimi Autoris scripta, nempe Appendicem ad Guilielmi Cave Historiam literariam, Notas & auctarium ad Jac. Usserii Historiam dogmaticam controversiæ de scripturis & sacris vernaculis, & Angliam Sacram duobus tomis comprehensam, alibi a nobis recensita meminimus. Idem omnium, quæ sunt in Anglia, ecclesiarum cathedralium historiam moliebatur; verum, quod non modo Anglis, ad quorum antiquitates eruendas natus & factus videbatur, sed omnibus bonas literas amantibus dolendum est, immatura morte præventus, quam trigesimo ætatis anno subiit, specimen tantum magni illius, quod animo conceperat, operis, seu brevem, quam nunc memoramus Episcoporum, & Decanorum Londinensium & Assavensium Historiam, qui a prima sedis utriusque fundatione ad annum usque 1540 dignitatibus illis conspicui fuerunt, reliquit.

Prima hujus Historiæ pars Episcopos, qui intra illud tempus Londinensi Ecclesiæ præfuerunt, exponit. Agmen illorum ducit Restiurus, qui A. G. 314 Arelatensi concilio interfuit. Ultimusque numero 75. est Edmundus Bonner, quem in historia reformationis Anglicanæ cum Johanne Edmundo collegii Petrensis præfecto confundi observat. Sequitur Historia Decanorum ædis Paulinæ Londinensis, quorum catalogum falsum & sæpe mutilum a Godwino contextum, alium autem melioris notæ ex archivis ecclesiæ Paulinæ a Dugdali in Monastico Anglicano vulgatum notat. Hanc Episcoporum & Decanorum Londinensium historiam excipit Collectio epistoliarum, decretorum, aliorumque instrumentorum ad historiam sedis Londinensis spectantium: quemadmodum & in altera hujus vo-

H h h

luminis

luminis parte, Historiæ Episcoporum Assavensium & Decanorum ecclesie cathedralis Assavensis, collectio quædam instrumentorum ad historiam sedis Assavensis pertinentium subjecta deprehenditur.

*CHRISTOPHORI CELLARII HISTORIA NOVA, HOC EST, XVI
& XVII Seculorum.*

Halæ Magdeburgicæ, sumtu Jo. Bielkii Bibliop. Jen. 1696. 12.
Constat plagulis 17.

Du multumq; desideratum a quamplurimis fuit præsens hoc opusculum, quod nuper demum publicam in lucem prodiit. Quum enim *Historiam Antiquam* anno jam 1686, & *Medii Ævi Historiam* anno 1688 celeberrimus illius Auctor, in illustri Universitate Fridericiana Halæ Magdeburgicæ historiæ hoc tempore & eloquentiæ Professor edidisset; fieri non potuit, quin optarent omnes, ad quorum manus Antiqua illa ac Media Historia perveniant, ut *Nova* quoque & ad hæc usque tempora producta Historia pari ab eodem industria componeretur. Respondit tandem, postquam interim lucubrationibus aliis de republica literaria bene meritus esset, publicis votis doctissimus Vir, & superioris nostrique seculi, adeoque recentissimam Historiam volumine non magno comprehensam evulgavit. Eandem in ea (nisi quod Tabulæ Synopticæ nullæ hic comparent, quarum adjumento Lectorem non indigere judicavit) rationem, quam in Antiqua Mediaque Historia, servasse Auctorem, quisque deprehendet. Unde quæ de ea omniq; illius instituto in Actis hinc A. 1685. pag. 357, & iterum A. 1688. pag. 272. dicta jam fuere, hoc loco repetere superfedemus. Agnoscent omnes *Cellarii* in enarrandis, quæ gesta sunt, fidem; agnoscent immensam rerum varietatem in compendium, & perspicuum quidem, cogendi artificium; & styli agnoscent eam puritatem ac elegantiam, quæ omnino Augustæum ævum redoleret. Ut diligens adeo frequensque & attenta libelli perlectio, studiosa cumpensis juventuti, commendanda merito sit, sive imbui cupiat notitia maximarum rerum, quæ duorum illorum seculorum spatio contigerunt, sive Latini sermonis mitiori ac munditiori assuescere desideret.

GEOR-

GEORGII SCHUBARTI DE FATIS JURISPRUDENTIÆ ROMANÆ Exercitationes Academica.

Jenz, apud Andr. Frid. Bottiger 1696. in 8. plag. 41.

Quemadmodum Populi Romani si quis totam ætatem percesserat, ut coeperit, utque adoleverit, ut quasi ad quendam juventæ florem pervenerit, ut postea velut consenuerit, diversos gradus processusque, censente Floro, invenit: ita Romanæ etiam Jurisprudentiæ varias ætates, si quis eam bene expendat, deprehendere licebit. Has literis prodere constituit in hoc libro, scientiæ hujus artisq; omnis, quæ ad Jus spectat, tum & omnis politioris doctrinæ callentissimus harum Exercitationum Auctor; inque singulis ætatibus, sive dicere malis epochis, quid vel accesserit ei, vel pro temporum ac legislatorum ratione mutatum abrogatumque fuerit, commemorat. Ab Urbe incipit condita, & sic a Jurisprudentiæ regia, quam ingeniose nimis ac varie tractant plures: dum non tam genium illius ætatis observant, & quid fuerit necessarium, quam captum secuti proprium ea sæpius tradunt, quæ & a statu regio, & ab omni historia juris abhorrent. Viam ingreditur aliam Noster, ac sub Regibus, qui a principio habuerunt Urbem, legibusque & institutis præclaris formarunt, primo loco ostendit contextum publicum, ac regimen cum Senatu & Populo communicatum per Magistratus: mox probat, non omnia fuisse administrata manu regia, sive potestate illimitata, sed leges quoque sub Regibus vim suam habuisse. Ex his, per exempla veluti, patriam declarat potestatem, itemque dominicam, jura conjugalia, & similia ad personas referenda: hinc procedit ad jura rerum, ubi de tigno juncto, de spatio parietis, & ambitu, in nova urbe ornanda & augenda, de finibus agrorum & hortorum, deque pactis & contractibus breviter agit. Istis vero sic pertractatis, quærit de singulari fato Jurisprudentiæ regie, quomodo nimirum illa sit conservata, & propagata ad posteros, an mera sermonis & loquelæ traditione, an scriptura & beneficio literarum? Pauca sequuntur inde, sed ex fontibus, de jure Papiriano, & albo Anici Martii, de antiquorum Romanorum lingua & cultu. Regibus ejectis alia rerum facies apparebat undique: quare Exercitatione altera Jurisprudentiæ Romanæ fata describuntur

H h h 2

in sta-

in statu libero. Quemadmodum vero in prima fuit explicata imprimis regia potestas legislativa: ita in hac statim demonstratur ab initio, penes quos fuerit potestas legem condendi. Quando enim nonnulli ex priscis juxta & hodiernis docent, post regifugium nullas plane leges in Urbe fuisse, id rationi non tantum, sed & societati civili ejusque contextui repugnare ostenditur. Historia Tabularum cognita satis est, & obvia passim: quæ tamen hic occurrunt, ex altioribus repetuntur. Sic non sufficit doctissimo Auctori, in origine Tabularum nominasse solum civitates Græciæ, ex quibus legati Romanorum jura collegerunt; sed harum pariter leges refert ad primordia, & meliora gentium vicinarum instituta, per Ægyptum & Syriam. Pythagoræ discipulos, & legislatores & optimos legum interpretes fuisse constat: unde autem in jure tantam hausierint scientiam, cum doctore inclyto, Philosopho Italico, ex veteribus probat. Ne tamen legum dignitati ac pretio noceant, quæ Sex. Cæcilius & Favorinus apud Gellium disceptant initio Libri XX, ea contemplatur propius & ad incudem revocat. Hinc progreditur ad fori disputationem, ad necessariam legis interpretationem & applicationem in causis quotidianis: ubi contra Ul. Zasium adferit mediam Jurisprudentiam. In hac factorum serie non omittit exempla legum, quas in libertate addiderunt Romani, earumque potiores illustrat, cum variis legis ferendæ ac promulgandæ rationibus. Quoniam vero sacri ac profani homines in jure condendo partes suas habuerunt, ideo quid Pontifices, quid Consules, ac Prætores contulerint, in compendio designat. Jus civile, in specie ita dictum, ex quo fonte derivari debeat, per idoneos testes confirmat: qua occasione de jure formularum disserit, quas ad usum communem scriba Flavius prorulit. Dum ita exereverunt in Urbe jura, porro commonstrat, quo fato transierint ad gentes extra illam; ubi de jure coloniarum, municipiorum, & bellorum, quibus devictæ civitates in formam provinciarum redigebantur.

Exercitatione *tertia* studia Principum explicantur adversus Jurisprudentiam Romanam. Quia autem cum statu mutato alia invaluit ratio potestatis legislativæ, propterea tanquam fundamentum considerat illam, & fata hinc præcipua deducit. Nemo non intelligit, quantum hac in parte Lex Regia præstiterit: quare hæc post tot alios, qui historiam juris consecrarunt literis, atque contra imperitos præclare

clare adseruerunt, non solum in existentia sua, quemadmodum vulgo loquuntur, per certa argumenta demonstratur, verum & per singula capita explicatur. Cumque semper fuerint, qui legis hujus vim non ex proposito Senatus Populique Rom. sed ex arbitratu suo proposuerint, hisce similiter ut satisfiat, opera datur. In libertate nihil magis laudatur in foro, quam Pratoris edictum. Sicuti autem de hoc, in antecedenti Exercitatione, loco competenti egit; ita sub Imperatoribus primis usum Edicti perpetui declarat, itemque quid Augustus permiserit Jurisconsultis, quoties in casibus oblati de jure deberent respondere. Disputationem fore, cum paucæ adhuc & simplices essent leges, tanta secum incommoda non tulisse, quanta sub Principatu cumularint sectæ prudentum, affirmat: nec in aula eas displicuisse ait, ut nempe ex odiis contendentium paterent studia civium.

Atque ista sunt potiora doctarum harum Exercitationum momenta, quibus adpersæ sunt subinde insignes plane & alibi haud obviæ observationes, ad historiam veterem Juris pertinentes; ut sunt ea quæ tradit de manu regia, qua sub initium civitatis Romanæ omnia gubernata scribit Pomponius pag. 18. de patronis causarum, & patronatus ac clientelæ officio p. 29. de societate conjugali & patria p. 39. de trina liberorum venditione in emancipationibus facta p. 51. de ambitu parietis atque hortis agrisque finitudinis p. 65. de lege Terentia seu Terentilla p. 147. de legibus XII Tabb. quas a Græciæ civitatibus petiverunt Romani, earumque origine & sanctione p. 135. de Hermodoro, sive auctore sive interprete istarum p. 209. (quo loco Cæcili cum Favorino apud Gellium super istis legibus disceptatio excutitur p. 230.) de interpretatione juris, & ratione leges accommodandi factis p. 264. de Jurisprudencia media, inter leges XII Tabb. & Imperatorum Constitutiones interjacente p. 281. de legis actionibus p. 296. de antiquo processu juris more p. 322. de præfecturis Romanorum, & his qui sub ditioe Populi Rom. erant p. 344. de coloniarum, municipiorum, & populorum fundorum apud Romanos jure p. 347. 356. de legibus eorum sumtuariis, Orcina, Fannia, Didia, Licinia, Cornelia, Aemilia, Antia, Metilia p. 366. de legibus adversus scænebre malum latis, Sextia Licinia, Duilia Mænia, Genucia, Valeria, Maria p. 387. de prætoris edictis p. 396. de criminationibus jurisprudentiæ p. 420. de tempore definito, quo Augustus

legitimum Principatum adeptus sit, omnisque potestas a Senatu & Plebe transferretur in Principem p. 464. quod in consulatum ipsius septimum A. V. C. 727. reponitur p. 466. de lege regia, & impugnantibus ejus veritatem ac asserentibus, originemque ejus varie scrutantibus p. 483. 486. 491. 493. progressu item ejus & capitibus p. 533. de adoptionibus Imperatorum Rom. p. 561. de legibus Julii Caesaris p. 578. 585. 592. 595. Augusti p. 598. Tiberii p. 603. Claudii p. 606. Neronis p. 609. Vitellii p. 612. Vespasiani p. 615. Titi p. 616. Trajani p. 618. Adriani p. 626. de edicto perpetuo, quod Salvius Julianus jussu Adriani collegit p. 627. qui male confunditur cum pronepote suo Didio Juliano Augusto p. 630. Tertiam Exercitationem ubi claudit doctissimus Auctor p. 645 plura hujusmodi se daturum esse larga manu promittit: & accepimus, confectas ab ipso maxima ex parte tres adhuc esse Exercitationes, quarum prima ad Jus in systema redactum sub Imperatoribus pertineat; altera Jurisprudentiam Romanam sub Barbaris consideret; tertia ejus fata post restitutam ipsam replicet. Quibus egregiis ingenii ac doctrinae monumentis, e quibus multa hactenus non satis expensa cognoscemus, ut colophonem ipse imponat, vovemus, a Deo vitam viresque apprecari.

*POMPONII MELÆ LIBRI TRES DE SITU ORBIS, NUM-
mis antiquis & notis illustrati ab JACOBO GRONOVIO,
JULII HONORII ORATORIS EXCERPTA COSMOGRAPHIÆ,
ab eodem nunc primum ex MS. edita.
COSMOGRAPHIA FALSO ÆTHICUM AUCTOREM PRÆFE-
rens, cum variis lectionibus e MS.
RAVENNAS GEOGRAPHUS E MS. LUGDUNENSI
suppletus.*

Lugdunij Batavorum apud Jord. Luchtmans, 1696. in 8. Alph. 1. pl. 6.

Pomponium Melam, principem Latinorum Geographum, Jacobus Gronovius, Vir clarissimus, A. 1685 suppresso nomine suo ediderat, a nobis Octobri mense ejusdem anni p. 445. seq. recensitum: ad quem Notis adjectis id cumprimis egisse videbatur, ut Isaacum Vossium, Virum eundem clarissimum, qui eundem Melam A. 1658. Observationibus illustraverat, praesertim in iis, ubi in Salsasinum ille, summo in-

mo ingenio Virum, in vectus erat, liberius castigaret. Quod quum ad Vossium, in Britannis agentem, allatum esset, insequuto anno 1686. Londini *Appendicem Observationum ad Melam* vulgavit, a nobis mense Aprili A. 1687. p. 220. seq. enarratam, qua priores suas Observationes a Gronovii reprehensione acerbius vindicavit. Satisfactum per vicem videbatur, & compositum, quod inter hos gestum erat, saltem alterius excessu interstinctum bellum literarium. Quum vero nuper Gronovius editionem novam pararet, etiam *Appendicem* illam vel pari vel majore acerbitate discussit. Nec enim versus tantum aliquos, aut pauca verba Notis suis, sed saepe longiores periodos inseruit, & plane novas animadversiones adjecit, ut adeo plura ducentis additamenta numerentur. Est quoque, ubi praeterit nova editio, quae in veteri forsitan displicuerant, v. gr. quae de parenthesis, *sicut diximus*, in Strymonis amnis descriptione lib. II. cap. II. adnotaverat. Praefatione subsidia exponit, quibus utraque editio usus fuit; *MStum* nempè codicem, quem Marquardus Gudius, Vir celeberrimus, attulerat, originem & fundamentum editionis superioris, cui Vaticani collatio sum excuso Salmantico, a Philippo Ruhezio instituta, ex dono illius accesserat; atq; his prior editio innixa fuit. Alteram Mediolanensis codex, a doctissimo Fratre excerptus auxit, ut ita emendatissimum auctorem, membranarum optimis consentientem habeamus, quem nunc clarissimus Editor nummorum figuris in plurimis locis ornavit; unde non decus modo, sed praesidium etiam huic libro, ejusq; emendationi accedit, quod uno exemplo, brevitate causa, probasse nobis sufficiat. Lib. I. cap. XIV. *Mela Dianam Pergaeam* laudavit, quae Vossio *Pergasae* videbatur, quia Stephano de Urbibus esset *Ἀρτεμὶς Περγυαία*. Sed Gronovius ex antiquo nummo, cui *Ἀρτεμὶς Περγυαία* nomen incisum est, vulgatam lectionem confirmavit. Sed haec de ipso Pomponio *Mela*; cui priori editione adjectum erat *Julii Honorii Excerptum Cosmographiae* e *MSto* erutum; & *Cosmographia* alia, quae *Aethici* nomen adhuc falso, ut ait Editor, pra se tulit. Nunc eisdem repetitis superadditus anonymus *Ravennas* est, quinque libris universam Geographiam complexus, quos anno 1688 Placidius Porcheron Lutetiae Parisiorum publici juris primum e *MSto* fecit, nunc autem ex Lugdunensibus membranarum supplevit nobilissimus Gronovius. Lutetia supplementorum exempla in praefatione existant. Hunc *Ravenna-*

venna-

vennatem, subobscurum & semibarbarum scriptorem, qui circiter seculum VII Christianorum vixit, non brevibus adnotamentis elucidaverat Porcheron, prætermisissis a Gronovio, quasi, ut præfatione dicit, *nihil nisi Peutingeriana Tabula, & Itinerariorum, que sub Antonini nomine existunt, item Ptolemai collationem referant, hoc est. genus scribendi, quod a quolibet ex indice præstari perfacile queat.* Nec vero ingratis adnotationes eruditis fuere, quæ si non aliud adferant, molestiam tamen perscrutandi demunt, præsertim quum nec Tabulæ illius, nec Itinerariorum indices suppetant, qui tam facilem inveniendi laborem præstent. Nec ipse Gronovius indicem Geographicis hæc opusculis, præter eum qui in Melam ab omnibus editus fuit, & breviorum in Notas suas ad Melam, adjecit, neglecto etiam necessario & copiosissimo, quem Porcheron in Ravennatem Geographum confecerat. Quod si ex Ravennate quoque est specimen ostendendum, quod utilitatem illius, quam lectori præbet, breviter commendet; vel solum urbis nomen, ad Mosæ Sabisque confluentes sitæ, & præsentis bello nobilioris factæ, id præstare potest. Quæ enim *Namur* vulgo, aut *Namurcum* ab eruditis appellatur, ab Ravennate *Namon* dicitur lib. IV. cap. XXVI. quod procul dubio antiquum & genuinum urbis nomen fuit, censente etiam Gronovio in sæpe dicta præfatione.

FERDINANDI CHRISTOPHORI HARPPRECTI CONSILIORUM Tubingensium Volumen II.

Tubingæ apud Joh. Georg. Cottam, 1696. fol.

Alph. 3. plag. 14.

EXhibuimus mense Aprili pag. 183. hujus anni volumen I. Consiliorum Tubingensium a consultissimo Autore collectorum, simulque meminimus promissi de simili singulis semestribus edendo ab illo facti. Hujus itaque memor alterum 17 Consilia continentem nunc nobis sistit, & cum ex prioris tomi recensione de instituto ac methodo hujus laboris satis constet, nihil jam dicendum restat, quam ut ex ipsis decisionibus, uti alias fuimus soliti, speciminis loco pauca excerptamus. Consil. XVII de testamento pagani in hostico agit, & privilegium pagani in hostico testandi ad omnes, qui ibi degunt, adeoque & ad militum uxores extendi; ad validitatem vero, ut in hostico decedant,

cedant, requiri dedit. Consil. XVIII. inter alia prolixè adfruit, pacta dotalia, licet successionis & hæreditatis ibi fiat mentio, in vim contractus inter vivos valere, si de hoc paciscentium inter vivos contrahendi animo aliunde constet; sicut & Consil. XIX. & XX. varia de pactis dotalibus notabilia tractantur. Consil. XXI. pacta dotalia ob dolum malum illis causam dantem, vel dolosam reticentiam non esse ipso jure nulla. Si uxor cum marito communem negotiationem exerceat, dimidiam exinde acquisitorum partem ad ipsam tanquam sociam spectare. Consil. XXIII. æquitatem seu extensionem Legis Rhodiæ de jactu, in casu quo Abbas Catholicus, per redemptionem hostilis flammæ a Magistratu Civitatis Evangelicæ atque Imperialis magna pecuniæ summa obtentam, suum in illa frumentum, vinum, ædes aliaque ab interitu servavit, locum obtinere.

p. 330.

p. 43.

p. 418.

p. 456

THESAURUS BRANDENBURGICUS SELECTUS: SIVE Gemmarum & numismatum Græcorum in cimeliarchio Electorali Brandenburgico elegantiorum series, commentario illustrata a LAURENTIO BEGERO Ser. Electoralis Brandenburgici Consiliario ab Antiquitatibus & Bibliotheca.

Coloniz Marchicæ, typis & impensis Electoralibus 1696. in fol.

Constat plag. 147. & 372. impressis iconismis.

UT prisca temporibus Regum ac Principum maxima argenti conflandi & nummorum cudendorum fuit cura; ita hodie eosdem ab interitu vindicandi, & monetam ab Imperatoribus, Regibus & Civitatibus percussam veterem colligendi & asservandi, ut memoriæ prisca- rum rerum lumen accendatur, Principes & Reges summis sollicitudo- haud exigua tenet. Celebrata est per universum orbem hac etiam ex parte instructissima Regis Galliz gaza, & Italiæ Principum veteri hac sup- plectibile abundant cimeliarchia; sed Germaniæ etiam potentissimo- rum quorundam Ducum in id incumbit cura & studium, ut inter reli- qua fortunæ indulgentissimæ præsentia bona, veterum monumento- rum & nummorum thesauros congerant. A qua ratione, & ab ista colligendarum asservandarumque vetustatis reliquiarum cura, neuti- quam alienum esse omnibus præclaris artium ac doctrinarum subsi- diis fovendis propensum animum Potentissimi Brandenburgici Ele- ctoris FRIDERICI III, egregium illud ac illustre, quod in Regia ipsius

Berolinensi conspicitur, documento est gazophylacium. Quot prisca in eo marmora, statuae, signa? sed & quanta in antiqua ista supellectile disponenda industria? imo quam liberalis gazæ hujus custodia? Quippe quæ non in nummariis arculis ac thecis, quibus aptissime est distincta, ad splendorem antiquariæ istius penus, jacet recondita; sed ad usum & elegantiam studiorum, cuius eam sectanti patens est & exposita. Utque tanto magis pateat omnibus, iis etiam qui augustam Regiam hanc Electoralem non accedunt, deliciis tamen istis capiuntur, doctissimi custodis gazæ istius *Laurentii Begeri*, in nummaria & omni antiquaria re versatissimi, industria nunc prospectum est. Is enim velut ante hos decem annos Electoris Palatini gazophylacium erudito orbi exposuit, & latentes in eo gemmas nummosque veteres czelo signatos exhibuit, ac erudita commentatione iconismis adjecta collustravit; ita nunc Brandenburgicum Electorale cimeliarchium eadem solertia, imo majori nitore ut effulgeret, oculis eorum quos elegantia hæc delectant, exposuit. Nimirum postquam in jura Potentissimi Electoris Brandenburgici, post obitum Serenissimi Electoris Palatini CAROLI, d. 16. Maji A. 1685. sine prole defuncti, thesaurus iste Palatinus transfuisset, & amplissima accessione ista Brandenburgicæ copiarum insigniter locupletatae essent; nihil intermisit Potentissimus Elector conquirere, quod ad augendum thesaurum istum facere posset. Quotidie igitur eundem signis nummisve comparatis locupletatæ Electoralis in prisca hujusmodi reliquia liberalitas, quicquid rarioris elegantia in hoc genere offertur comens: studium hoc accendente & cimelia talia subinde e propria penu suggerente Illustrissimo Viro, aulæ istius Mæcenate, *Eberhardo Danckelmanno*. Cujus auctoritas & exemplum alios etiam stimulat, ut si quæ pretiosa antiquitatis monumenta suppetunt, eadem in Electoralem hunc acervum lubenter apportent. Quo loco haud reticendum est amplissimi Viri, Consiliarii & in supremo Electoralis Pomeraniæ Dicasterio Assessoris meritisissimi *Job. Gebhardi Rabneri*, multiplicis doctrinæ laudibus præstantis, erga hanc gazam studium: quo adductus, & simul pietate erga potentissimum Herum impulsus, eximiam veterum cimeliorum copiam feliciter conquistam ei intulit, & XLIV gemmas, quæ in Opere hoc fol. 16. 21. 23. 30. 31. 32. 34. 46. 51. 59. 61. 73. 74. 76. 82. 83. 84. 85. 90. 94. 97. 99. 100. 105. 107. 108. 109. 110. 112. 113. 115. 117. 119. 121.

122. 124. 127. 136. 140. 143. 146. 147. 150. sunt exhibitæ, mira artificii elegantia præstabiles, in istam congestæ. Ectypas eas videre quibus licuit, in cera & gypso expressas, admirati fuerunt mirificas cælaturas & sculpturas, ad quarum elegantiam hodierni artifices haud pertingunt. Sequantur insignæ hujus Viri exemplum, quorum industriæ respondet fortuna, nec defodiant cimelia hæc obscuris thecis, sed hunc imitati illustri potius ea in loco reponant, unde in publicum luculentius manare potest eorum cognitio. Quod sane his in Electorali gaza repositis accidit: quippe quæ hætenus parce delibata, quædam etiam nondum in publico conspecta, jam doctissimus Begerus non solum artificioso opere exsculpta, verum etiam fusa commentatione illustrata exhibuit. Ut autem hæc lectu redderetur tanto amœnior, in dialogi modum (quem etiam antehac veterum nummorum rationem exponens tenuerat Ant. Augustinus) eandem contexit, differentem *Archæophilum*, seu antiquitatis cultorem; cum *Dulodoro* gazæ Electoralis custode introducens, & conjecturas super nummis his gemmisque discursui istorum amborum intexens, unde & perspicui possit, quid ipse Auctor existimet, & unde aliis doctis amplius cogitandi occasio suppeditetur. Totum opus tribus sectionibus distinxit, quarum *prima* gemmas & annulos, *altera* nummos, *tertia* statuas, imagines, signa, sigilla, & aliam veterem supellectilem exhibet. Quumque magna omnium horum cimeliorum sit copia, quam unicum volumen vix capiat; duo iisdem complere constituit, eorum prius jam evulgans. In quo figuras cælo artificiose expressas non ostentat nudas, verum eruditæ commentationibus, quarum nonnullæ justarum Dissertationum modum implent, eas illustrat, & diversas de quavis gemma aut nummo quolibet sententias profert, Archæologum cum Dulodoro super istis disquirentem faciens. Amplum nimis est opus, recensione tamen haud paulo fustiore dignum; cujus ratio ne instituti nostri modum supergrediatur, juvabit e sectione prima, quæ gemmas mira arte vel *εγγλύφως* seu insculptas & incisas imagines rerum, vel *αναγλύφως* seu cælatas & prominentes vel protuberantes, nec non annulos quosdam spectandos offert, documenti loco cimelia quædam ex tam ingenti thesauro depromta oculis Lectorum hic subjicere: delibanda autem e secunda Sectione in alius mensis pensum rejicere.

TAB. VII.

- Gemmae* in duas classes dispescit Auctor, quarum una certas & indubiae fidei notas vetustatis prae se ferentes, altera ambiguum aetatem prodentes continet. In priori ea emicat, quae primo loco collocata est p. 6. Cererem ~~avore~~ referens, quam prolixè explicat Auctor, & quid infames cum cornubus copiae in pectore designent, cur papaveris capita erinibus Cereris implicita sint, quid cordis specie collo dependeat, an bulla, an *μυρίατος*, aliudve *καὶ ἄλλα*, exponit. Hercules amori succumbens p. 34. ostenditur, jam antea in Thesauro Palatino p. 40. monstratus: unde agnoscere licet, cuncta subesse Amosi, cui ne fortissimus quidem resistere potuerit Hercules, quem Omphales antore captum fuisse vulgo notum est, & e numismate Mazoniorum sect. II. fol. 500. allato patet: ut de fortissima amoris vi apposite oratione Oppiani versus e Lib. II. Cyneget. althos intelligamus. Judicium Paridis in fardonyche rarè magnitudinis eleganter expressum, quod visuros nos esse clarissimus Morellius in Specim. p. 124. promiserat, bona fide p. 43. monstrat Begerus, fabulamque explicat; & Deas non nudas sed vestitas, rupibus insideantes, Paridi nullas adpositas oves, habitu etiam pastortio eum destitutum, & in Minervæ elypeo non caput Medusæ, sed captivam pellem conspici annotat, & rationes reddit. Alis imaginem Victoriæ destitutam, quæ alata semper conspicitur alibi, p. 51. ostensam, e Pausania asserit; nec Minervam representari, aut hanc cum Victoria eandem esse, quod Gyraldus censuisse videtur, docet. Æsculapium, Apollinis filium, Soli & Lunæ sacrificantem in gemma p. 70. sisti, iterum e Pausania ostendit, clariusque e Procli verbis demonstrat. Neptunum in gemma p. 71. delineata, biga alatorum equorum vectum e Platone in Critia confirmat, Tom. III. ed. Serrani fol. 123. seq. E Plurarcho Theseum, suis Crommyoniæ interfactorem, in gemma quæ p. 90. conspicitur, contemplantum proponi indicat, & clavam non minus Theseo quam Herculi consuetum veluti gestamen adponi, lapidumque (non pomorum) acervum, ad pedes ejusdem qui cernitur, in Mercurii honorem congestum, viæ & itineris notam esse, aut cum devictæ & prostratæ suis capite, quod tanquam tropezum ostentat coacervatis lapidibus, pulcherrimæ victoriæ memoriam consecrari tradit. Palladium qui gestans p. 94. conspicitur, haud absurde Diomedem censerì, qui juxta Virgilium

TAB. V
ad A. 169
pag. 436



Fig. 9.



Fig. 2

8-17-1918

giltum fatale hoc sacro avulfit templo, ex Photio & Servio asserit, Julii Cæsaris apothecos in jaspide, quam iconismus p. 117. refert, denotari, ubi macie notabilis senex globo cœlesti insidet, dextra temonem, sinistra lauream, ipse laureatus gestans, observat: nec alienum ab ambitione Cæsaris esse, cœli gubernaculis admoveri, e Juliano probat, ubi Silenus Jovem admonere fingitur, sibi ut caveat, nec regnum eripi a Julio patiatur. Vigilantiam tamen etiam ejus significari potuisse asserit, qua ad immortale fastigium ascenderit, dignus omnino post mortem, qui ad gubernandam universi machinam Jovi sufficeretur. Vulpem a gallo vectam, quam hæmatites p. 135. expressus designat, prudentiam & industriam bellicam æque ac civilem, quarum neutra istis adjumentis destitui potest, denotare monet, quod nullius rei felix sit progressus, quam non industria promoveat, prudentia dirigente. Ex *annulis*, quorum insignes aliquot capita Galbæ, Serapidis, Panis, Trajani, Crispinæ, Mercurii, Socratis & alia representantes Auctor profert, istum solum speciminis loco conspiciendum dabimus, qui jaspidi incisam Deam Hygeiam seu Valetudinem ostentat p. 159. Hæc an eadem sit quæ Salus, an Æsculapii filiarum una, quas quatuor enumerat Plinius, & an Panæcea, vel Jaso, vel Acefo hic representetur, disquirat. In præstantissimarum gemmarum numero eas etiam habere non detrectat, quæ hæc adeo indubie sunt antiquitatis, quas nec novas profus nec antiquas esse, pro certo affirmari potest. Equarum numero duas proferemus visu perquam jucundas. Una Veneris triumphalem ostentat pompam p. 170. in qua ipsa nuda leonibus vecta telum manu gestat curru sublimis: Cupidines adsunt, quorum aliquis leonum bigas agit, alius cum ferto in aere volitat, istud caput materno impositurus: Hymæus cum cithara præcedit: Concordia & Gratia faces gerentes curru adsunt vel eundem comitantur, quem Pan cum fistula disparibus septem compacta cicuteis sequitur, & ordines claudit. Singula hæc qua ratione Veneri convenient, prolixè docetur; pulchræque alix gemmæ, *Πάνθημον* ab hirco tractam Venerem p. 176, & *Ἐπιπορτίαν* seu marinam delphine vectam, Tritonibus adnatantibus, p. 178 representantes subjiciuntur. In altera duæ foeminae conspiciuntur p. 194. quarum ea quæ humi jacet, Auram Lelantis & Peribocæ filiam; quæ autem nubibus subnixa in aere resumbit, Venerem

Fig. IX.

Fig. X.

Fig. XI.

Fig. XII.

Fig. XIII.

dormienti Auræ amoris latices inspirantem referre Auctori videtur. Reliquas gemmas, plerorumque Deorum & Deorum, aut maximorum Regum & Imperatorum formas referentes enumerare nil attinet, sed pauca ex quas produximus, de iis, quas lustrandas in ipso opere Lectori relinquimus, indicium facere earumque præstantiam ostendere poterunt. Quam non minorem in *Numismatibus* reperiri, quorum copia Electorale cimeliarchium abundat, sectio operis hujus Begeriani secunda pulcherrime nos docet; quam alio tempore, quædam ex ea depromentes & conspectui exponentes, delibabimus.

ARISTOPHANIS COMOEDIÆ DILÆ, PLUTUS ET NUBES,
cum Scholiis Græcis antiquis.

Londini apud R. Clavel, 1695. in 8. Alph. 1. plag. 10.

IN usum studiosæ Græcarum literarum juventutis duæ hæc, ex undecim superstitis, Aristophanis Comœdiæ sunt editæ, eo quidem studio & accuratione, ut optandum merito sit, ab eodem viro docto, cui has debemus, reliquis etiam extolendis parique forma edendis manum admoventi. Textum utique quam emendatissimum dedit: versionem Latinam adjecit plane novam, quod Frischlinum, dum in versione sua senarios affectaret, mentem Poëtæ non satis ubique expressisse deprehendisset: scholia vetera, quæ semper apud doctos magno in pretio fuerunt, textui subjecit, Odoardi Biseti Carlæi tamen scholiis Græcis recentioribus, nec non Caroli Gerardi in Plutum notis, quæ in Caldoriana seu Genevensi editione anni 1607 exhibentur, quod nihil magni momenti sapere judicaret, omisiss: pauculas vero notas sub finem attexit ipse, & duplicem denique indicem, alterum auctorum in scholiis citatorum, rerum alterum & verborum adjecit.

ÆSCHINIS CONTRA CTESIPHONTEM ET DEMOSTHENIS
de Corona Orationes. Interpretationem Latinam & vocum diff-
ciliorum explicationem adjecerunt P. FOULKES & J.

FRIND, *Ædis Christi Alunni.*

Oxoniz e Theatro, 1696. in 8. Alph. dimid. 2.

Nec

NEc aliud Duumvirorum horum fuit institutum, quam ut juventuti Græcarum literarum cupidæ consulerent. Duas itaque selegerunt Orationes, easque inter se contrarias, quas linguæ illius vim copiamque & Atticam inprimis elegantiam percipere desiderantibus commendarent, Æschinis alteram, qua Ctesiphontem, quod de Demosthene aurea corona ornando violatis Reipublicæ legibus decrevisset, in iudicium adduxit, in Demosthenem quoque ipsum vehementer acerbeque invecus; alteram Demosthenis de Corona, qua & Ctesiphontis factum, & dignitatem suam ac in rempublicam merita graviter accurateque vindicavit. In quibus edendis id curæ habuerunt doctissimi viri, ut simul & Græci & Latini sermonis genius indolesque attento Lectori pateret. Quem in finem novam Orationum illarum adornarunt versionem, qua non verbum pro verbo reddiderunt, sed sententiis earumque formis retentis, verba atque numeros ad Latinam consuetudinem maluerunt inflectere, ut Latine dixisse Oratores nostri videri possent. Non pigebit conaminis illius dare specimen, collatis primi cuiusque orationis paragraphi versionibus. Æschinis nimirum initium ita reddiderat Hieronymus Wolfius: *Quanto conatu quantisque copiis se ad hoc iudicium adversarii paravit, & quibus in foro precibus sint usi quidam, ne ea fierent, qua & aqua sunt & usitata in civitate, vidistis Athenienses.* Nostri idem sic expressere: *Quanto apparatu, Athenienses, quantisque copiis instruitur forum, quanta sit certorum hominum in prebensando sedulitas, ne in civitate iustia & usitata iudiciorum ratio reneatur, nemo non videt.* Prima Demosthenis verba sic translata sunt a Wolfio: *Primum Deos & Deas omnes precor, Athenienses, ut quantam ego benevolentiam erga & Rempublicam & vos universos constantè habeo, tanta mihi a vobis in hoc iudicio tribuatur.* Nostri hunc in modum: *Imprimis quidem, o Athenienses, Deos Deasque omnes obsecro, ut quanta ego benevolentia civitatem vestram & vos universos usque prosequor, tanto vos studio in hac contentione erga me utamini.* Orationibus ipsis index subjectus comparet, vocum difficiliorum, earum præsertim, quæ ad res Atticas pertinent, explicationem complexus: & ne quid ornamentis nitidæ editioni desit, trium summorum Oratorum, Ciceronis, Æschinis & Demosthenis effigies æri incisæ exhibentur.

ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΣ καὶ εἰς αὐτὴν ΣΧΟΛΙΑ ΦΕΥΘΕΣΙΓΡΑΦΑ
ΔΙΔΥΜΟΥ.

i. c.

HOMERI ILIAS, ET IN EAM SCHOLIA, QUÆ PERPERAM
Didymo tribui solent.

Oxonii e Theatro, 1695. in 8. Alph. dimid. 5.

Nondum octo elapsi anni sunt, ex quo Anglia Iliadem Homeri nobis dedit, Cantabrigiæ cum scholiis, quæ vulgo adscribi Didymo solent, novaque versione Latina, A. 1689. editam, & a nobis Sectione VI. Tomi II. Supplementorum pag. 263. sqq. recensitam. Præter expectationem ergo omnium fortasse, nova denuo & Iliados ipsius & scholiorum eorundem editio Oxonii superiore anno prodit; sed in qua Græcus solummodo textus exhibetur, nulla adjecta versione Latina. Hæc quo consilio omiſſa fuerit, facile divinabunt, qui Anglorum in excolendo ac juventuri commendando Græcarum literarum studio industriam, qua nationibus Europæ aliis omnibus palmam hoc tempore præripere videntur, non ignorant. Nimirum ea juvenes linguæ Græcæ peritia imbuerè satagunt, ut Auctoribus Græcis quibuscunque, sine versionum Latinarum adminiculo, legendis intelligendisque idoneos reddant; certe Homerum ut capiant, scholia ipsa, nihil habentia difficultatis (unde & in Cantabrigiensi editione nulla eorum versio Latina compareret) suffectura iis arbitrari.

LIBRI NOVI.

Principes de Physique, par Nicolas Hartsøcker. A Paris chez Jean Anisson, 1696. 4.

Plaidoyers & autres Oeuvres de M. Gillet. A Paris chez Jean Bondot, 1696. 4.

Histoire Evangelique confirmée par la Judaïque & La Romaine; par le R. P. Dom Paul Pezron. A Paris chez Jean Bondot, 1696, 8.

Traité Historique des Dieux & des Demons du Paganisme, avec quelques remarques critiques sur le système de Mr. Bekker. Par Benjamin Rivet. A Delft chez André Voorst ad, 1696. 12.

* * *

ACTA ERUDITORUM

publicata Lipsiæ

Calendis Octobris, Anno M DC XCVI.

CATALOGUS LIBRORUM MANUSCRIPTORUM BIBLIOTHE-
cæ Cottonianæ, Scriptore THOMA
SMITHO.

Oxonii, e theatro Sheldoniano. A. 1696. in fol.
Alph. 2. plag. 16. chart. regal.

Dum in eo jam est doctissimus Eduardus Bernardus, ut Manuscriptorum, quæ in Bibliothecis tum Bodlejana, tum singularum Collegiorum Academiæ Oxoniensis celeberrimæ custodiuntur, Catalogum in lucem edat; singulari studio Bibliothecam Cottonianam, manuscriptorum optimæ notæ fidelem maxime asservatricem, delineare instituit Ecclesiæ Anglicanæ Presbyter plurimum reverendus, Thomas Smithus. Cum enim Bibliothecæ modo laudatæ illustris possessor Jo. Cottonus, Baronettus, inaudivisset, passim tam in Anglia quam in Hibernia viros honoratissimos nobilissimosque symbolas suas Bernardo labori jam a nobis dicto insudanti conferre, exemplo illorum incitatus ipse in Avi, Patrisque & propriæ suæ familiæ honorem, bibliothecam ad se delatam carere amplius idoneo indice haud voluit. Neque tamen hunc in alieni operis appendicem concessit, sed ab aliis se junctum catalogis edi curavit. Equidem non ipse modo fundator, Robertus Cottonus, catalogum illius primum struxit, aliumque postea Seldenus adornavit; verum uterque admodum brevis esse dicitur. Paulo majorem industriam adhibuit Richardus Jamesius, in ædes quondam Cottonianas lauto stipendio assignato exceptus. Multos autem & ille codices aut omnino intactos reliquit, aut levi saltim manu attingit. Insuper ab illius excessu multi codices ex dono clarissimorum

Kkk

virorum

virorum, multi etiam sumptibus Thomæ & Joannis, quorum ille filius, hic nepos Roberti Cottoni, accesserunt. Adeoque causas sat prægnantes habuit Smithus, cur, ad incitationem maxime Joannis, quem modo nominavimus, laborem hunc quasi primus exantlaret, splendidissimumque hunc Catalogum in lucem ederet.

Isthoc autem munere Noster sic defunctus est, ut mox sub ipsa operis auspiciis illius, a quo hujus Bibliothecæ fundamenta jacta sunt, Roberti Cottoni, Equitis aurati & Baronetti, vitam plenius ab se descriptam exhiberet. Cognoscas enim, natum esse eum ex antiqua valde nobilique prosapia in viculo Denton in Comitatu Huntingdoniensi, prope Coningtonam, A. 1570. die 22. Januarii, atque de vitæ statione decessisse sexto die Maji Anno 1631, postquam tres menses pauculosque dies supra sexaginta annos complevisset. Quæ autem alias de eo tradit Smithus, maximam partem consignatos ab ipso libros respiciunt. Cum enim amplo patrimonio beatus Cottonus nullis se magistratibus officiisque publicis addidisset, sed nobilitate privata omnem bonis literis ad patriæ & posteritatis emolumentum consecrasset, non potuit non, præsertim a viris in maxima dignitate constitutis, quin ipsis quoque Regibus, impulsus ac rogatus varios de controversis negotiisque gravissimis tractatus singulari eruditione, quam ex instructissima hac sua bibliotheca hauriebat, referret condipere, quos in universum omnes sic enarrat Biographus noster, ut ad singulos fere subministratam iis occasionem latius describar, atque pacto non paucas nec leves Historiæ, imprimis Anglicanæ, particulas inserat. Scripta autem ejus simul collecta Jacobus Howellus Londini A. 1652. edidit; inter quæ tamen duos occurrere tractatulos observat Noster, de quibus justa oriri possit dubitatio, an Cottonum auctorem habuerint, necne. In isto enim opusculo, in quo de methodo, quæ suppressendis contumendisque Romanensium subditorum contra fidem & allegiantiam Regi debitam molitionibus, expeditior meliorque videretur, alterutrinque instituta sed disceptatio, auctorem notat bis rotundis verbis asserere, Italiam se petisse, & Romæ moram aliquam fecisse; cum tamen Cottonum pedem nunquam extra Angliam extulisse constet. Deinceps dissertationem illam, quæ in posthumis Cottonianis extet sub nomine Argumens, Eduardo potius Littletono, J. C. ex interiori Templo, postea Custodi magni sigilli Angliæ

Angliæ adscribendam venire reputat. Quemadmodum interim Cottonum Historiæ Angliæ se totum addixisse refert Noster, ita eum mature receptum ait in Societatem illam Antiquariorum, quam seculo superiori exeunte Londini inierit industria & curiositas quorundam ingenio præstantium virorum, qui sæpe, præut ratio negotiorum siverit, convenire sueti, de patriis antiquitatibus investigandis in commune consuluerint. Hujus historiam quandam hæc reperire & ex eadem licet perspicere, quibus primum initiis coeperit hæc Societas, quibus deinde modis per annos aliquot continuata, tandemque præjudiciis quibusdam ac suspicionibus adversus Academiæ, Oxoniensem & Cantabrigiensem, onerata sub Jacobo I. Rege finita fuerit, Sociis sedulo caventibus, ne suis istis consiliis, quantumvis innocentissimis, mali quidpiam contra rempublicam moliri viderentur. Novo Baronetorum ordini, sub Jacobo I. A. 1611 constituto, consiliis suis egregiam Cottonum operam navasse Auctor innuit, ac ipsam inter primos in istum cooptatum affirmat, eaque occasione simul quandam Baronetorum descriptionem suppeditat, ac de cætero in enumerandis Cottoni amicis, inque memorandis eruditissimis scriptoribus, quos ille vel consilio vel depromptis e sua bibliotheca monumentis multum juverit, & quam benevolentiam ipsi hæud dissimularint, perquam prolixus est.

Exposita sic vita a Roberto Cottono transacta, ad ipsam ejus Bibliothecam pergit, illiusque Historiam quandam & synopsis stylo eleganti atque ubere consignat. Videlicet non universalem bibliothecam condere Cottonum sibi proposuisse refert, sed præcipuum ipsius studium fuisse ait comparare libros atque instrumenta, quæ ad patriarum antiquitatum illustrationem quoquo modo conducere viderentur; non aliis tamen interim, qui sese felici casu obtulissent, quantivis pretii & summæ antiquitatis, licet longe diversi argumenti, susque deque habitis. Sed unde & a quibus reliquias istas, ex horrenda domorum religiosarum strage sub Henrico VIII. fataliter inducta servatas comparaverit, illud statuere incertum, est hoc vicissim certissimum existimat, magnam vim pecuniarum in istas merces impensam fuisse, ut aliqui crediderint, licet falso & male, illum non medicam partem patrimonii hac de causa vendidisse. Ut vero quis aliqualem bibliothecæ hujus celeberrimæ ideam in animo formare,

& cujus generis ac argumenti libros illic reponi curaverit Cottonus, comprehendere valeat, idcirco sex eorum classes præcipuas constituit, ac unamquamque postea uberius declarat & commendat. Primo nempe celebrat codices lingua Anglo-Saxonica scriptos, quorum quidem catalogum extare dicit in appendice Grammaticæ Anglo-Saxonicæ & Mœso-Gothicæ Georgii Hickesii, sed illum mutilum vocat & e vitioso apographo depræsumptum, quem longe accuratiorum operam navaturus Londinum se contulerat, Cottonus ruri habitasset. Inter hosce codices vero maxime memorandum ducit illum Evangeliorum, interlineata versione Saxonica illustratum, de quo, licet cum Joannes Seldenus & Thomas Marefchallus fuscè jam rum delinearint, Noster tamen denuo agere, & quædam ex industria superaddere haud abnuit. Huic associat Psalterium quoddam Davidis antiquissimum, & librum Geneleos cæterasque Historias sacras de gestis Moïsi & Josuæ, excerptas partim ex libris Mosaicis & libro Josuæ, partim ex Josepho, cum brevibus scholiis & annotationibus Latinis Saxonisque. Ejus auctorem a quibusdam perhiberi notat Cædmonem Whitbeïensem, sed ipse magis adstipulatur Ulfserio, qui Ælfricum Abbatem Malmesburiensem, & postea Archiepiscopum, dubium an Cantuariensem an Eboracensem, substituat. Reliquos codices Anglo-Saxonicos nosse cupientem, remittit ad ipsum Catalogum, locoque secundo in Bibliotheca hac considerari cupit chartularia monasteriorum, quæ itidem summo studio conquifiverit Cottonus, & in quibus breviusculæ de fundatoribus & benefactoribus cœnobii cujusque narrationes, & Calendaria illorum dies emortuales signantia non raro compareant, sed & potissimum omnis generis chartæ, bullæ Pontificum, diplomata & epistolæ Regum, Magnatum, Episcoporum, aliorumque, & quicquid ad prædia, reditus, privilegia, jura, ecclesiarum sive advocaciones sive appropriationes, lites forenses, sacri cultus exercitia, disciplinæ regulas, rerumque administrationem spectent, multa que alia congeneris argumenti describantur. Porro Vitas & Passiones Sanctorum Martyrumque a Cottono solerter conquifitas memorat; ac dehinc in classe quarta provocat ad tabulas genealogicas & monumenta ad scientiam Historiamque prædicam apprime facientia, quorum ingentem copiam Catalogus subjunctus sistat. In quinta

quinta laudat ejus studium in colligendis Historiis, Annalibus & Chronicis, ad cultum tam ecclesiasticæ gentium Britannicarum quam civilis historiz facientibus; ac denique ad classem sextam delatus innuit, quam laudabili instituto Acta regni authentica coacervavit, literas nempe originales Imperatorum, Regum & Principum, in Angliam de rebus maximi momenti variis temporibus missas, uti & Regum Angliæ, Reginarum, Magnatum, aliorumque familiares epistolas & testamenta, foedera pacis & commercii, pacta conventa, contractus matrimoniales, postulationes Legatorum, universumque rerum politicarum, quæ inter Principes solenni ritu tractari solent, apparatus. Ea omnia, ut investigantibus facilius sub aspectum venirent, sub distinctis istarum gentium, ad quas pertinent, titulis juxta seriem annorum accurato ordine digesta fuisse testatur. Sed superesse dicit libros manuscriptos adhuc alios varii & miscellanei argumenti, inter quos primum locum sibi vendicent codices, qui quasdam sacrarum Scripturarum partes, præsertim Evangelis & Psalteria, quæ olim ad aliquos e Regibus tum Anglo-Saxonibus tum Anglis pertinuerint, complectantur; quo in loco multa quoque differit de libro Geneseos Græco, sine accentibus, literis uncialibus simul coalescentibus inque eadem linea junctim continuatis, ante annos, ut videatur, mille quadringentos exarato. Deinde nominat tractatus, cõmentarios, homilias, ejusque generis scripta alia sanctorum Latinæ Ecclesiæ Patrum, & tum senioris tum sequioris ævi Doctorum; collectiones Canonum; monumenta de Conciliis Nicæno primo, Cptano sexto, Turonensi, Lateranensi, Constantiensi, Basileensi, aliisque. Authenticum unionis inter Ecclesiam Græcam & Latinam Florentiz A. 1439. initz decretum in Bibliotheca hac servari, invictis argumentis liquere autumat. Nec Philosophis arcanorum naturæ indagatoribus, Philologisque deesse ait, quo sua studia fovere possint. Habere enim ipsos Vitruvium, Vegetium, Solinum, Prudentium, aliosque classicos scriptores: multa eos reperturos de India, Ægypto, Palæstina, aliisque Orientis regionibus; de Mohammede illiusque dogmatibus, institutionibus ac ritibus superstitionis; de Longobardis, Scanis aliisque Septentrionis populis; de templis, theatris, columnis, portis, arcibus, & similibus Romæ veteris antiquitatibus, &c. Non desiderari quoque fabulas amatorias, & prophetias de incertis rerum futuris seculis gerendarum

eventibus, & alia ejusmodi, quæ hoc loco a nobis recenseri prolixum nimis foret.

Post hanc generalem Historiam, in Catalogum ipsum Lectorem intromittit Auctor, ubi modo adhuc antea elogia & testimonia clarissimorum doctissimorumque Virorum de Costenîs, Roberto patre, Thoma filio, & Joanne nepote, deque Bibliotheca Cottoniana recensuit. Ita vero in Catalogo consiciendo sese gessit, ut solos librorum titulos apposuisse haud contentus, argumentum insuper ipsum subinde plerumque retulerit, aliæque de codicibus notatu digna passim adjecerit. Frustra autem sibi quis pollicebitur specialem omnium chartarum, diplomatum, epistolarum aliorumque instrumentorum enumerationem. Viderat enim Auctor earum clarissimas, vel nudos titulos in spissum volumen evasuros, istudque opus esse vix unius hominis, saltem non nisi multorum annorum curriculo perficiendum. Hinc in duobus solum codicibus specimina laboris istiusmodi ob oculos posuit, in reliquis autem indicandis non nisi generalem notitiam insinuare voluit. De residuis, quæ in pyxidibus servantur, veteris ævi monumentis, deque variis antiquorum characterum figuris, sigillis, numismatibus, iconibus, ac alio supellectilis antiquariæ apparatu se dicturum pollicetur, si quando aliquot Analectorum tomos, afflicta valetudine atateque ingravescente non impeditus dederit. Interea duplicem Catalogo indicem subjecit, quorum alter auctorum in hac Bibliotheca reperitorum nomina sistit, aliter præcipuarum rerum, de quibus in codicibus his manuscriptis pluribus agatur, syllabum complectitur.

ANTONII VAN DALE, POLIATRI HARLEMENSIS, Dissertationes de origine & progressu idololatriæ & superstitionum: de vera ac falsa prophetia: uti & de divinationibus idololatricis Judæorum.

Amstelodami, apud Henr. & viduam Theodori Boom, 1696. in 4.
Constat Alphab. 4. plagulis 12.

Superstitionem ex animis hominum magis magisque eradicaturus clarissimus Auctor, fontes ac scaturigines superstitionum in prima Dissertatione aperit, ac cap. I. fundamenti quasi loco ponit, solum De-
um

um facere miracula, eundemque proprii sui honoris severum esse vindicem, neque ulli concedere creaturæ, ut is sibi præscripiatur; adeoque nec Ethnicorum Deos aliquid præter vel supernaturale perpetrare, aut aliquid posse, quo vel juvent, vel noceant, vel futuri aliquid prædicant, vel hæc simile quid perficiant. Cap. II. docet, R. Maimonidem, in Tract. de Idololatria, cultus idololatriæ ortum ad Enos temporæ referre, ejusdemque sententiam Scripturæ S. verbis, quæ Gen. IV, 26. leguntur, corroborari posse. Eorum enim sensum esse tradit: tunc profanatum est circa invocationem nominis divini; non, ut alii volunt: tunc coeptum est invocari nomen Dni; cum nullo modo sit verisimile, tum demum homines pios primum invocasse nomen Dei, cum & Abel & Cain jam dudum sacrificia ex primitiis suis obtulissent Deo, ac multo magis verisimile sit, tum sensim homines, præsertim ex Caino prognatos, in idololatriam prolapsos fuisse, iisdemque postmodum filiis Dei accessisse, & a cultu uni ac soli Numini debito declinasse: hanc Maimonidis de idololatria opinionem plerisque Hebræorum (sui temporis saltem) ab Hieronymo haud temere tribui, eandemque a R. D. Kimchi foveri: objectum primum cultus idololatriæ fuisse exercitum cæli, atque eam idololatriæ speciem in Scriptura V. T. Denter. IV. 16. primum manifestari. Hinc de Baalim, Apheroth, Ascheroth & Ascherim erudite disserit. Cap. III. ostendit, demonomaniam in Chaldaea ortam transiisse in Egyptum ac Persiam, ex Persia in Asiam minorem, ex hac denique in Græciam & Italiam, aliasque tam occidentales quam orientales maritimi regiones. Cap. IV. probat, ex institutionis publicæ defectu, ac codicum Legis penuria, Judæos in idololatriam subinde prolapsos. Qua occasione singularem aliquam opinionem, quam tamen pro sua modestia nemini obtrudere vult, in medium affert, censens, ab Esra cæterisque Prophetis, simul cum populo ex captivitate reversis, Pentateuchum tum ex ipsa lege Mosis, tum ex reliquis libris Propheticis in ista memoratis, forsitan & ex aliis tunc adhuc existentibus, divino instinctu adornatum, ac vel statim vel tractu temporis in sectiones hebdomadales divisum, ac populo singulis sabbatis ita prælectum fuisse: postea istum Pentateuchum Legis nomine venisse, eo, quod tota lex a Deo Mose tradita, præter alia huc maxime facientia, ille contineretur: hanc denominationem tunc maxime locum habuisse, quum jam Haphtaroth seu lectiones propheticae adornatae essent, ac publice quoque

que prælegerentur, ut sic Lex ac Prophetæ ab invicem distinguerentur. Id autem tempore Antiochi Epiphaniæ accidisse, ex R. Eliæ Levitæ Thisbi probat, memorans, cum ab hoc pessimo Rege legis lectio tam publica quam privata sub capitis pœna prohiberetur, pios atque legi patriæ firmiter adhærentes instituisse, ut loco legis prælegerentur Prophetæ, quorum scripta ad ea usq; tempora a solis sacerdotibus ac scribis conservata fuerint atque lecta. Improbat insuper sententiam eorum, qui Scripturæ S. vel aliquam partem, scil. Pentateuchum, vel totam compagem ex Hebræo idiomate in Græcum, Ptolemæi Philadelphi auspiciis, translata esse statuunt, atque ea de re in peculiari tractatu facturum pollicetur. Præterea perhibet, ad Cuthæos cæterasque gentes regionum Samaritanarum, post devectas inde decem tribus Israël, novos incolas, legem Hebræorum sive Pentateuchum ante Christi natiuitatem anno 332. demum pervenisse. Monstrat quoq; Judæorum calamitatem, qua post devastationem tum regio Israëlita, tum urbs Hierosolymitana, tum denique Templum Hierosolymitanum, per totum triennium desolata manserunt, libros apocryphos pro canonicis Judæorum vulgo obtudendi occasionem suppeditasse. Et tandem notat, sacerdotes ac scribas, ut sibi semper auctoritatem atq; imperium in plebem Judaicam pararent ac conservarent, legem quandam oralem, seu non scriptam, a Deo Moysi in monte Sinai traditam, quæ legis scriptæ perpetua quasi clavis esset, confinxisse, secundum illam Legem atque Prophetas exposuisse, atque hac ratione constitutionibus, interpretationibus ac traditionibus suis Scripturam S. admodum corrupisse. Cap. V. loca sacri codicis, Es. XIII, 22. XXXIV, 14. Levit. XVII. 7. Deut. XXXII, 17. Psalm. CVI, 37. II. Paralip. XI, 15. examinat, eaque de Dæmonibus non agere, sed ex Targumistarum, Talmudistarum ac Rabbiorum aliorum interpretamentis Diabolos in libros V. T. irrepsisse, ac per Schirim hircos seu vitulos, per Schedim autem astrum Remphan cæterosque Deos a Cananæis cultos, intelligendos esse, modeste iudicat. Cap. VI. varia Judæorum de Diabolis ex Adamo, Eva, Naema genitis, ac ab ipso Deo creatis commenta adducit, atque interpretes sacrorum Bibliorum Græcos Dæmonia aliaque monstra sacris autoribus incognita versione sua imprudenter intrusisse, aliquot exemplis edocet; Angelos item Urielem ac Jeremielem, quorum apud libri IV. Esræ autorem cap. 4. fit mentio, ex fonte cabalístico, ac

puc-

prætenso magico, originem traxisse, observat. Cap. VII. postquam monuisset, libri Maccabaici secundi Scriptorem frequenter satis Angelorum apparitiones fabulari, refert Flavium Josephum, ubi occasio datur loquendi de vero Christo nostro, magis mutum esse quam piscem: ubi vero occasio nascitur, ipsius dicta aut facta ad alias personas detorquendi, studiosam in illa re navare operam: ipsum etiam sapius mala fide egisse, multis in medium adductis exemplis corroborare studet. Cap. VIII. demonstrat, in libro II. Maccabzorum, Sapientiz item & Tobiz libris præter alia figmenta etiam nugas de spectris atq; Dæmonibus reperiri. Cap. IX. observat, a Judæis varios Angelos bonos præter Scripturæ mentem esse confictos: ab iisdem doctrinam de Angelis tutelariis ad Christianos transiisse: ex Actor. VII. Angelum tutelarem neutiquam probari posse: cultum Angelorum inter Judæos ac multos primitivæ ecclesiæ Christianos locum habuisse. Cap. X. epilogum primæ huic dissertationi imponit, atque in compendio exhibet, quibus de causis, quibusque modis doctrina vulgaris de Dæmonibus ex Chaldaismo, Judaismo atque Ethnicismo ad Christianam religionem transitum fecerit, scilicet per 70, vulgo sic dictorum Interpretum pravam versionem; librorum apocryphorum de Lemuribus, spectris, Angelis & Diabolis fabellas; hæreticorum facta ac scripta, per quæ sectis suis auctoritatem conciliare studuerint, & in quibus pene nihil præter Angelos bonos ac malos creparint; scripta supposititia Hermæ, Dionysii Areopagitz, similiaque, Angelorum Dæmonumque ordines ac revelationes perhibentia; Origenem atque Hieronymum, superstitionibus Judaicis non leviter tinctos; lexica Hebraica, in quibus cum multa vocabula ad mentem Chaldæorum ac Rabbiorum explicata inveniantur, eodemque sensu a nimium superstitionis vel incautis interpretibus Scripturæ S. adhibita fuerint, ipsa præjudicia Chaldaica & Rabbina in Scripturam S. irrepserint; tandem per superstitionis Chaldaicæ præjudicia, non solum ex Judaismo, verum & ex Ethnicismo in Christianismum transplantata, ab hominibus inter Gentiles vel Judæos natis & educatis atque superstitioni vel superstitionis sectis tum Judæorum, tum Platoniorum & Pythagoreorum nimium addictis, ad Christianorum religionem transeuntibus.

Dissertatio II. duabus partibus absolvitur, earumq; prior veram, posterior autem falsam Prophetiam sub V. ac N. T. exhibet. In priori

postquam Cap. I. de veræ Prophetiæ origine, mediis, ac Prophetarum functionibus egisset; Cap. II. distinctionem illam, multis iisque doctissimis Theologis usitatam, qua Prophetia dividitur in eam, quæ consistit in divinis revelationibus, atque instinctu vel mandatis extraordinariis, ac modo plane supernaturali a Deo Prophetarum menti oblati; & quæ occupatur tantum in pia ac attenta consideratione verborum scriptorum vere ac proprie Prophetarum, adeoque & illorum publica interpretatione, alijsve ejusmodi docendi modo; plane rejicit, ac Prophetas alicubi in Scriptura appellatos fuisse homines, qui solum Doctores, Pastores aut Magistri, sive publici sive privati essent, se neque in V. neque in Novi Testamenti scripturis invenire potuisse testatur, eamque materiam ex professo persequitur, ostendens Cap. III. ex I. Cor. XIV. secundum hoc genus prophetiæ neutiquam adstrui posse, ac multos, suo tamen judicio præpostere, sibi imaginari, Apostolum Paulum in citato capite ecclesiis (Corinthiæ saltim) ordinem quendam ecclesiasticum, perpetuo observandum præscripsisse; imo, quæ de Prophetis dixerit, illa omnibus ac singulis virilis sexus fidelibus, qui aliquid ad religionem vel cultum divinum pertinens se publice proponere ac defendere posse præsumebant, applicasse, iisdemque adeo libertatem publice in ecclesia loquendi permisisse, modo vitaretur confusio. Quod autem Apostolus in citato capite certum aliquem publice docendi ordinem neque directe neque indirecte præscripserit, ex eo quoque se demonstrare posse confidit, quod non necesse fuerit ejusmodi peculiarem ordinem instituire, cum primus Christianismus solum Judaismus reformatus fuerit. Tandem notat, omnes primitivæ ecclesiæ scriptores unicam tantum veræ Prophetiæ speciem, nullamque adeo præter eam, quæ in extraordinaria ac miraculosa revelatione, ac mandato de ea sive in publicum sive ad privatos perferenda consistebat, agnovisse. Cap. IV. in originem secundæ hujus speciei Prophetiæ inquirat, eandem inde ortum traxisse autumans, quod, sicuti ea quæ ordinaria erant in Judaismo, applicuerint personis, muneribus ac ritibus Christianis; sic & illa, quæ extraordinaria erant temporibus apostolicis, suorum temporum personis, muneribus ac ritibus accommodarint: & ut posterioribus ævis Episcopos Apostolorum nomine salutarint, ac Chorepiscopos 70. Discipulis compararint; sic quoque Episcopos atque Presbyteros nuncuparint

parint Prophetas, quasi ipsorum in eo munere successores, cum tamen neque Apostoli, neque 70. Discipuli, neque Prophetæ ullos post se successores, ut successores, reliquerint. Obiter observat, Chorepiscopos duplicis fuisse generis: alios, qui in parvulis oppidis majori cuidam civitati subjectis, in vicis ac pagis similibusq; locis, Episcopi vicem gerebant, eo tamen modo, ut nil alicujus majoris momenti inconsulto agerent Episcopo ejus civitatis, cui ipsorum sedes adeoque & ecclesiæ subjectæ erant; alios, qui in urbibus, etiam majoribus, istarum urbium quandoque Episcopos ordine sequebantur, iisque adeo in episcopatu subserviebant: tales autem & Chorepiscopos fuisse, licet a nemine id satis observetur, ex Canone 8. Concilii Niceni clare patescere censet. In posteriori hujus dissertationis parte, e, usdemque Cap. I. monet, Pseudoprophetarum falsas Prophetias nunquam Diaboli, sed ipsorum falsorum Prophetarum malignitati in Scripturis adscribi: Deum sæpe homines per Pseudopphetas tentasse, an amantes sui essent: ante captivitatem Babylonicam, non modo terram Israeliticam falsis Prophetis scatuisset, sed & posteris temporibus, maxime quidem paulo ante & post adventum veri Messia, Pseudopphetas ac Pseudo-Messias surrexisse. Cap. II. Simonis Magi, Pseudopphetarum sub N. T. antesignani volatum per aëra esse confictum, ac scriptores antiquos in illius narratione admodum variare, luculenter docet. Cap. III. digressionem aliquam instituit, atq; de tentationibus sub N. T. a Deo per Pseudopphetas factis; item Canonis librorum N. T. ortu, progressu & perfectione; nec non de scriptis spuris, quæ Apostolis, Evangelistis aliisq; Viris apostolicis attributa falsæ fuerunt, discursum movet. Cap. IV. in texenda Pseudopphetarum historia pergit, atque de Marco Mago, Menandro, Carpocrate, Montano, Priscilla & Maximilla, Apollonio Thyanzo, Basilacio agit, inter alia obiter observans, Deos aut Dæmones paredros quadruplicis fuisse generis: alios, qui Diis majorum gentium, seu magnorum Deorum concilio, ab hominibus adulatorie adjungebantur: alios, qui Diis istis, qui apud inferos obtinebant imperium, associabantur, adeoque & primas obtinebant partes inter beatorum animas: alios, qui hominibus, uti famosum illud Socratis dæmonium, semper aderant: alios tandem, qui sese a magis ac sagis sinebant evocari ab inferno, illisque ut famuli aut servi, non tantum ignota & futura indicabant, verum &

aliis, ipsorum jussu, mala & infortunia omnis generis inferebant. Præterea notat, Dæmones sic immisos miseris hominibus, ut inde illi fierent energumeni, Catabolicos fuisse dictos, quod homines sapiens raptarent, subito deicerent, ac solo affigerent. Cap. V. progreditur ad falsos gentilium Prophetas, notans, eorum vaticinia plerumque ac pene semper *χρησμεύς* ac *λόγια* i. e. oracula fuisse vocitata: vocem *λόγια* Act. VII. 38. Rom. III. 2. Hebr. V. 12. 1. Petr. IV. 15. non per verba aut sermones, sed oracula verti debere: ipsos impostores *χρησμολόγους* & *χρησμομάδους*, quasi oraculorum enarratores, & si per civitates, vicos ac fora lucra captandi gratia circumvagarentur, *ἀγύρτας* vocitatos: hoc hominum genus sese eggressisse, ubi aut factiones ac divisiones in regnis aut rebuspubl. exortæ erant, aut externa bella jamjam instabant aut metuebantur, aut denique ubi novus alicujus Reipublicæ status novusque rerum ordo sese aperire videbatur. Cap. VI. de Sibyllinis erudite differit, atque instituta inter Rhætras seu leges a Lycurgo Lacedæmonii præscriptas cum Romanorum Sibyllinis comparatione, & librorum Sibyllinorum post incendia diversa ac ruinas Capitolii e variis locis corrasione, genuinorum a falsis discretione, novorum canonizatione exposita, docet, primorum sæculorum Christianis scriptoribus, ac præcipue quidem Græcis, quia e Sibyllarum commentis argumenta pro religione Christiana adducebant, ab Ethnicis, quibus hæc melius cognita erant, Sibyllistarum nomen per deridiculum impositum fuisse: primos Christianos in designando Sibyllinorum similibusque vaticiniorum autore primario admodum variare, aliis summi Numinis virtuti, aliis autem inspirationi Dæmonis eadem adscribentibus. Cap. VII. explodit sententiam Isaaci Vossii, perperam asserentis, scripta Sibyllina vasa Canonica, & ut talia a Paulo Christianis suis commendatos esse, quamvis a posterioribus Judæis post ac propter adventum veri Messiae ex Canone extrusa fuerint.

Dissertationis III, quæ divinationes idololatricas in Scriptura V. T. memoratas exhibet, & multa scitu digna pariter atq; jucunda affert, summa taneum capita, ob brevitatis studium, attingemus. Siste autem Cap. I. auguria, II. haruspicinam, III. astrologiam judicariam, præstigia & somnia, IV. sortes ac sortilegos, V. incantationes, VI. exorcismos & curiosas artes, litteras Ephesias, amuleta, VII. ordinem Exorcistarum in eccle-

ecclesiam introductum, VIII. magos & veneficos, IX. Oooth & Jideonim, & illos qui mortuos evocabant, aut aliter ipfos consulebant, ex Deut. XVIII, X. necyomanteias vel necromanteias publicas ac privatas, II. XI. Teraphim. Quibus dissertationibus subjunguntur aliquot elegantissimæ epistolæ celeberrimi Auctoris ad clarissimum Stephanum Morinum; cum ipsius eruditissimis responsoriis, in quibus disquiritur, quando primum Pentateuchus Hebraicus ad Cuthæos sive novos Samaritas pervenerit? an scilicet ante Esræ ætatem, an vero diu post Esræ, ac Alexandri Magni tempore, illum per Manassen ad ipsos transfugam acceperint? Quorum prius Morinus, posterius autem Van Dale propugnat. Nos ex universo Auctoris Opere delibare pauca volumus, relicto Theologis singulorum accuratiore examine.

JOH. CLERICI PHYSICA, sive DE REBUS CORPOREIS LIBRI V.

Amstelodami apud Georg. Gallæt, A. 1696. 12. plag. 22.

BRevem de rebus naturalibus doctrinæ Synopsis Cl. conscripserunt Auctor, procul recedere conatus est a scopulis, ad quos plurimi Physici impegerunt, dum de rerum proprietatibus fere securi, omittunt experimenta quæ de iis sumta sunt, rebusque compertis suas miscent conjecturas, easque non quasi suspiciones, sed ut ex demonstrationibus collecta consuetaria, proponunt. Ipse enim pluribus passim corporum phænomena & proprietates tradit, quam conjecturas, quæ de earum causis a Physicis proponuntur, & anxie ubique quod constat, ab eo quod certum est, discriminat, & pro conjecturis acriter nusquam pugnat; quamvis eas, quæ maxime omnium sibi arrideant, indicaverit, paratus abjicere, si meliora discat. Quam in re non parum utilem censuit ordinem, quem secutus est. Neque enim principia posuit ab initio, sed analysi potius usus est, ut facile quamlibet operis sui partem emendare possit, aut ditare aliorum inventis, incolumi suo systemate; quod nequeunt, qui synthetia adhibent, sine universorum suorum operum immutatione. Huic accedit, quod frustra systema syntheticum Geometrico more demonstratum a Physicis expectari censet, quia ne natura quidem corporis in genere, quæ totius Physicæ fundamentum est, exponi potest, cum quæ tenuissimarum particularum, quibus corpora constant, sit dispositio & figurâ, sola conjectura persequamur, quoque nexu tene-

antur inter se particularum illarum partes; plane ignoremus, fortassis etiam perpetuo frustra futuri in investiganda penitus rerum natura. Neque enim ullo certo argumento ostendi posse, sensum intellectumque nostrum ejus esse capacitatis, ut omnia percipere atque intelligere possint, quæ ad corpoream pertinent naturam, modo facultatibus illis recte utamur; sed gravissimas contra esse rationes, quæ suadeant, ejusmodi facultate reipsa nos esse destitutos, cum dispositionem ac figuram tenuissimarum particularum cernere, & quibus vinculis soliditas constet, scire indubitato nequeamus. Quod si quis forte reponat, quod sensus nequeunt, id rationem efficere, & ubi sentire desinimus, oportere nos ratione uti; id eo redire judicat, ac si quis cæco diceret, quoniam sensu est ad videndam lucem destitutus, oportere eum ratiocinari, ut intelligat, quid sit lux, quosque edat effectus: posse enim & illum, & nos indulgere conjecturis, ut proposita ænigmata solvamus, sed certo ad ultima principia nunquam devenire, adeoque pauca tantum scire generalia, quæ nitantur iis, quæ cernimus usque adeo, ut de iis dubitare non possimus; cætera omnia esse dubia. Id quoque non probat, quod quidam acutissimi viri dicere solent, modo inveniatur hypothesis aliqua simplex & clara, cujus ope omnia phænomena exponantur, hac nos contentos esse oportere; quandoquidem, ut concedamus, ejusmodi hypothesin posse inveniri, affirmari non potest, rem ita se habere, cum ejusdem effectus causæ possint esse diversæ, nec omnes naturales causas in numero habeamus; si autem merarum conjecturarum instar hæc in medium afferuntur, hoc ipsum est, systema syntheticum neque esse neque fieri posse, fateri. Unde efficitur, nihil aliud Physicam candidè tractantibus superesse, nisi ut præcipua naturæ phænomena recenseant, & analytica methodo in illorum causas inquirent, si forte palpando queant inveniri; sin minus, quousque in unaquaque procedi possit sine erroris periculo, ostendant, limitesque indubitati veri vacillantiumque conjecturarum diligenter ac sincere signent. Id quod doctissimus Auctor hoc in opusculo, in quo potius rationem tradendæ hujus disciplinæ ostendere, quam eam, ut res posceret, tractare suscepit, studiosè, quantum licuit, præstitit. Post præfationem enim, in qua tum jam dicta exponuntur fusius, tum etiam quæ ad usum, dignitatem & divisionem Physicæ pertinent, traduntur, *libro primo* universitatis re-

rum

rum summam consideratæ dispositionem explicat, brevibus complectens ea, quæ de mundi systemate, planetis fixis & cometis scitu sunt necessaria: in specie dispositionem & generationem cum vorticis nostri, tum aliorum, ex Cartesii potissimum sententia delineat, eamque pariter ac systema Copernicanum laudat. Quemadmodum vero hoc gravissima difficultate censet laborare, quod explicare non possit, cur eadem partes planetarum semper easdem partes cœli respiciant, & planetarum tanta corpora in fluido rapta semper, nec imminuto nec aucto motu, æque a Sole distita sint, & æquis temporum spatiis circa eum ferantur; præsertim si consideremus, cometas altissime in vorticem nostrum immergi, & ab eo rursus emergere: ita non dissimulat, quibus hypothesis Cartesiana rationibus, iisque vix solvendis oppugnetur. Nempe, quod motus particularum materiæ, licet circularis, intelligi nequeat, si omnia cum Cartesio solida materia plena supponamus: quod, cum materia tertii elementi, fatente Cartesio, ad motum sit ineptior, necesse sit eam perPELLI ad centrum vorticis a particulis primi & secundi elementi, secus ac supponit Cartesius: quod non explicet, qua ratione Terra novum circa se vorticem effecerit, eumque in orbem agat; vel si dicatur Terra a materia fluida circumagi, quomodo tamdiu eandem vim servet, nec ejus peculiaris motus a motu communi majoris vorticis particularum unquam turbetur, aut quare materia fluida magni vorticis, quæ eo in loco, in quo suspensa est Terra, intra annum circa Solem rapitur, vorticem illum minorem, cujus motus ei partim contrarius est, non absorbeat, quemadmodum pristinum Terræ vorticem hausit; quodq; tandem, si Terræ vortex a majori vortice raperetur, ubi Terra esset in eo loco, quo particule majoris vorticis celerius fluunt, celerius etiam progredere; quod tamen Astronomicis observationibus contrarium.

Liber secundus de Terra & Mari, *tertius* de Aëre & Meteoris, *quartus* de Plantis & Animalibus agit. In his vero Clarissimo Auctori sequentes, ut paucas e multis afferamus, probantur hypotheses: ignem esse materiam tenuissimam, quæ e poris & interstitiis aëris in unum locum majori copia cogatur, & alatur particulis variarum materiarum vehementissime commotis, quibus aër disjiciatur: metalla constare particulis oblongis & quadrangularibus, quamvis in singulis metallis sit aliquid singulare: aquam regalem aurum, non alia metalla, solvere,

vere, quia missione tot salium ejus partes tenuiores factæ sunt aptæque ad tenuissimos auriporos subeundos, tenuissimasque ipsius partes divellendas, inter quas cuneorum instar liquoris, in quo natant, motu aguntur; quando vero laxiores poros subeunt, nihil efficere, quemadmodum cuneorum ad res conjunctas separandas nulla vis est, nisi agantur in angustiores fissuras: magnetis phænomena oriri a materia inconspicua, quæ circa magnetem in orbem feratur, ejusque particulas esse vel instar pennæ aut sagittæ pennatæ, quæ adversis pennarum fibris ægre foramen subit, quod facile ingreditur, si ex altera parte immittatur; vel striatas, ita ut certo modo circumactæ poros similiter striatos subeant, instar cochlearum, quos alia ratione motæ ingredi non possunt; quamvis hæc hypothesis difficultatibus his prematur, quod, si fingamus materiam pennatam esse, non constet, quare magnes semper eundem polum terræ polo obvertat, cum ista ex septentrione aut ex meridie veniens utrumque ex æquo subire possit, prætereaque juxta dictam hypothésin, cum admoventur duo magnetes, incidens ab utroque in alterum materia magnetica & solidas partes plures quam poros offendens, deberet utrumque dimovere, quia major vis est illius materiæ solido lapidi & vehementer & magna copia illis, quam potest esse aëris, quem dimovet & ad exteriores magnetis polos circumagit, cum præsertim tot poris scatere constet aërem, ut transitum satis liberum ei materiæ concedat: fontes oriri ex vaporum in montibus collectorum copia, pluviis, nivibusque liquefactis: inesse aëri nitrosam aliquam materiam aut etiam sulphuream, qua ignis alatur: causam venti esse Solem & motum vaporum, sed si excipiamus constantes illos & periodicos ventos, quibus perflatur Oceanus, cæterorum fines indicari non posse, adeo ut possimus ostendere, ubi orientantur & ubi desinant; nec posse etiam causam ostendi, ob quam per certam ætatem flaverit fere occidentalis e. g. ventus, per aliam vero orientalis: insecta non gigni ex putrefactione, eorum vero corpora esse veluti sacculos aut vesicas contractas, antequam nascantur, sed succis & aëre subeuntibus inflari subito sacculos, atque hinc fieri, ut muscæ tam brevi tempore crescant, ut vix credibile sit ex ovis tantæ tenuitatis eas produisse: venenum viperarum nihil aliud esse, quam succum qui in illorum gingivis læcet, & qui cum mordent, in vulnus, quod faciunt, influit sanguini

guinique miscetur: ex cerebri partium constitutione nihil posse circa usum earum in imaginando, recordando, sentiendoque satis certum colligi, sed hoc duntaxat paulo verisimilius conicere licere, glandulas cum cerebri tum cerebelli socernere succum, qui subeat nervosas fibras eo pertinentes; succum vero illum constare corpusculis, quæ sint velut instrumenta sensuum, eundemque, postquam cavitatem omnem nervorum implevit, exundare in partes contiguas easque tumefacere ita, ut vel levissimo pulsu concutiantur: ratiocinationem aliquam brutis tribuendam esse, neque ullam posse afferri rationem, qua constet, non esse varios naturarum sentientium ac intelligentium ordines, quorum alii alii sint perfectiores, seu pluribus gaudeant proprietatibus. *Libro tandem quinto* de corpore in genere doctissimus Auctor exponit, nec non de corporum qualitatibus. De corpore docet, ejus ideam esse substantiæ quæ est extensa, divisibilis, solida, figurata & mobilis: si autem a nobis queratur, an nihil aliud sit in natura corporea, nihil esse quod respondeamus, nisi nos quidem aliud nihil in ea nosse, sed propterea tamen nihil præter ea, quæ novimus, inesse corpori, non affirmari debere, quia fieri potest, ut adæquatam ideam naturæ corporeæ non habeamus: de spatio, esse illud ens extensum sine soliditate, quod neque corpus sit, neque spiritus, prout ex vocis intelligentur ab omnibus, & quod omnia corpora ambitu suo contineat: de soliditate, ejus rationem hæcenus a Physicis redditam nullam esse. Materiæ divisibilitatem in infinitum propugnat, quamvis non contemnendis urgeatur objectionibus; quippe cum non ostendant in demonstrationibus errorem, sed tantum in re demonstrata maximam obscuritatem, nec mirum sit, ubi de infinito agimus, difficultates occurrere, quæ solvi non possint, quia de re agatur, cujus ideam nullam dilucidam & veram habemus, ac de cujus naturam exponere non possumus. Motum statuit esse simplicissimam modificationem corporis, quæ non potest definitione clarior fieri, ut nec animi simplices modificationes definitionibus exponi possunt; causam vero motus ignotam nobis esse. Qualitates distinguit in primitivas & derivativas. Primitivas vocat, quæ forte sunt in substantia corporea & nobis ignotæ, ut est causa soliditatis; derivativas, quæ ex primitivis fluunt, sensusque nostros percellunt; easque ex varia dispositione insensibilium particularum, quantitate, varioque motu oriri

M m m

statuit.

statuit. In luce explicanda Hugeniana utitur hypothefi; quod ad colores vero attinet, præftare judicat, in generali hypothefi acquiefcere, qua conftat, radios pro varietate fuperficiæ corporis varie colligi aut fpargi colorumque fensationem excitare, quam animum ulteriori investigatione excruciare, cum nihil præterea certum inveniri queat. Sequitur etiam Hugenium in gravitatis natura declaranda, ita tamen ut ingenus fateatur, difficillimum effe intellectu, quomodo Terra magna rapiditate intra 24 horas circa axem fuum circumacta, fecum in eandem partem, h. e. ab occafu in ortum, materiam fluidam circumjacentem non rapiat, ita ut ea materia potius circa axem terræ, quam circa ejus centrum moveatur, contra quam fupponunt Hugenianæ hypothefeos patroni. Nam aut a Terra abripi debere illam materiam, aut materiam rapere fecum debere Terram; huncque nodum videri Gordium, quem nemo hætenus folvetit. Tandem reliquis etiam qualitatibus fenfibilibus ex mente Corpufcularium Philofophorum illuftratis, concludit: ex hoc libro fatis liquere, nondum potuiffe inveniri hypothefes, quibus pofitis proprietatum omnium rerum corporearum ratio redderetur, & totam hanc difciplinam fcaterè incertiffimis conjecturis, quamvis multa præclara inventa fint & quotidie inveniantur. Itaque ut nequaquam fpernenda eft, fic neque nimio in pretio habendam. Utile effe, ut fint viri ingeniofi, qui Democriti inftar, in experimentis & investigatione veri vitam terant, & aliis facem præferant; fed plerisque paucis effe philofophandum, aliisque gravioribus tempus potius tribuendum.

TRACTATUS DE SALIS CATHARTICI AMARI IN AQUIS

Ebeshamenfibus & hujusmodi aliis contenti Natura & Ufu.

Auctore NEHEMIA GREW, M. D. utriusque Regiæ

Societatis Socio.

Londini, apud S. Smith & B. Walford, 1695. in 12. Plag-5.

IN duas divifus partes reperitur Tractatulus, quarum prima falis cathartici amari natura; altera ufus exhibetur. Illa fex circ. m. fcripta capitibus, primo modos tradit, quibus ab anno 1620 non tantum innocuerint hæ aquæ, fed operationis quoque benignitate tantam indepta fuit celebritatem, ut uno die duo hominum millia ad bibendum vifendumve illas convenerint. *Postmodum vero a tri-*
ginta

ginta annis Londinum aquæ laborantibus advectæ, pluresque alii fontes in usum adhibiti memorantur, ut Barnetenses, Northaven-
ses, Actonenses, Cobhamenses, Dulcivenses, Stretthamenses &c. nec
dybium putatur, quin plures posthac inveniantur isthoc indicio,
quod aquæ dulces fere e montium jugis: amaræ ex imis plerumq;
radicibus scaturiant. Cap. II. aquarum catharticarum amarescen-
tium natura in genere traditur, quoad saporem, scilicet mediocriter, sed
tamen sensibilibiter amarum; quoad virtutes, quibus quædam præ aliis
magis pollent; quoad odores; quoad effectus, si cum sirupo violarum,
cum aqua calcis, cum lacte &c. commisceantur: vel si evaporentur, &
cremorem in superficie coloris cineritii lapideum, & quodammodo gy-
pseum; sedimentum vero in fundo partim muriatico, partim proprio
aquis sale relinquunt. Cap. III. salis aquarum purgantium proprii,
h. e. amari natura ita evolvitur, ut color ipsius instar nivis candidus,
sapor, figura, differentia ab aliis, ob oculos ponantur, subjunctis va-
riis experimentis, quibus ostenditur, saltem istum amarum ex prin-
cipiis saltem potentia acidis, & etiam alcalinis seu potentia aliquo
modo lixivialibus constare. Figuræ autem descriptio pag. 13. &
seqq. exhibetur. Cap. IV. pressius exponitur, quomodo sal cathar-
cticus amarus ab alumine & sale muriatico differat; ubi imprimis
ratione spiritus ex utroque per ignem educi, deinde ratione saporis,
qui in alumine non amarus, sed acerbus, ac denique ratione figuræ
comparatio instituitur, & quædam cum lacte experimenta adducun-
tur. Cap. V. e salis nitri genere catharticum non prodire, saporis
atque figuræ diversitate imprimis declaratur. Præterea ad candela
flamman facile saltem catharticum; difficulter vero aut vix nitrum
liquefieri: ac porro differre inter se utrumque illorum lac coagu-
landi proprietate asseritur, quod hæc quidem in cathartico, nullo
tamen modo in nitroso sale reperitur. Hinc solubilitate & gra-
vitate inter se discrepare utrumque, experimento evincitur. Quod
vero nomine calcarii salis sal amarus ille insigniri nequeat, a vario
effectu ostenditur, quem hic ab illo diversum præstet. E. g. dum
longe strictius uberiusque lac coagulet, quam aqua calcis, item
dum ab aqua affusa citissime in massam abeat duriusculam, post
paucula momenta lapidescentem; cum e contrario lapis calcari-
us ustus ab affusa aqua statim ac sponte in pulverem abeat, &c.

Cæterum falem catharticum amarum, si nullo alio modo a supra memoratis salibus omnibus, sua tamen virtute medicinali eminentissime distingui, pluribus affirmatur, ac fusius parte II hujus opusculi tradetur. Cap. VI. de natura salis cathartici amari observationes quædam adduntur; ubi imprimis memoratur, quod sapor ejus leniter & pene simpliciter amarus deprehendatur, atque huic saporis similitudine argenti crystalli præ reliquis cunctis salibus proxime accedant. Cum autem in lapide calaminari nonnullæ qualitates appareant cum argento communes, ceu experimento probatur, dubium relinquatur, utrum sal catharticus ex aliqua minera argentea perfecta vel imperfecta; vel lapidi calaminari cognata, an vero potius ex quadam alia generetur. Hinc porro proportio, natura atque unio principiorum falem catharticum constituentium consideratur, hac gemina imprimis annotatione: (1.) quod alia purgantia quæcunque mitiora Medici scopum non raro eludant; hic sal vero nunquam sua vi cathartica destituatur: (2.) quod ita purissimus hic sal censendus sit, quamvis ex diversis principis compositus, ut ne quidem millesimam partem cujuscunque rei extraneæ in se recipiat. Nam si stillatitia aqua hujus salis uncia una imprægnata evaporetur, ne granum salis heterogenei, aut sedimenti lapidei, aut cremoris particulam, sed denuo salis cathartici purissimi eandem unciam relinqui.

Altera hujus Opusculi pars septem capita complectitur, quorum primo cathartici salis amari usus generalior præcellens ac multiplex traditur. In morbis enim permultis gravioribus efficacissimum remedium præbere dicitur, cum scilicet nulla insalubri qualitate præditus sit, nec unquam aliquid mali, si apposite præscribatur, procreet, purgantium prope omnium lenissimum existat, humores non exagitet, atque nunquam ægritudines, deliquia aut tormina excitet. Objectioni autem, quod aquæ Ebeshamenses, ex quibus sal paratur, inter coquendum lapideum cremorem exhibeant, adeoque generationi calculi in humano corpore materiam suppeditare valeant, statim obviam itur duplici ratione: (1.) enim experientia Medicorum constare fertur, quod qui vel 30. annos affatim, & per multos dies continuos illas aquas potarunt, nunquam arthritide, vesicæ aut renum calculo laborarint. (2.) liberum omnino aeris appulsus requiri, si lapideus cremor in superficie nasci debeat. At

vero

vero hoc in corpore humano non posse contingere, cum illud acē non sine colatura ingrediatur. Cæterum salem catharcticum amarum præ aqua, ex qua paratur, laudem mereri, vel iade manifestum putatur, quod ipse ab omni lapidifica substantia & fece muratica liberatus sit, atque æqualem quovis tempore vim purgatoriam exerat: aqua autem a sicca humidave tempestate, tam æstate quam hyeme, nec non a hydropolarum fraude auctam vel imminutam vim obtineat. Caput II. modum præscribendi salem catharcticum amarum explicat. In more autem dicitur positum, in quovis vehiculo ægroti temperamento conveniente, aut gustui grato, salem solutum propinare, in aqua scilicet fontana, stillatitia, aliave purissima, decocto hordei, avenæ, aut lactis sero &c. Clarissimo Auctori in frequenti usu est aqua parum cocta & mæce condita, cujus libras duas, tres, vel quatuor, salis catharctici semiuncia vel uncia imprægnatas præscribere solet; vel etiam majori dosi, e. g.

Rx aquæ fontanæ libras quatuor ℥iv.

macis drachmam unam, ʒj.

Coquantur parum, & in colatura dissolv.

Salis catharct. amar. uncia una ʒj.

vel drachma decem, ʒx.

pro apozemate seu decocto catharctico mane, jejuno ventriculo, calide vel tepide, interdum frigide bibendo, bihorii spatio, cum levi exercitio. Sumendum vero hoc apozema jubetur ab Auctore vel per se; vel durante aliorum catharcticorum operatione. Subnectuntur porro quædam adhuc formulæ, in quibus vel fol. fenn. vel manna salis catharctico pro majori efficacia adjiciuntur; vel hic in aqua bulliente solutus cum lacte alterari suadetur; coagulo per colatorium auferendo. Quin & clysteribus acuendis commode salem catharcticum ad ʒiij vel ʒʒ. loco gemmei salis inservire posse perhibetur. Cap. III. exponit ejusdem salis usum specialem; imprimis in ventriculi morbis; ubi fusius explicatur, qua ratione & appetitum & digestionem promoveat. Hinc in compescendis vomitionibus, nec non in cardi-
algia, & calida affectione hypochondriaca, quomodo opem valeat ferre, adjectis quibusdam præscribendi formulis docetur. E. g. in dolore stomachi, colici affectus æmulo, *Rx*. Sennæ mundatæ ʒij. ma-
ois ʒj. Coqu. in aquæ fontanæ q. s. ad ℥iij. vel ℥iv. Colaturæ adde

M m m 3

salis

salis cathartici amari ʒvj. vel ʒj. ad ʒx. ſir. chalyb. ʒiſſ. M. F. apozema catharticum (vel m. ſine ſenna) mane & pro more bibendum. Sumatur vel per ſc. vel cum pilulis ſequentibus: R̄. pil. ſtomach. ʒ. gumm. gr. XXV. limatur. chalyb. ſubtiliſſ. gr. X. ſir. chalyb. q. ſ. M. F. pil. no. IV. hora ſomni ſumenda. Die proximo repetatur apozematis uſus, ut ſupra, & ſic per triduum vel diutius. Cap. IV. agitur de uſu ſalis cathartici in inteſtinorum partiumque adjacentium morbis, ut in colico & nephritico dolore, in vermibus, in urinae ardore & ſuppreſſione, in diabete, in ictero. In hiſ omnibus affectibus quomodo partim per apozemata, partim per clyſteres ſal catharticus valeat exhiberi, per formulas traditur. Ubi obiter notamus, quod in colico & nephritico dolore, nec non in ictero & urinae ſuppreſſione, raro venae ſectionem omittendam eſſe nobiliſſimus Auctor arbitretur. Cap. V. idem ſal amarus commendatur in capitis affectibus, mania, cephalalgia & vertigine. In mania praeter venae ſectionem & repetita vomitoria, unguenta cephalica, ſetaceum in nucha, veſicatoria tibiis appoſita, ſal amarus laudatur, ſi vel in apozemate, vel ſequenti modo propinetur: R̄. ſalis cathart. amari ʒj. diſſolve ʒj. in haſtu aquae Spadanae vel cujuſcunq; ferratae, & bibantur huiusmodi haſtus octo. In vertigine, nec non in cephalalgia & oculorum inflammationibus, praemilla venae ſectione, cucurbitulas cum ſcarificatione non tantum ſcapulis, ſed & ipſi raſo occipiti clariffimus Auctor feliciter ſolet admoveſcere. Cap. VI. quid ſal valeat catharticus in hystorica paſſione, arthritide vaga & pruriginoso affectu, declaratur. Ubi obiter obſervamus, quod in arthritide vaga venae ſectio alternis diebus ad quintam ſextamve vicem repetenda quidem ſuadeatur: cathartica tamen, eaque fortiora, potentius non raro una vice, quam phlebotomiae ter, quaterve iterata, morbum enervare poterunt. Capite VII. tandem affectus quidam recensentur, in quibus aquarum amararum uſum, earumque ſalis uſus non eſſe deprehendatur, ut in hydrope, in ſynocha & intermittente febre, in chloroſi, in haemoptoſi, cholera, paralyſi, urinae ſuppreſſione, ſi ſcilicet haec ex ulcere veſicae urinae calculoſe glandiorum proveniat.

THE REASONABLENESS OF CHRISTIANITY, AS DELIVERED in the Scriptures.

h. e.

RELIGIONIS CHRISTIANÆ, PROUT IN S. LITERIS TRADITUR, Rationalitas.

Londini apud Jo. Awnsham & Jo. Churchill, 1665. in 8. pl. 20.

NUnquam sibi satisfecisse Corpora ista Doctrinam Christianam continentia, quæ Systematum Theologicorum nomine vulgo appellari solent, Autor hujus libri, cui Pockii nomen esse dicunt, conqueritur. Uritaque penitus Christianam Religionem pernosceret, S. Literis animum sese adjecisse ait; haustam autem ex illis doctrinam præsentis Opere ob oculos poni, speciose prætendit. Hanc igitur ut secum vel amplectantur omnes, vel a veritatis via defectentem ad illam reducant, orat; quod quo fecerit animo, ejus qui corda rimatur erit judicare.

Cum vero universa de redemptione & salvatione nostra doctrina, suppositæ de lapsu Adami innitatur, ab eo rerum dicendarum capit exordium. Status itaque, quo excidit communis ille generis humani parens, ex ejus sententia non alius fuit, quam status perfectæ obedientiæ, qui justitia originalis vulgo appellatur. Poenam lapsum illum securam, mortem temporalem esse sibi persuadet; post eum enim marcescere quasi vitam Adami corpisse existimat, nec ab simile esse tempus, quod inter lapsum & mortem Adami intercessit, illi ait, quod capitis damnato a lata sententia usque ad ejus executionem conceditur. Quod vero tota ejus posteritas similis miseriæ particeps reddita fuerit, id hac ratione cum justitia & bonitate divina conciliat, ut non poenam in illis mortalitatem & alia hujus generis esse dicat, sed exclusionem ab eo, quod nullo juris titulo sibi vindicare poterant; siquidem immortalitas illis non magis debeatur, quam ulli alteri creaturæ. Poenam vero neminem, nisi ob propria delicta, non vero ob Protoplastorum crimen, sentire. Cum autem talis mors sit per Adamum in posteros derivata ex ejus mente, vitam etiam per Christum restaurari non aliam putat, quam illam, quæ post resurrectionem nobis reddetur, quamque, nisi Adami peccatum

inter-

P. 3.

P. 4. 6.

P. 7.

p. 9.

- p. 11. intercessisset, sine interruptione eramus continuaturi. Adeoque Christi redemptione cautum esse sibi persuadet, ne aliquis, qui justitia perfecta que obedientia Deo sese in hac vita probaverit, adeoque jus ad immortalitatem fuerit consecutus, ideo ea carere cogatur, quod ex mortali Adami progenie sit oriundus. Omnes itaque a Deo resuscitatum iri ait, ut justis vita promerita fruantur, injusti vero æternæ morti justo judicio reddantur. Cum vero omnes in legem a Deo latam peccaverint, ob cujus quidem difficultatem Deus accusandus non sit, cum aliam naturæ humanæ puritatisve divinæ ratio non admiserit (quam obrem etiam priorem istam legem eandem cum naturali esse mox ostendit;) novam justificandi homines inventam fuisse rationem, si nimirum legi fidei recens institutæ conformiter viverent, docet. Lex illa fidei ex ejus mente breviter hæc est, ut credat unusquisque quod credere eum Deus jubet, utpote qui conditionem hanc esse vult fœderis secum initi, nec quicquam de promissionum ejus impletionem dubitet. Jam igitur, quid Deus a nobis credi velit, sibi sumit inquirendum; nimirum quod Jesus sit Christus, h. e. *Messias* sive *Filius Dei*; quam appellationem nihil aliud quam alteram *Messia* significasse inter Judæos, locis Scripturæ oppido multo inter se collatis evincere conatur. Hanc itaque primariam doctrinam, imo summam omnis Apostolorum prædicationis fuisse, ubi inductione innumerorum fere Novi Testamenti testimoniorum confirmasset, inde concludit, unicam illam solamque propositionem esse, quæ ut creditu necessaria ad justificationem nostram in S. Literis nobis proposita fuerit. Eam tamen ab Apostolis demum clare pronunciatam fuisse ait, ipso Christo, dum in vivis adhuc esset, eam sapientissima œconomia non nihil occultante, ne pro Rege atque Messia sese gerendo, furores Judæorum Romanorumve contra se excitaret, antequam Propheticum, ad quod missus erat, munus absolere illi daretur, vel etiam plebem Judaicam, Messiam illo tempore magna expectatione præstolantem, ad seditionem erigeret. Contentum itaque ipsum, dum inter homines versabatur, fuisse ait, si miraculis officii & dignitatis suæ ederet testimonia, quibus gloriam suam manifestans, fidem in se, utpote verum Messiam, promoveret: eo enim omnia Christi gesta terendisse, percensitis omnibus ejus ad populum sermonibus atque miraculis ostendit. Imo ne ipsæ quidem discipulis ob causas
- p. 13.
- p. 14.
- p. 17.
- p. 15.
- p. 25.
- p. 26.
- p. 35.
- p. 47.
- p. 61.
- p. 72.
- p. 76.
- p. 102.

causas supra allegatas expressis verbis unquam dixisse Salvatorem, Messiam sese esse, ex Marci VIII, 27 inter alia colligit, idque eo minus, quod proditorem Judam nosset inter illos versari, qui apud Judæos, si tale quid Jesus dixisset, id erat editurus. Indeque explicat responsonem illam, quæ abrupta vulgo videtur, a Salvatore Petri confessioni Joh. VI, 70 subjunctam. Hac enim fere eam paraphrasi illustrat: Veritatem certe de me & ore confessi fuistis & corde tenetis; sum enim omnino Messias Rex vester: verum mirari non debetis, quod nunquam aperte id significaverim vobis; in vestro enim collegio est aliquis (*διαβολος*) calumniator & proditor, qui, si tale quid aperte de me fuisset professus, Judæis id sine mora erat indicaturus. Quod tamen Samaritidi expressis vocibus Messiam se esse exponat, id propterea factum Auctor arbitratur, quod apud Samaritanos verendum non erat, ne similes ac apud Judæos hujusmodi confessio sequelas haberet. Clarius tamen inter Judæos quoque Messiam se esse Salvatorem indicasse, cum jam immineret tempus passioni ejus destinatum, observat, primumque esse locum Marci IX, 41. arbitratur, in quo verbis perspicuis Messia nomen dignitatemve sibi tribuat; postquam scilicet finito officii sui cursu vitam deponere constituisset, adeoque supra allatae causæ professioni luculentæ amplius non obstarent. Per gradus itaque doctrinam Evangelii manifestatam fuisse observat, dum Joannes initio appropinquare regnum Dei (h. e. Messiam non longe abesse) exclamat; postea vero Christus illud adesse docet, datis subinde indicia subobscuris, se Regem illius regni esse; cui postremo Apostoli succedunt, sine ullis involucris Jesum esse Messiam prodentes. Quam apti autem fuerint Apostolatui illi, quos Christus ad id munus elegerat homines, in sequentibus ostendit, ejusque summam in iis vocandis sapientiam deprædicat. Inter alia autem, quæ de his annotavit, lubet hic repetere causam, ob quam Spiritum S. post Christi domum ascensionem eos accepisse arbitratur. Scilicet non ante, quam Jesus coelis esset redditus, clare prædicandam fuisse de ipso Messia doctrinam putat, ne scilicet, quod jam indicavimus, ipso vivente seditiones & alia scandala, quæ præjudicio esse doctrinæ Evangelii potuissent, excitaret. Non opus itaque fuisse doctore ductore Spiritu, qui veritates istas clare animis eorum fisteret, & ad prædicandas illas impelleret, priusquam tempus appetisset, quo libere

p. 41.

p. 109.

p. 154.

p. 176.

N n n

&

- p. 181. & sine scandalorum istorum metu eas evulgare, Christo ad dextram Patris jam exaltato, illis liceret. Ultima autem verba Christi, quibus ad instruendos eos, antequam crucis mortem subiret, imo & post resurrectionem suam usus est, alium scopum habuisse nullum ostendit, quam ut veritatem illius propositionis, Jesus est Messias, firmiter animis eorum infigeret. Hincque, quod jam antea ostendit, & nunc porro confirmare nititur, nullum alium fidei articulum Apostolos quoque inculcasse quam illum, examinatis omnibus eorum ad populos Regesve sermonibus, docet. Unde quid aliud emergit, quam nullum alium fidei articulum ad salutem obtinendam creditu necessarium, præter illum haberi? Cum autem objici sibi posse videat Auctor: credere quod Jesus Nazarenus sit Messias, fidem mere historicam, non justificantem & salvificam esse; plane rejicit istam distinctionem, eamque Systematum conscribitoribus relinquendam esse dicit, quos, si pro historica solum habere velint istam fidem, quam unice Christum & Apostolos requirere sibi falso persuadet, sensu suo abundare jubet. Sed cum Diabolo talem etiam fidem habere urgeamus ex Jac. II. 19, omni tamen salvationis spe destitutos; eos propterea per illam fidem salvari non posse responderet, quod tanquam salutis medium fides ista proposita eis non fuerit; aliter vero rem sese habere cum hominibus. Deinde autem propterea quoque malis Angelis fidem illam prodesse haud posse addit, quod alteram fœderis gratiæ conditionem non impleant, quæ sit poenitentia. Hanc enim non minus ac fidem, qualem ipse descripsit, a salvandis Christum & Apostolos exegisse, nova testimoniorum Scripturæ congerie probandum suscepit. Poenitentiam vero istam describit, quod sit mœror ob delicta tempore præterito commissa, cum seria emendatione conjuncta. Duarum autem harum conditionum, quibus implendis unice salvandum adstringi opinatur, æquitatem ut rectius cognoscamus, retrospicere nos jubet, & considerare, quod Adam qui erat filius Dei (Luc. III, 38.) hac quoque parte imaginem parentis sui gesserit, qua fuit immortalis, mandatum vero ejus transgressus immortalitatem amisit, liberosque suscepit suam imaginem ferentes, h. e. mortales. Deum vero, quæ est ejus misericordia, vita immortalis mortales homines heare volentem, Jesum Christum misisse ait, qui in Virginis utero immediata ipsius potentia formatus, Filius Dei proprie vocari meruerit,

erit, qui ut Filius, Patris instar immortalitate gaudebat. Hanc vero immortalitatem partem esse imaginis divinæ, redemptis per Christum restitutæ, tum ex locis quibusdam historiz Adami sibi probabile-videri ait, tum etiam ex quibusdam loquendi formulis, de Jesu Filio Dei adhibitis, v. g. Coloss. I, 15, ubi Christus imago Dei invisibilis ideo dicatur, quod (v. 18.) sit primogenitus ex mortuis; ut hujus generis alia loca quamplurima ab eo cumulata taceamus. Hancque causam esse putat, cur Christus fratres appellet eos, qui per eum immortalitatem consecuti fuerint, imo quod Deus tam frequenter in novo, tamque raro in V. T. *Pater* appelletur. Addit præterea quædam de immortalitate Christi, quodque sponte, non naturæ vel alia necessitate cogente, vitam deposuerit. Indeque ad conclusionem suam redit, quod per fidem in eum, tanquam Messiam & Regem, homines Deus justificet. Præter istam vero fidem requirere etiam Deum ostendit, ut per baptismum in regnum illius recipiamur, & ut decet fideles subditos, legibus ejus obedientia, si non perfecta, sincera tamen pareamus. Jam itaque, quæ leges regni Christi sint, ostendere aggreditur. Et quemadmodum ad nullum alium fidei articulum, quam illum, quod Jesus Messias sit, Christianos adstringi, congestis innumeris Scripturæ locis ostendit: ita etiam omnia loca Novi Fœderis, quæ faciendum quidquam nobis imponunt, coacervat, ut alias leges nullas nobis incumbere evincat. Conditionem autem esse salutis obedientiam, legibus illis Evangelicis de pœnitentia, abnegatione sui &c. debitam, non minus ac illam quam descripsit fidem, in sequentibus probare nititur, utpote quam etiam fidei in prædicationibus suis Apostoli semper junxerint, & cujus neglectum in extremo judicio severe sese puniturum ipse Salvator prædixerit. In illo judicio, quod non propria, sed delegata sibi a Patre potestate Filium exercere dicit, contra neminem propter incredulitatem, sed propter iniquitatem & inobedientiam ferri sententiam observat. Non quasi sine fide aliquis salvari possit, cui Evangelium fuit annunciatum; sed quod illi, quibus hoc beneficium haud obligat, non ob fidei defectum, sed ob legis transgressionem, quæ fide non compensetur, sint condemnandi. Ad quæstionem autem, qua ratione, stante ista hypothesi, V. T. homines salvati fuerint, respondet, ab illis non fidem in Jesum Messiam, sed in Dei promissiones, de eo præcipue factas, exactam fuisse. Homines autem, quibus nulla

p. 201.

P. 202.

p. 208.

P. 210.

P. 213.

P. 217.

P. 233.

P. 234.

P. 238.

P. 239.

P. 242.

P. 243.

P. 252.

- p. 254. nunquam revelatio vel promissio facta fuit, æternæ vitæ aptos reddi existimat, dum in bonitate atque misericordia divina, naturali notitia sibi cognita, fiduciam suam collocant. Mover autem etiam quæstionem, quænam fuerit Salvatoris mittendi necessitas, & quis missionis ejus usus? Ad quam generatim primo respondet, sapientiam divinam ad examen non esse revocandam ab intellectu humano, mundi intellectualis cognitione parum instructo. Deinde vero specialius ostendit verum de Deo sensum, destructis idololatricis opinionibus: distinctam officiorum hominis notitiam, a gentilibus Philosophis imperfecte traditam, utpote quam humana sapientia perfecte edocere non poterat: cultuum Dei externorum reformationem: incitamenta ad vitam virtuti consentaneam per clarissimas de vita futura promissiones, & pœnarum æternarum comminationes: promissionem denique auxilii divini sincere obedientibus factam, unice Salvatori in mundum misso deberi. Id adhuc sibi restare dicendum videt Auctor, cui bono tot Epistolæ ab Apostolis scriptæ fuerint, si doctrinæ in iis contentæ homini Christiano necessariæ non sunt, utpote cui sufficit ex mente ejus, uti audivimus, credere quod Jesus Messias sit, & pauca quædam quæ ad eum pertinent, quod resurrexerit nimirum, quodque ad judicium sit rediturus? Existimat itaque principalem istarum Epistolarum scopum semper potissimum esse attendendum; quæ enim in ejus tractatione insperguntur veritates, ad fidem necessarias omnes esse neutiquam admittit. Imo scriptas eas esse ait ad Ecclesias & homines, qui Christo nomen jam dederant, adeoque in fide probe jamjam instructos; quamobrem eo fine ad illos data esse non potuerint, ut in fundamentis fidei eos demum instruerent. Exaratas itaque eas esse judicat ob peculiare quosdam casus, & absque illis si fuisset, nunquam scribendas fuisse dicit. Ad salutem proinde necessarias eas esse non censet, quamvis scientiam, & praxim nostram reformatio errorum in illis obvia, dubiorumque variorum resolutio multum juvare queant. Neque ex Epistolis discendum religionis nostræ fundamentum ait, utpote in quibus sparsim & occasione data solum tradatur, sed ex Evangeliiis, in quibus ipsius Christi verba atque sermones nobis repræsententur, nec non ex Apostolorum orationibus, convertendis ad Christum populis, docendisque Christianismi fundamentis unice destinatis. Illa vero quæ
in
- p. 256.
p. 264.
p. 242.
p. 244.
p. 289.
p. 290.
p. 295.
p. 329.

in epistolis habentur ad fundamentum fidei non spectantia, tuto quidem ignorari posse, non tamen negari, ubi tanquam a Deo profecta agnoscuntur, statuit.

Hæc fere est, quam de religione Christiana Anonymus noster fovet, sententia, quam quantum potuit fieri, accurate proponere placuit, ut corectius Lectores intelligant ea, quæ in posterum erunt dicenda. Factum enim est, ut exiguo; postquam scriptum istud prædiisset, tempore, Cl. Vir Joannes Eduardi, qui præclare hæctenus in Anglia contra Socinianam hæresin variis scriptis militavit, librum aliquem ederet, cui titulum fecit *Meditationum quarundam de causis & occasione Atheismi, bodierni præsertim seculi*. In eo passim Anonymi nostri sententias, ut periculosas & a Socinianismo ac Atheismo non alienas perstrinxit. Equidem ad manus nostras liber ille non pervenit; quæ tamen ad præsens negotium spectantia, qualiæve in eo reperiantur, facile erit ex aliis duobus scriptis cognoscere, quorum en tibi B. L. titulos brevemque summam:

A VINDICATION OF THE REASONABLENESS OF
Christianity &c.

h. e.

VINDICIÆ LIBRI DE CHRISTIANÆ RELIGIONIS RATIONALITATE, contra imputationes JOANNIS EDUARDI.

Londini, 1695. 8. plag. 5.

SOCINIANISM UNMASK'D

h. e.

SOCINIANISMUS DELARVATUS, SIVE DISSERTATIO IN qua vanitas opinionis nuperi Scriptoris RATIONALITATIS RELIGIONIS CHRISTIANÆ, de unico fidei articulo ostenditur. Accedit brevis ad alterum cujusdam Sociniani objectiones responsio. Autore JOANNE EDUARDO, Collegii Joannei apud Cantabrigienses olim Socii.

Londini apud Joh. Robinson & Jo. Wyat, 1696. 8. pl. 10.

Socinianismi se accusari ob librum suum de Religionis Christianæ rationalitate ab Eduardo, in Vindiciis Anonymus noster ait: cum vero Socinianismum pro via ad Atheismum idem Eduardus habeat, lo-

cum sibi quoque in libro isto de causis Atheismi ab eo concessum fuisse queritur. Causas vero, quæ Socinianismi suspectum eum Eduardo reddiderint, sequentes allegat, quamque infirmi istæ sint hujus suspicionis tibicines, ostendere satagit. Primo ipsi objecerat, quod satisfactionis Christi nullam fecerit mentionem, neque vitæ & salvationis per mortem ejus nobis partæ. At hac de re noster Anonymus pro instituti ratione se egisse ait, & aliquot loca producit, in quibus vitam a Christo hominibus redditam dicat. Quod autem satisfactionis Christi subobscurè solum mentionem fecerit, non vero de ea egerit ex instituto, ideo factum ait, quod iis librum suum scripserit, qui vel dabitent, vel satis informati non sint de Christiana religione, quos ne offenderet subtili minutiarum hujusmodi tractatione, prudenter cavere voluerit. Alterum crimen sibi ab Eduardo objectum esse ait, quod omiserit insigne istud de Trinitate testimonium *Math. XXIIIX, 19. & de æternitate λόγος Jo. I. 1.* Sed respondet, alia quoque Scripturæ testimonia se omisisse; illa enim solum se adducere voluisse, quæ in sermonibus Christi & Apostolorum occurrant, utpote quos solos suppeditare illa sibi persuadeat, quæ creditu ad salutem sint necessaria. Dixerat porro Eduardus, epistolica Apostolorum scripta ideo eum præterisisse, quod in illis alias videret occurrere veritates fundamentales, cum tamen ipse unicam solum velit admitti. At non istam sibi hujus rei causam fuisse, denuo exposita illa, quam supra ex eo reddidimus, ostendit. Cæterum cum profane de isto sacrorum scriptarum genere sentire porro accusetur, allegatis ex libro suo verbis, quanta ea prosequatur reverentia cupit evincere, prætereaque ideo etiam negat præterita a se illa fuisse, quod præclara adeo de S. Trinitate in illis occurrant testimonia, ut Eduardus quidem fuerat suspicatus. Id quoque vitio illi verterat Adversarius, quod Adamum & Christum eodem sensu Dei faciat filios, more scilicet Socinianorum. Nec audet hoc Anonymus noster negare, eo se excusasse contentus, quod a Socinianis id non acceperit, quodue idem etiam senserint nuperus Cantuariensis Archi-Episcopus Jo. Tillotsonus, & quem inferius addit, Rev. Eliensium Episcopus Patricius. Cum denique Eduardus prolixus sit in perstringenda ejus opinione de unico fidei articulo, quem posthabitis reliquis omnibus pro creditu ad salutem necessario commendat, negare velle videtur, se unicum solum fidei arti-

articulum admittere, idque vel inde patere ait, quod credere unum Deum ad salutem requiri etiam dixerit. Tandem tamen circa unicum illum fidei articulum Rev. Episcopum Eliensem, D. Patricium idem secum statuere, jactare non erubescit.

p. 44.
p. 38:

Verum tempus jam est, ut ad librum Eduardi accedamus, quæ ex instituto explodere suscepit falsas Autoris hujus, in libro de Christianæ Religionis rationalitate, ejusque Vindiciis prolatis opiniones. Neve frustra aliquis laborem istum ab eo susceptum fuisse existimet, passim non in Anglia tantum jactari istum Anonymi libellum sciat, sed apud Belgas etiam nuperrime Gallico habitu indutum prodidisse. Age igitur, quod ei Vir clarissimus antidotum scripserit, videamus. Tria itaque potissimum ait esse crimina, quorum reum peragere illum, sibi propositum esse dicit. Primum est, quod temere omnes fidei articulos in unum coagmentare fuerit ausus, eo fine ut pestifera Socini hæresi auxilium ferret. Hic ante omnia, prolatis ex libro ejus locis quamplurimis, genuinam hanc esse mentem ejus ostendit, quantumcumque id in Vindiciis audeat negare, in quibus tamen nullum alium præterea fidei articulum, quem tanquam necessarium admittat, memoret, nisi illum de uno Deo, qui, ad Naturalem Religionem quippe pertinens, neutiquam ad præsens negotium spectare videatur. Hinc jam ostendere incipit, quam necessarii sint salvando alii quoque fidei articuli, de lapsu scilicet humani generis, de persona duabusque Christi naturis, de Trinitate, de restaurationis nostræ ratione & circumstantiis, de officiis hominis Christiani, de gratia Dei & vanitate meriti operum, de resurrectione denique, judicio, & vita æterna. Horum omnium fidem non quidem (liceat cum schola loqui) actuale, habituale tamen requiri docet. Cumque contrariæ sententiæ de unico fidei articulo fundamentum præcipuum esse imbecillitatem maximæ hominum partis, qui capere tot tantaque non possint, ipsius adversarii verbis (quamvis in Vindiciis id non agnoscere velit) ostendisset, propositionem istam, *Jesus est Messias*, totidem plane difficultatibus laborare docet, quot areliqui omnes fidei Articuli: esseque insuper commune istud fundamentum Adversario suo cum Socinianis evincit. In illa autem sententia omnino persistit, ex contemptu

p. 4.

p. 5.

p. 7.

p. 8.

p. 25.

p. 37.

Vin-

Vindiciis. Illam enim veram non esse hujus rei causam, quod ex illis, utpote ad fideles datis, principia Religionis non sint derivanda, hoc argumento adductus sibi persuadet: quod Lucae quoque Evangelium & Apostolorum Acta ad Theophilum hominem fidelem scripta sint, ex quibus tamen ea deducere non dubitaverit. Deinde vero non firmiter illum concludere ait: ad fideles scriptæ sunt illæ Epistolæ, ergo fundamenta fidei ex illis non sunt derivanda. Fidelibus enim etiam fundamentalia exponi per epistolas potuisse, patet ex 1. Joh. II. 21; quid quod secesserint nonnulli a veritate, quam semel fuerant edocti, ut Galatæ, eam proinde denuo edocendi? Quod vero dicit Adversarius, promiscue saltem & aliis veritatibus interpersa in his epistolis fidei fundamenta haberi, id meram elusionem esse, Eduardus noster existimat; Nam in Evangelii quoque sparsim occurrere istas veritates observat, non in unum cumulum omnes congestas. Porro quod affert in Vindiciis, ut excuset se ob doctrinas in Epistolis illis contentas, a se vero in libro suo non propositas, præsertim vero doctrinam de satisfactione; illud quoque fraudulentum effugium esse, Eduardus ostendit. Non enim tantum observat, ne verbo quidem in ipso libro suo monuisse Anonymum, sibi cum infidelibus potissimum rem esse, sed ipsam etiam libri inscriptionem aliud quiddam nobis polliceri ait, quæ ex Scripturis disputaturum eum promittat, quas contra infideles in auxilium vocare haud soleamus. Ut vero redeamus ad unum istum fidei articulum, religionem ei superstructam a Mahomedana non multum esse diversam Eduardus ostendit, cui alias quoque Antitrinitariorum affinis sit fides. Imo ipsos Diabolos majorem fidei gradum, quam Adversarius describat, consequi posse affirmat. Veram itaque & Christianam fidem ubi descripsisset, periculosissimam de uno fidei articulo sententiam esse evincit, a Socinianis primum venenato fotu exclusam, Crellio præcipue, cui totum Systema suum debere Adversarium, persuasum habet. Jam non repetimus quæ, ut ad Atheismum tendat ista doctrina ostensus, in medium affert Eduardus. Ea potius breviter commemorabimus, quæ ad objectionem, an frequens, imo sola in nonnullis N. T. locis mentio propositionis istius: *Jesus est Messias*, evidenter non arguat, alium fidei articulum ad salutem necessarium præter illam non esse? respondet. Negat id etiam atque etiam Eduardus: primo enim

enim ideo solum tam frequentem hujus propositionis fieri mentionem dicit, quod primum illa ad Christianismum gradum sternat. Deinde vero non statim sequi ait, nullas alias doctrinas propositas fuisse, ubi illa sola tanquam præcipua memoratur. Indeque supplenda hujusmodi loca putat ex aliis, in quibus cæteri fidei articuli distincte proponuntur. Denique veritates evangelicas non una omnes, sed gradatim manifestatas fuisse credit, indeque non omnes ab Evangelistis esse expectandas, sed aliquas earum ex Apostolicis epistolis colligendas esse existimat.

Et hæc quidem est summa eorum, quæ dum primi criminis Adversario suo dicam scribit clariss. Eduardus, in medium attulit. Jam ad alterum, quod ipsi impegit, crimen accedamus. Est illud, quod loca S. Scripturæ, quæ de SS. Trinitatis mysterio testimonium perhibent, vel omiserit plane, vel Sociniani interpretamentis commaculaverit. Prius quidem non alio fine factum esse, quam quod isti hæresi gratificari constituissent, denuo inde confirmat, quod in Vindiciis, ubi huic imputationi responderet, ne minimum quidem fidei suæ de hoc articulo edat indicium. Alterum vero per seipsum, quibus partibus adheret, satis loqui ait. Præcipue autem urget, quæ de filiatione Christi ille statuerat, e Slichtingii quippe Tractatu contra Meisnerum de Trinit. & Socino contra Wiekum c. 5. desumpta, contra quos prolixè satis ostendit Eduardus, quam infirma sit illa argumentandi ratio, qua *Christum & filium Dei* idem significare evinci, sibi perperam persuaserunt. Quamvis autem facile largiatur, Christum ob miraculosam suam conceptionem quandoque, quandoque ob missionis suæ dignitatem, nonnunquam etiam ob gloriosam resurrectionem, filium Dei vocari; solide tamen ob æternam illam filiationem ei titulum istum competere defendit. Reverendissimum vero Cantuariensem Archiepiscopum idem hac ex parte cum Adversario suo sensisse, uti temere ille jactaverit, ex ejus verbis non esse satis evidens declarat; quemadmodum & doctissimum Eliensium Præsulem ab eadem suspitione vindicat.

Ultimum denique crimen, quod in Adversario suo Eduardus invenit, est, quod de satisfactione Salvatoris ne verbum quidem habeat; quod denuo suspitionem de ejus Socinianismo confirmet, idque eo magis, quod ex professo beneficia adventus Messie exponens, eam plane intactam reliquerit. Cum autem supra memoraverimus, cum produ-

p. 81.

p. 83.

p. 89.

p. 94.

ducere verba quædam, quibus satisfactionem subinquisse se dicat, generalia nimium illa hic videri Eduardo observamus. Reliqua, quæ de ejus ingenio & artibus veteratoriis notat, præterimus, nec prolixè repetimus justas animadversiones, quibus ob systemata, symbola, ipsamque orthodoxiam passim derisam eum perfricavit. Accusationem vero ejus, qua persuadere aliis voluit, neminem esse, quem Athetum Eduardus facere non cupiat, studiose a se depellit, zelumque suum passim ab eo improbatum defendit; quæ cum aliis hisce similibus sine Lectorum injuria intacta relinquere nos posse existimamus.

Responsio ad alterius Sociniani objectiones, huic libro annexa, Eduardo nata inde est, quod Socinianus quidam Scriptor, ægre ferens suam sectam inter Atheorum turmas in libro Eduardi de Atheismi origine censeret, depellendam istam, ut putavit, injuriam crederet. Ejus itaque exceptionibus paucis paginis respondendum duxit, in quibus cum pauca magni momenti occurrant, & nos quoque diu satis in hisce motati fuisse nobis videamur, pace Lectorum nostrorum filium istud hic abrumpere nos posse, plane persuasum habemus.

D. VIII RIEDLINI, PHYSICI AUGUSTANI ET ACADEMICI Curiosi Linea Medica, singulos per Menses quotidie ducta.

Augustæ Vindelicorum, impensis Laur. Kronigeti & Hæredum Th. Gobelii, 1695. in 8. Alph. 1. plag. 16.

TUm noto illo adagio Apelli adscripto; *nulla dies sine linea*, tum Naturæ Curiosorum lemmate, nunquam otiosos suos esse jubente, incitatus Auctor experientissimus, Lineam hanc Medicam anno 1694. ducere cœpit, & singulis diebus aliquid, quod vel ipsa praxis, vel lectio auctoris, vel sermones cum amicis habiti suggererant, in chartam conjecit, cumque per integrum illum annum hic labor Dei gratia feliciter successisset, tandem tum per typos eundem communicare, tum continuare, secum decrevit, & semper sub anni sequentis, quo nempe primus typis expressus fuit, titulo, uti & ex præfatione constat. In hisce Lineis licet nonnulla inveniantur, quæ communia & quotidie occurrentia jure merito nominantur, ea ipsa tamen sunt, circa quæ tyrones practici plerumque valde hærent, & si vel plures

res evolvant auctores, sæpe incertiores ac ante fuerant, recedunt; ubi hæc Lineæ iisdem maxime ex usu esse poterunt, sæpius quippe iteratæ experientiæ innixæ, & fideliter communicatæ: non desunt tamen & curiosa quædam, & jucunda, & quæ doctioribus ansam meditando sufficientem suggerere possunt; sunt quædam, quæ sententias adhuc dubias magis confirmant, & alias, ut magis confirmentur, opus habere demonstrant, & quæ sunt plura, quæ sedulus Lector facile notabit. Et ut ex singulis mensibus unicum hic producat exemplum, in primi Lineæ XXIIV narratur, quod nonnulli, qui petechiis, maculis illis tantum plerisque metum injicientibus, laborarint, aeri frigido impune se commiserint, interque hos Centurio quidam & iter ingressus fuerit, non imitando tam, quam mirando exemplo, docente tamen simul, quod nihilominus de ægrotis & hoc modo se gerentibus, non semper statim desperandum sit. Februarii XVII Linea indicat, quod quædam enormi mensium fluxu correpta per errorem pulverem sympatheticum ore sumserit, hincque vomitu succedente curata fuerit, errore huic quidem feliciter cedente, quantum tamen fieri potest in aliis evitanda. Martii XXIII historia, quod quidam Confectionem Hamech loco confortantis præscripserit, quantum opus sit, ut compositorum ingredientia noscat medicus, probatur. Quam merito Chamamelum inter febrifuga referatur, in Linea V mensis Aprilis legitur. Cum China Chinæ hac ipsa de causa tantum non in omnium sit ore, quemodo hæstenus illam adhibuerit Auctor, & quidem Dei gratia feliciter, Lineæ VIII mensis Maji docet; cum Linea hanc antecedens, quod & in aliis morbis periodicis non sine fructu in usum trahatur, probasset. Nimum cum nonnulli de alvo aperienda solliciti sint in morbillis etiam, quibus tamen jam præsentibus quæcunque purgantia haud ita conveniunt, quod per sex vel septem dies nonnullis alvi obstructio nullum facerent negotium, ex Linea XII mensis Junii legi potest: tuto itaque & alii in posterum alvum obstructam in ejuscemodi morbis eo minus curabunt. Cum inter quosdam intercedant de superfætatione lites, quomodo equorum quidam magister eandem exacte notaverit in equa, quæ binos diversos uno partu edidit foetus, cum bis antea marem admisisset, mensis hunc sequentis Linea XXV describit. Quam difficile sit certi quid de morbis prædicere, communis eruditorum etiam medicorum est quærela, quam qua morbos puerorum magis con-

firmat Linea XVIII mensis Augusti. Quod virgo quædam genus mutaverit, cum clitoris instantibus primo mensibus admodum turgens notaretur, nonnullos credidisse, ex mensis Septembris Linea XV constat. Quæstio medico-legalis, an tortura in senibus institui possit, in mensis Octobris Linea XXIV. aliquo modo decisa invenitur, exemplo vêtulæ cujusdam, in qua concessa fuit. Novembet, præter alia, de consultationibus medicis notatu digna nonnulla Linea III. adducit; & ultimi hujus anni mensis Linea XXVII, quomodo serum singularis mensibus per scrorum in sat magna quantitate evacuatum quendam ab hydrope præservaverit, narrat. Describuntur insuper in his ipsis Lineis nonnulla tum simplicia tum composita medicamenta, viribus illorum, quas experientia aut suggessit, aut confirmavit, adjectis. Continuabitur vero, Deo juvante, hic labor, & sicuti secundus annus jam totus fere typis excipit, ita & tertius brevi, & hunc forsitan plures sequentur.

Zugleichde Vorstellung derer ältesten und berühmtesten Baumeister etc.

Hoc est:

PARALLELISMUS ARCHITECTORUM CELEBRIORUM &c.

Auctore JOANNE CHRISTIANO SEYLERO.

Lipsiæ, sumibus Auctoris, 1696, in fol. Plag. 19, cum figuris
æneis 9 regalis formæ.

Quanto semper in pretio fuit studium, Græcis & Romanis antiquitus in extruendis exornandisque ædificiis, præcipue publicis positum, eorumque æmulatione quadam ad alias Europæ gentes politiores derivatum, ac ab his ad nostra usque tempora strenue exercitum: tanta etiam difficultate laborare creditum est plerisque, quibus rationes operum antiquorum, quæ studii hujus artificibus legum instar esse sueverunt, tam inter se dissimilæ deprehensæ sunt, tamque laxis & inconstantibus proportionum vinculis nexæ, ut ipso etiam architectandi consuetissimorum judicio solida ratione destitui, solaque architectorum idionome suffulciri, saltem ab hoc probro non satis vindicari posse censerentur. Quæ hujus argumenti sunt, concinno discursu in *Opere suo Ordinationis quinque columnarum &c.* erudite complexus est *Claudius Perraultius*, cujus momenta, cum ante duodecennium, *Astorum anni 1684 mense Martio, p. 128*, librum hunc recenseremus, studioso Lectori pluribus exposuimus.

Præ-

Præter hunc legum architectonicarum, a diversis magistris sic aliterve sancitarum dissenſum, pulcherrimæ utiliffimæque hujus artis studioſis non parum negotii ſubinde façessit probatorum Architectonicæ ſcriptorum penuria, atque ob raritatem eorum, ſumtusque magnitudinem, comparandi eos difficultas; tum labor in conferendis artificum præceptis adeo difformibus, nec uno pede modulove (in quo zamen cardo totius architectonici negotii vertitur) incedentibus: ut adeo merita commendatione defraudandi non ſint, qui collatis inter ſe celebriorum artis hujus autorum ſenſis, eosdem uno opere operaque complexi, utriusque huic difficultati medelam adhibere contenderunt.

Laudandus inter hos eſt gentilis noſter *Andreas Becklerus*, qui primus, quantum quidem conſtat, operam ſuam huic rei collocavit, & hoc fine ante quinquaginta circiter annos, duo paria famoſiffimorum architectorum, *Palladium* ac *Barozzium*, *Serlium* item & *Scamozzium*, in *Compendio Architectura civilis*, inter ſe commiſit: quem non ſequiori cura, judicio verò limatiori, ante viginti, & quod excurrit, annos edito *Curſu Architectonico* (vide *Acta anni 1685 menſ. Sept. p. 428.*) inſecutus *Franciſcus Blondellus*, cum *Vitruvio* optimisque ejus interpretibus; cum *Barozzio* rurfus, *Palladio* & *Scamozzio*, exacto ſtudio penſitatis eorum ſententiis, paria exſecutus eſt. Paulo poſt hunc *Philippus Duffarius* in *Theatro Architectonico*, inſtituto gemino, *Cata-neum Palladio*, *Serlium Barozzio*, *Branecam Scamozzio* contulit. His utique jungi meretur in limine nobis memoratus *Perraltius*, qui dicto opere non ſolum diverſorum artificum placita, ſed ipſa etiam antiquitatis exempla maxime illuſtria ex adverſo poſita juſto ſubjecit examini, decretumque ſuum tam variè inter ſe certantibus interponere non dubitavit.

Utcunque autem hi aliive in hac arena hucusque defudaverint: non tamen aliorum induſtriæ nihil reliquiſſe conſendi ſunt, in quo & ipſi publico militare commodò non poſſint. Cum enim architectorum, qui inter principes haberi merentur, omnium merito ſuffragia audienda ſint, ubi leges pangendæ architectonicæ; ex collatione unius cum altero, aut paucorum inter ſe, neglectis cæteris ingenio non inferioribus, judicium de argumento propoſito non æque dextre ferri poteſt, quam perceptis omnium, uniusque velut aspectui expoſitis ſententiis.


Occupavit hanc operam præsentis libro clarissimus *Sejlerus* noster, celeberrimorumque novemvirorum, *Vitruvii*, *Leonis Baptista Alberti*, *Sebastiani Serlii*, *Petri Casanei*, *Andrea Palladii*, *Jacobi Barozzii* (sub *Vignola* nomine aliis decantati) *Vincentii Scamozzii*, *Joannis Branca* & *Nicolai Goldmanni* placita, circa quinque columnarum ordines, eorumque columnationes & arcuationes, portas, fenestras, forulos, incumbas & interliminaria sigillatim at compendiose tradita, novem tabulis grandioribus æri eleganter accurateque incisus, ita Lectorum oculis explicavit, ut uniuscujusque eorum structuras, harumque singularum a cæteris differentias uno obtutu plane pleneque, possit comprehendere,

Ipse *Liber*, præmissis terminorum explicationibus, communiora problemata, delineationibus columnarum necessaria resolvere docet; post columnationes & arcuationes per singulos ordines, juxta supra nominatos *Autores*, earumque partes & partium mensuras in *Tabella* recensas describit. Sigillatim deinceps Ordinum quinque originem & natales, ut plurimum ex *Scamozzio*, & columnarum constructionem juxta præcepta dictorum *Autorum* tradit. Cumque *Autori* nostro *Blondellus* omnium diligentissime in Architectonicis scriptorum doctrinas & sententias inquisivisse, eorumque errores correxisse visus esset, operæ pretium judicavit, ex ipsius *Cursu* architectandi regulas & stricturas potissimas per singula columnarum membra in *synopsi* sub finem libri annectere,

Quantum ad *Tabulas*, earum *Ima* definitionum & problematum initio libri propositorum explicationi inserviens, partium columnæ principaliorum per singulos ordines altitudines, epchoras & crepidines numeris expressas, cum rudi earum delineatione sistit, membrorumque minorum seu ornamentorum species, & schemata problematum solutioni necessaria; II & IIIa, columnationes & arcuationes &c. secundum *Palladium*, *Vignolam* & *Scamozzium*, cum portis & fenestris *Palladianis*: reliqua ad *ultimam* usque, ipsas columnas, singula singulorum ordinum, ex sæpius nominatis novem *Autoribus* integras cum partibus suis ære expressas referunt. *Nona* denique, ab usu *universali* *Autori* nuncupata, assumpta vice moduli *semicrassitie scapi*, omnes partium columnæ mensuras *Autoribus* dictis usurpatas, tanquam in *abaco* exhibens, *Indicis* instar esse potest, qui non solum membrorum

minu-

11.



CAC

TH IXNOCENΘ
LA ΘPHCON
OMAZON MHT
IMENON OXET
CI AY TON TA
AAHKTON
WCAC TEN
YNQAWN

AWC OIOC TI
KXOC
LAHC HKAA

honis Camilli

minutiorum altitudines in antecedentibus tabulis forte minus dilucide signatas, ipsaque membrorum nondum expressa nomina, promte suppeditet, & ordinationes ac species membrorum, unicuique *Autorum* proprias indicet; sed etiam, quantum hi in unaquaque parte a se invicem distideant, quaque ratione columnæ juxta cujuscunque praxin juste delineari queant, artis hujus studiosum dextre informet. Pollicetur autem *Autor*, ubi hunc laborem suum Lectori gratum cognoverit, ejus continuationem, circa publicationem ichnographiarum coronicis per singulos ordines, diversosque modos constructionis scalarum & caminorum,

7. B. COMPLANATIO SUPERFICIERUM CONOIDICARUM & Spharoidicarum. Conferantur *Acta m. Junii hujus anni p. 296.*

Occasione Problematis Florentini, inter alias ejus solutiones ante hoc quadriennium m. Aug. 1692 exhibitas, primus aperui artificium, ex superficie spherica portionem abscindendi dato cuius plano æqualem. Habui quidem jam tum modum istud efficiendi mechanicæ in quavis alia superficie conoidica vel spheroidica, cum & simplicioris quodammodo sit inventionis, & meditati mihi primo sese obtulerit; sed quoniam rectificationem lineæ circularis supponebat, contempsi. Nunc quia video, Fratrem hæc dignari, quorum mentionem faceret publice, placet etiam Lectori breviter exponere, quid ego hic tum præstiterim. Sint duæ Curvæ (Fig. 1.) quæcunque AHC & PEF in eodem plano existentes, & sumtum in priore indefinite punctum H, e quo demissa intelligatur in axem normalis HI secans curvam PEF in E, nec non ducta tangens HM, eique perpendicularis radius osculi HN secans axem in G, & curvam PEF in F. Esto etiam punctum aliquod in axe fixum O, & sit ducta OH secans curvam PEF in P, eique normalis OR tangenti HM occurrens in R. Quibus positis inveni, quod si sumatur quarta proportionalis ad tangentem HM, subtangentem MI & applicatam IE, eique ex peripheria circuli HKL rotatione puncti H circa axem AD descripti æqualis abscindatur arcus HK (quod fieri potest mediante Quadratrice, Trochoide, Linea sinuum, aut aliter) atque hoc ubique fiat, junganturque in superficie conoidis omnia puncta K curva AK, æquabitur trilium

TAB.VIII.
Fig. 1.

neum gibbum AHKA spatio curvilineo plano AIEPA. Quod si fiat arcus HK æqualis quartæ proportionali ad duplam NH, NF + NG & NF - NG seu GF, resultabit trilineum AHK = portioni dati plani AGFPA. Sin vero statuatur HK talis, ut habeat ad semissimam rectæ OP rationem compositam ex ratione totius OP ad OH, & ipsius OR ad RH, fiet AHK = portioni AOPA: multifariam enim Problema conficit posse animadvertendam, prout datum planum hoc vel illo modo in elementa divisum conciperetur. At quoniam omnes istæ constructiones circuli tetragonismum supponebant, cœpi cogitare, annon etiã absque hoc liceret intentum assequi, si curva data PEF, quæ modo in plano per axem conoidis intelligebatur, transferretur in planum basis conoidis; nec mea me fefellit opinio, mox enimprehendi, quod in superficie quorundam conoidum etiã geometricè constitui possit portio, quæ dato plano sit æqualis: quanquam vero id de sola spherica ostendisse tum contentus fui, cum de alia non ageretur, puto tamen, neminem perspecta constructionis meæ analysi latere posse methodum hoc universaliter præstandi, indeque omnia determinandi conoidea, in quibus negotium absolute succedat. Esto

TAB. VIII.

Fig. 2.

(fig. 2.) AC curva, ut antea revolutione sua circa axem AD generans conoides, cujus basis circulus BHC, in cujus plano sit projecta data curva PEF, tum vero in plano per axem conoidis ADC concipiatur alia curva LMN ita comparata, ut applicata GM ubique sit æqualis rectæ IK ductæ ab intersectione I ad axem AD normaliter curvæ AIC. Quo posito sumatur indefinjitè aliud quodvis planum per axem ADH, formans in superficie conoidis curvam ARH eandem cum AB vel AC, & ex puncto H agatur radius HD, & recta HQ perpendicularis ipsi BD, quarum illa secet curvam datam PEF in E, hæc in P. Dico, si ex curvilineo ADNL secetur portio AGML, quæ sit æqualis vel semissi quadrati rectæ DE, vel toti \square lo HQP, atque resectæ portioni curvæ AI ex ARH æqualis abscindatur AR, idque semper fiat, fore trilineum gibbum ARSA in priori casu = portioni dati plani BDEPB, in posteriori = portioni BQPB; hic enim iterum res varie conficitur, & observari potest, quod si loco portionis AGML altera DGMN æqualis ponatur semissi dicti quadrati DE vel dicto \square lo HQP, atque abscissæ curvæ CI æqualis ubique statuatur HR, tum quadrilineum gibbum BHRS dato plano BDEPB vel BQPB futurum est æquale. E qui-

quibus patet, quoties curvilineum ADNL quadrabile est, hoc est, curva AIC talis existit, ut summa omnium perpendicularium IK ductarum in elementa abscissarum AG geometricè haberi possit (quod non tantum in circuli peripheria, sed etiam in linea recta, curva parabolica & infinitis aliis in casibus contingit) semper dato plano æquale spatium ex superficie conoidis abscindi posse; & utile est, simpliciores casus, qui præ cæteris elegantiora Theoremata suppeditant, speciatim annotasse. Sed & hoc tenendum est, quod in ejusmodi Conoidibus omnibus eadem quoque facilitate absolvatur conversum Problematis, nempe: *Datam portionem superficies conoidicæ vel spheroidicæ in planum projicere, seu planum construere illi æquale*; quod pluribus explicare opus non videtur.

Quoniam hæc omnia occasione Problematis, quod celeberrimus Vivianus Magni Ducis Hetruriæ Mathematicus, edito A. 1692. scripto publice proposuit, in medium allata sunt, non alienum erit hoc loco memorare, quod paucis Lectorum nostrorum animadversum puto; nempe constructionem Problematis, quam clarissimus ejus Auctor (vid. m. Majum 1694) ope torni instituendam exhibuit, re ipsa plane convenire cum ea, quam dederam m. Aug. 1692. p. 370. artic. 1. quod ita demonstro: In base hemisphærii (Fig. 3.) ABCDE, cujus centrum F, TAB. VIII. diameter BD, radius BF, FD tanquam diametris alii duo circelli BHF, Fig. 3. FLD describantur, quorum uterque sit basis alicujus cylindri recti, quo velut trépano perforari intelligatur globus. Sumatur in circumferentia alterutrius circelli BHF quodvis punctum H, e quo excitetur HI recta ad planum basis BHF, occurrens sphæricæ superficiæ in I, quod sic unum erit eorum, in quibus superficies sphærica & cylindracea se mutuo interfecant. Dico, hoc idem quoque reperiri per meam constructionem: Ductis enim BH, HF, FI, ac demisso per I quadrante verticali AIG, liquet, quod in Triangulis BHF & FHI, propter BF = FI, latus commune HF & angulos BHF & FHI rectos, latera BH & HI quoque æquentur; unde & arcus BG & GI, quorum sinus ista latera sunt, æquabuntur, id est, si circulus BCDE fingatur esse æquator, A polus, BAD primus meridianus, AIG meridianus loci I, longitudo puncti I ipsius latitudini æquabitur. Quod ipsum est, quod nostra constructio articuli primi præscribit.

TAB. VIII.
Fig. 4

Marmor ipsum, cujus figuram æri incisam hic exhibemus, Romæ in ædibus illustrissimi Marchionis *Camilli Maximi*, Equitis Romani non generis minus nobilitate quam rei antiquariæ cultu florentissimi, visitur. Hujus inscriptio cum subobscura esset, nec idem de ejus sensu Romæ Viri eruditi sentirent, nostram quoque de ea mentem Vir clarissimus *Jo. Baptista Marinella* explorandam censuit, figura marmoris, prout ea ab eruditissimo Abbate *Pasfrisio Græcarum literarum in Collegio de Propaganda Fide Professore* delineata fuit, per illustrissimum S. R. I. Comitem *Mediobarbum Biragum* eo sine transmissa. Et deprehendimus utique sculptoris ruditatem ac oscitantiam, per quam non potuerunt non nebulae hic illiæ Lectorum oculis offundi. Nec difficili tamen negotio *Joh. Godofredus Herrichius* noster, Vir clarissimus & Græce ac Latine doctissimus, vocibus probe separatis, paucisque literis, quæ perperam incisæ aut mutilatæ erant, emendatis, in primis vero τῶ CAC, quod in superiore, arca conspicitur, & vel maxime crucem figere Lectori potest, suum in locum reposito, & lectionem inscriptionis genuinam restituit, & sensum ejus satis ita nunc, ut arbitramur, planum ac perspicuum eruit. Epitaphium nempe est Hexasticha exhibens, in infantem puerulum, decem duntaxat mensem, eumque formosissimum, fortasse etiam nobili & Patricia stirpe oriundum, a liberto, ut apparet, seu cliente quodam, gratiæ a Patrono ineundæ ergo concinnatum: quod ut cum omnibus harum rerum cupidis communicaretur, operæ pretium duximus. Ita ergo legendum:

Βουὸν ἐπισήσεις ἴχθος ἐνθάδε τύμβον ἄθρησον

Παιδὸς ἄφνω μαζῶν μητρὸς ἀποπταμένη.

Ὀρχετο δ' ἐν νεκύεσσι λιπῶν πατρὶ πένθος ἀληπτον

Δισσὴν πληρώσεις πεντάδα τῶν συνόδων.

Τῶος δ' ἦν γεγαῶς, εἰος ποτὲ φῦσεν Ἰακχος,

ἢ θρασυῖς Ἀλλίδης, ἢ καλὸς Ἐνδυμίων.

Latine ita reddit laudatus Herrichius:

Pantum siste gradum, puerique hic aspice tumbam,

Matris ab uberibus qui velut umbra volat.

*Is desiderium patri luctumque reliquit,
Impleffet menses cum vaga Luna decem.
Assamem hic moriens, oriens velut alter Jacchus,
Pulcher & Alcides Endymionque fuit.*

CHRISTIAN WEISENS CURIEUSE Fragen über die LOGICA.
h. e.

CHRISTIANI WEISII QUESTIONES LOGICÆ CURIOSÆ.
Lipfiz apud Hæredes Grossianos, 1696. in 8. Alph. 2. plag. 19.

**CHRISTIANI WEISENS Ausführliche Fragen über die Euge-
gend-Lehre.**
i. e.

CHRISTIANI WEISII QUESTIONES ETHICÆ UBERIORES.
Lipfiz apud Jac. Gerdesium, 1696. in 8. Alph. 1. plag. 16.

CONSULTUMNE sit, in scholis nostris patrio idiomate artes tradi ac sci-
entias, disquiri ab aliquo tempore hominum sermonibus cœpit.
Sunt enim, qui probant id suadentque omni studio, quod nulla rati-
one rectius felicitusque accendi ad Germanicæ linguæ cultum animi
adulescentum posse videantur, quem magis magisque provehi, utile
non minus ac decorum arbitrantur. Neque desunt tamen vicissim,
quibus institutum hoc adeo displicet, ut ea via linguarum, Græcæ ac La-
tinæ, quas intemeratas tamen conservari totius literati orbis interest,
neglectum nauseamque paulatim obrepturam, pristinamque redu-
ctum iri barbariem ominentur. Sed de eo decernere illorum est, qui
cum auctoritate scholis moderantur, ac juventutis studiosæ fata dis-
pensant. Nec quisquam tamen facile inficiabitur, non inutile fore
publico, & ad decus patriæ linguæ, quam ex genio indoleque sua ex-
primendis perspicue artium ac disciplinarum præceptis imparem mi-
nusque idoneam perperam multi credunt, pertinere, ut illarum mi-
nimum scientiarum, quibus imbui quosvis promiscue decet, syste-
mata extent Germanico sermone adornata. Nec alia mens clarissimi
Weisii fuit, quando disciplinas duas, quarum altera intellectus, ne in
veritatibus inveniendis, comprehendendisque & dijudicandis aberret,
munitur, altera voluntas ad fugam vitiorum sectandamque honesta-
tem instruitur, Logicam inquam atque Ethicam, patrio idiomate.

eoque, qua est in exprimendis perspicue meditationibus suis felicitate, claro liquidoque tradendas suscepit. Utique enim non iis tantum, qui literarum studiis se totos dederunt, sed & aliis quodcumque vitæ genus professis animi cultus merito commendandus est, subministrandaque ad eum rite instituendum media; qui qua in realia, quæsumus, quam in duabus illis animæ facultatibus, ratione ac appetitu regendis ac perficiendis, rectius occupabitur? De cætero, præter ea, quæ in aliis Dialecticis Moralibusve systematibus tradi consueverunt, haud pauca alibi non obvia, sed ex fœcundo Auctoris celeberrimi ingenio profecta in hisce nostris exhiberi, facile deprehendet, quisquis perlustrandis illis operæ aliquid impendere non gravabitur.

JOH. FRANCISCI BUDDÆI S.S. THEOL. LIC. & PHIL.
 Mor. ac Civ. Prof. P. Ord. *Dissertationes Academicae de Principis
 Stoicorum in Philosophiâ Moralia Erroribus.*

Halæ Magdeburgicæ apud Christ. Henckelium, 1696. in 4.

Dissert. I.

Licet multa a Stoicis, præsertim in morum doctrina, recte atque præclare dicta sint: multos tamen eosque haud quaquam leves subinde admiserunt errores, iisque Philosophiam contaminarunt. Principuos ergo unice velut fasce complexurus Auctor celeberrimus, initio illorum de anima hominis sententiam sub examen revocat. Nimirum & Stoicos animam nostram pro particula essentiae divinæ habuisse asserit, idque Epicteti & Senecæ, cum primis M. Aurelii Antonini effatis comprobat. Addit consensisse in hoc capite cum Stoicis Pythagoræos, & Platonicos, & veteres quosdam Hæreticos, interque hos Marcionitas a Stoicis potius quam ex Platonis schola huncce acceperisse errorem, probare annititur. Confutato autem eo, de celebri Philosophiæ Moralis definitione, quod sit meditatio mortis, deserit, eamque Stoicis vendicat, & duos errores gravissimos, animam scilicet nostram divinæ essentiae particulam esse, & omne malum a materia provenire, in ea latitare autumat. Hinc porro observat, Stoicos brutis quoque rationem tribuisse, & inde celebrem juris naturalis definitionem, quod sit jus, quod natura omnia animalia docuit, in Jureconsultorum scholas fluxisse. Rejicit vero & hoc Stoicorum dogma, & bruta ratione utique destituta esse, paucis demonstrat. Quæ

Quæ de bonis quoque & malis Stoicorum sententia fuerit, edisserit, suamque hac de re exponit sententiam. Non diffitetur, de voce hanc litem esse, idemque & Senecam aliosque censuisse docet: interim jure reprehendi Stoicos ait, quod vocibus boni & mali non ita utantur, quemadmodum iis uti conveniat.

Dissert. II.

In secunda Dissertatione de summo, ut vocant, bono disputat. Recitat nimirum dissentientes ipsorum Stoicorum de eo sententias, easque inter se conciliat. Hinc quid per sequelam & imitationem Dei intelligant, exponit, simulque ostendit, impia dogmata præclaris hisce vocibus regi. Namque ad fati ineluctabilis leges cuncta redire, Deumque iisdem cum hominibus subjici legibus, quin hominem sapientem cum Deo sapius ita componi, ut eidem præferatur, evincit. Paradoxa Stoicorum maximam partem ad summam hominis sapientis felicitatem exhibendam, excogitata esse perhibet, & postquam quid paradoxum sit explicavit, cum Christianæ religionis effatis paradoxis ea comparat, tandemque concludit, ea neutiquam rejicienda & reprehendenda esse quod sint *παράδοξα*, sed quod multa *παραλόγια* inter ea occurrant. Ad singula dum descendit, effatum Stoicorum, *Sapientem sibi sufficere*, ut *παραλόγον*, damnat. Errasse eosdem dicit, dum sapientem inter tormenta beatum pronunciarunt. His hunc in modum explicatis, ad principia actionum humanarum progreditur. Ea ex Stoicorum quoque mente duo esse, intellectum & voluntatem asserit. De intellectu præcipiens, sententiam Stoicorum de intellectu agente refert & explodit, simul tamen, quod tum a Platone, tum ab Aristotele dissenserint, monet. Voluntatis libertatem quandoque Stoicos tribuisse, Antonini testimoniis probat. Sed errasse tamen eos, & quidem non una ratione autumat. Primo enim voluntati hominis plus quam par erat eos detulisse contendit, dum virtutem a Deo petendam negarunt, eo quod unusquisque a se bonam mentem impetrare possit. Quo ipso Pelagio eos prævisse exemplum, existimat. Deinde errore contrario & cum priore pugnantem, eosdem omnem libertatem voluntati hominis eripuisse, eam durissimis fati legibus subjiciendo, comprobat. Hi ergo errores ut eo facilius ab omnibus agnoscantur, voluntatis humanæ libertatem rationibus nonnullis adstruit. Ipsas actiones humanas dum considerat, errasse Stoicos deprehendit, dum peccata æqualia dixerunt; quem

errorem itidem profligare suarum partium esse duxit. Tandem et, quod de poena quoque minus recte censuerint Stoici, indicat, effatumque illorum, *Sapientem non ignoscere*, explodit, & hac occasione varias illorum λογωμαχίας redarguit.

Dissert. III.

De officiis Stoicorum errores indicaturus, perperam officia *κατορθώματα & καθήκοντα* ab illis dissepici autumat. Interim & ita ea in scholis illorum distingui, ut alia sint quae erga Deum, alia quae erga nos ipsos nos praestare deceat, alia denique quae alii homines suo jure a nobis exigant. Hinc errasse Stoicos docet, dum Deum pro anima mundi venditarunt, itemque dum duo rerum principia admiserunt, materiamque aeternam esse asseruerunt. Confert haec Stoicorum placita cum dogmatibus similibus veterum haereticorum, & hosce ea ab illis accepisse pronunciat. Conficit quoque hosce errores rationibus, & num Stoici unum Deum admiserint, disquirat, perperamque eos a Lipsio hoc nomine laudatos esse contendit. Sed & bonitatem Numinis a Stoicis everti probat, simulque fati Stoici malignitatem edisserit.

Dissert. IV.

Ad officia quae homo erga seipsum praestare tenetur, dum progreditur, *ἀνάθετα* Stoicorum illi occurrit. Quid ergo affectus sint, & quanam illorum sit causa, ex mente Stoicorum explicat, simulque probat, affectus inepte per opiniones ab iis definiri. Indicatis porro diversis gradibus, in generatione affectuum ab ipso Seneca observatis, Stoicos a Peripateticis re ipsa dissentire negat, modum tamen eos conciliandi plerisque hactenus usurpatum rejicit. Hinc quo usque Stoici *αυτοχειρίας* probaverint dispicit, erroremque huncce longe turpissimum explodit, suamque sententiam rationibus firmat. Tandem & hoc nomine Stoicos reprehendit, quod asseruerint, *veri sapientis esse publicis muneribus se subtrahere*. De officiis hominis erga alios multa praclare dicta in Stoicorum scriptis occurrere non abnuit, quia eosdem existimasse inimicos quoque diligendos esse, nonnullis documentis probare conatur. Sed addit tamen, cuncta fere illorum effata quantumvis praclara lubricis & falsis inniti principiis; id quod probare etiam exemplis annititur.

- Bibliotheca Hispana Vetus, complectens Scriptores omnes qui ab Octavianis Augusti imperio usque ad annum MD floruerunt. Auctore D. Nicolao Antonio. Roma apud Antonium de Rubcis, 1696. fol.*
- Samuelis Lib. Bar. De Pufendorff de Rebus a Carolo Gustavo Suecia Rege gestis Commentariorum Libri VII, elegantissimis tabulis aeneis exornati. Norimberga apud Christoph. Riegel, 1696. fol.*
- Sentimens des plus habiles Peintres sur la Pratique de la Peinture & Sculpture. Par Henry Testelin. A Paris chez la Veuve Mabre-Cramoisy, 1696. fol.*
- Specula Physico-Mathematico-Historica notabilium ac mirabilium Sciendorum &c. Auctore Jo. Zahn. Norimberga apud Jo. Christoph. Lochner, 1696. fol.*
- Museum Regium, seu Catalogus Rerum tam naturalium quam artificialium, qua in Basilica Bibliotheca Augustissimi Danica Norvegiaeque Monarcha Christiani V Hassnia asservantur, descriptus ab Olig. Jacobo. Hassnia, 1696. fol. Prostat Lipsia apud J. L. Gledit, &c.*
- Chronicon Tragicum, sive de Eventibus Tragicis Liber singularis, Historice & Chronologice descriptus a D. Carolo Joseph Imbonato. Roma apud Haredes Corbelleri, 1696. in 4.*
- Abbreviatoris de Curia Compendiaria Notitia Jo. Ciampini, in utraque Signatura Referendarii. Roma ex typographia R. C. Ap. 1696. in 4.*
- Dissertatio de nomine Patriarchae Josephi a Pharaone imposito. Appendix de tempore Isidorum & aetate Gemini, nec non altera de tempore Serapiorum ac Passionis S. Marci Evangelistae. Auctore F. Guilielmo Bonjour. Roma apud Fr. de Rubcis, 1696. in 4.*
- Joach. Vicofortii Epistola ad Gasparum Barlaam, cujus Responsoria etiam inserta. Amstel. apud Georgium Gallet, 1696. 12.*
- Judicium Ecclesiae Catholicae triam primorum saeculorum de necessitate credendi, quod Dominus noster Jesus Christus sit verus Deus, assertum contra M. Simonem Episcopium, auctore Georgio Bullo. Amstel. apud Georg. Gallet, 1697. 8.*
- Jo. Vincentii Gravina Opuscula. Roma apud Antonium de Rubcis, 1696. 12.*
- Histoire du Marechal de Gastion. A Amsterdam, chez J. Louis de Lorme & E. Roger, 1696. 12.*

Traité de la Restitution; ou l'on trouvera la resolution des cas de conscience, qui ont du rapport à cette matiere. Par Jean de La Placette. A Amsterdam chez G. Gallet, 1696. 12.

Jo. Marckii in Hofeam Commentarius. Diatribe annexa est singularis de accipienda uxore & liberis fornicationum. Amstelod. apud Ger. Borstium, 1696. in 4.

Que la Religion Chrestienne est tres-raisonnable. Traduit de l'Anglois. A Amsterdam chez H. Wetstein, 1696. 8.

Histoire Chronologique d'Espagne, tirée de Mariana & des plus celebres Auteurs Espagnols. A Rotterdam, chez Abraham Acher, 1696. 12.

Examen de l'Histoire Critique du Nouveau Testament, par Antoine Coulan. A Amsterdam chez Paul Marret, 1696. 8.

La Religion du Laticudinaire, avec l'Apologie pour la Sainte Trinité, appelée l'Herese des trois Dieux. Par le Sieur P. Jurieu. A Rotterdam chez Pierre Vande Slaart, 1696. 8.

Juliani Aurelii Lessigniensis de Cognominibus Deorum gentilibium Libri III. Editio nova. Franquera apud Jac. Morreum, 1696. 8.

Johannis Nicolai Tractatus de Græcorum luctu lugentiumque ritibus variis. Marburgi Cattorum, apud Ephraimum Boncke, 1696. 12.

Pausania Græcia Descriptio, Græce & Latine, cum notis Sylburgii, & Animadversionibus Joac. Kühnii. Lipsia apud Thomam Fritsch, 1696. fol.

Annus & Epocha Syro-Macedonum in vetustis urbium Syria nummis præsertim Mediceis exposita. Additis Fastis Consularibus Anonymi omnium optimis, &c. Autore Cardinale eminentissimo Henrico Noris Veronensi. Lipsia apud Thomam Fritsch, 1696. in 4.

Postquam absolutus est *secundus Supplementorum Tomus*, cujus *Sectio duodecima* seu ultima nunc editur, indicandum Lectori Benevolocensuimus, auspiciaturos nos propediem *tertium Supplementorum Tomum*, cujus proinde *Sectio prima* una cum mense Januario anni proximi, Deo juvante, proditura est.

Errata.

Pag. 260. lin. antepen. pro *ipsa lege ipsa*, p. 262. l. ult. lege *possunt*. At quoniam. P. 263. l. 9. ante *reperiri* pone ope *duarum simpliciorum Mechanicarum*. P. 415. l. 29. pro *Xenophagiarum* lege *Xerophagiarum*.

* * *

489

N. XL.
A C T A
ERUDITORUM

publicata Lipsia

Calendis Novembris, Anno M DC XCVI.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ
*καὶ τὰ ἐν ἀγίοις κτρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας
πρὸς τὰ τὰ ἐν αἰθέρις ἰβλιανῶ λόγοι δέκα.*

JULIANI IMP. OPERA QUÆ SUPERSUNT OMNIA,
*& S. CYRILLI Alexandria Archiepiscopi contra impium Julianum
libri decem: cum P. Martini, C. Cantuari, Th. Marculi & Dion.
Petavii notis, recensente EZECHIELE SPANHEMIO,
qui Observationes adjecit.*

Lipsiæ apud Jo. Lud. Gleditschium, 1696. in fol.

Constant alphab. 15. plag. 2.

IULIANI Imperatoris nomen, quam Ecclesiæ invisum reddidit foeda Christianæ fidei desertio, atque hostilis plane insectatio; tam acceptum idem atque rei literariæ commendabile effecit excellentis ingenii vis, & exquisitæ variæque doctrinæ præstantiâ. Unde opera ejus & scripta, ea quidem parte, qua odii calumniæque virus in veri Numinis cultores effundunt, aut gentilis superstitionis ineptias incrustare conantur, optimo cuique displicent & improbantur; qua vero singularem eruditionis spirant elegantiam, & dicendi cum acumine tum copia præcellunt, eruditis in summo sunt pretio atque deliciis. Hujus ergo augusti Scriptoris monumenta, quæ & temporum injuriam & Christianorum evasere odium, a renatis literis avidè conquisita, & a viris doctis per partes in lucem protracta, in unum tandem corpus coaluerunt. Primus cum aliis Græcorum *Epistolæ* Juliani nonnullas anno 1499 divulgavit Aldus, easdemque Misopogoni adjectas Francofurti Wechelius anno 1565 edidit: *Misopogonem* vero a Bonaventura Vulcanio Latine versum Basileenses,

Q 9 9

quod

quod indice Simlero e Bibliotheca Gesneriana constat, protulere. *Cæsares* Carolus Cantoclarus Latinitate donatos ac notis instructos Parisiis anno 1577 publicavit, nec multo post, anno 1583 in eadem urbe Juliani *opera*, quæ tum quidem innotuerant, omnia prodire, triumviris in id opesam conferentibus, Petro Martino Navarro, qui Misopogonem & Epistolas, Carolo Cantoclaro, qui Cæsares denuo cum MSto codice collatos, & Theodoro Marcilio, qui Hymnum Solis in Latinum convertit & illustravit. Felicioribus demum auspiciis Juliani scriptis manum admovit Dionysius Petavius, magnum in republica literaria nomen, primusque *tres Orationes* panegyricas e MSto Regiæ Bibliothecæ erutas, Latinaque interpretatione & notis illustratas, Flexiæ anno 1614 in lucem protulit; & tandem sedecim post annis, integra Juliani opera, quotquot edita aut MSta extare noverrat, anno hujus seculi tricesimo, Græce Latineque cum notis divulgavit. Quæ Petaviana operum Juliani editio quum jamdiu frustra in tabernis librariis quæreretur, persuaderi sibi passus est nostratum librarium quidam, ut ista suis sumptibus in lucem revocanda susciperet. Ut vero in recudendis iis aliquod operæ pretium fieret, nec tanto operi summi Imperatoris impar contingeret novus editor, ad eundem rogandumque censuit eum, cujus in transferendis in linguam Gallicam illustrandisque Juliani Cæsaribus præclarissima opera anno 1683 eluxerat, EZECHIELEM SPANHEMIUM, summis in rem civilem & literariam meritis illustrem, ut is pro sua omni doctrinæ copia hanc editionem ornare, eidemque de suo nomine splendorem & gratiam conciliare vellet: præsertim quod orbi erudito in Præfatione ad Cæsares fidem quodammodo obstrinxisset, fore ut universa Juliani opera a se illustrata aliquando in lucem emitteret. Quamvis autem illud edendi Juliani opera propositum, aliis gravioribus curis & a potentissimo Hero demandatis negotiis impeditum, intra destinationem adhuc steterisset, nec sylva vel apparatus explanando tam docto atque ingenioso Scriptori necessarius collectus digestusve esset, quin potius in alias lucubrationes, quas Belgarum præla expectabant, perficiendas aut perpoliendas, quantum Reipublicæ sinebant negotia, Vir illustrissimus totus esset intentus; dedit hoc tamen precibus bibliopolæ, ut, sepositis quæ præ manibus erant, ad hoc opus se accingeret, & oblata hac occasione fidem olim da-

tam

tam liberaret. Primum ergo Petavianam editionem integram exhibuit; Græca tamen e MStis correctiora & hinc inde lacunis expletis auctiora dedit; idque ope potissimum codicis MSti longe optimæ notæ, quem ex Isaaci Vossii bibliotheca depromptum jam olim in Gallia Angliaque excellentissimus Editor versaverat: qui & Mispogonem cum chartaceo codice Reginz Christianæ Romæ contulit; & ultimam Juliani Epistolam, multis antea hiatibus adæo informem ut nec bene verti potuerit, ex Allatii libro ita supplevit, ut huic quoque versionem addere licuerit. Denique Parisiis incidit in Cæsares Cantocleri, quibus literata manus varias lectiones, easdem ferme quas Vossianus codex demonstrabat, adscripserat. His vero subfidiis ad emendandum Julianum tam religiose usus est, ut in ipsius Auctoris verbis nihil, nisi veterum librorum auctoritate, immutaret aut suppleret; quæ conjecturis vero, licet nonnunquam prorsus veris, niterentur, ad Observationes, exemplo Petavii, rejiceret. Neque versionem Interpretum interpolare sustinuit, frequentes licet illorum lapsus deprehenderet, & ne ea quidem, quæ Petavius converterat, reliquæ ejus in transferendis Græcorum scriptis diligentiz aut facultati responderent. De his ergo interpretationum navis lectores potius in Observationibus admonendos censuit, ita tamen ut ab omni contumelia & insectatione interpretum sibi temperaret. Deinde S. Cyrilli Alexandrini in Julianum libros decem ab operibus Juliani abesse non oportere judicavit, eo quod ipsum illud Juliani adversus Christianam fidem opus, (seu Hieronymo teste septem, seu Cyrillo affirmante tribus constiterit libris), communi alias facto cum reliquis Gentilium in Christi doctrinam scriptis involutum, & juxta Theodosii junioris legem sine dubio abolitum, in illa Cyrilli apologia conservatum, eique magna ex parte insertum legatur. Has ergo gravissimi Patris pro tuenda divina veritate susceptas cum callidissimo rei Christianæ adversario disputationes, si non acuminis, ingenii & eloquentiæ laude, at rationum pondere, gravitate, fide Julianicis multo superiores, pari cura & industria recensendas atque illustrandas sumsit. Porro ne quid huic editioni deesset, quod in prioribus extaret, non Petavii modo præfationem & notas, sed & aliorum doctorum virorum, Martinii, Cantocleri, Cunzei, Marcilii, in Julianum curas & præfationes in calcem eperis conjecit. Denique præter splendidissimam & au-

gusto Principe dignam Dedicationem, quæ potentissimi Electoris Brandenburgici ingentia pæce belloque merita verissimis laudibus exsequitur, & perfecti panegyrici vicem sustinere potest, luculentam toti Operi præmisit Præfationem, qua & instituti sui rationes, quas attigimus, ornate graviterque exponit, & de Juliani scriptis eorumque præstantia & fructu erudite & copiose disserit.

Ac scriptorum quidem Juliani, quæ ab ipso Juliano aut à veteribus memorantur, quædam deperdita observat: veluti *Orationes in nobilem fratris conjunctionem* elaboratas, *Orationem in vestrum in Constantium Imperatorem*, *Commentarios rerum a se in Germania gestarum*, *Librum de tribus figuris*, & alterum *unde secundum indoctos oriuntur mala, Saturnalia*, (utpote quæ a *Cæsaribus* diversa esse jam viderat Petavius) nec non quasdam *Epistolas* aut *Poemata*, de quibus ex testimoniis veterum de Juliano, ad calcem Præfationis diligenter congestis, abunde constare potest. Quæ vero ad hanc ætatem pervenerunt, ad quatuor classes illustrissimus Editor vocat: *Orationes*, *Epistolas*, Satyricos duos libellos, *Cæsares*, & *Misopogonem*, & denique *adversus fidem Christianam scriptos libros*, in eorundem confutatione, a S. Cyrillo susceptæ, magnam partem servatos & ad posteritatem transmissos. Ex *Orationibus* tres sunt panegyricæ, quarum duæ Constantii Imp. tertia Eusebii Augustæ laudes celebrant. Duæ hymnorum vicem subeunt, in Solem & in Matrem Deum conditæ: prior tempore ludorum INVICTO SOLI apud Romanos exeunte Decembri solennium; posterior occasione susceptæ a Juliano ad Deam Phrygiam expeditionis elucubrata. Succedunt duæ in Cynicos imperitos, seu verius adulterinos, scriptæ, quod illi a veris sectæ hujus placitis & ab ejusdem auctorum moribus longe recederent. Has excipit Sermo consolatorius ad Salustium Galliciarum præfectum, quem a latere Juliani jam Cæsaris Constantius abstraxerat, eo quod inter hos arctissima intercederet amicitia, e multis Salustii in Julianum, disciplinæ suæ alumnum, officii nata & constituta. His adnectuntur duæ longiores Epistolæ, prior ad Themistium de imperii gerendi ratione & difficultate; posterior ad Athenienses apologetica de suscepto imperio & in Constantium expeditione. Hinc fragmenta exhibentur Epistolæ ad Pontificem quandam gentilem, antea Epistolæ ad Themistium intextæ, de hominum inter se com-

mu-

munione, beneficentia; & officio Sacerdotum. Hæc ergo priorem classem scriptorum Juliani absolvunt: altera duos continet argutissimos lepidissimosque libellos, *Cæsares & Misopogonem*. Illo omnes ante se Imperatores Satyrico sale non ingeniose minus, quam erudite perficit; hoc Antiochenium in se barbamque suam promissam jacta dicitur; quum armis posset, verbis ulcisci maluit, corruptosque illorum mores venustissima usus ironia omnibus deridendos propinavit. Tertiam classem variæ constituunt *Epistola*, ex quibus postrema, quæ in Sacerdotum officio describendo versatur, nunc demum integrior & Latine conversa prodit. Quartæ clasæ nihil in codicibus Juliani comparet, sed quicquid aut fugillandæ Christianæ religioni, aut tuendæ Gentilium impietati scripsit, ex Cyrilli, ut aliquoties diximus, Apologia est repetendum. Hæc ipsa verò scripta omnia Julianus in ipso ætatis flore, ab anno nempe vicesimo quarto ad tricesimum secundum; quo extinctus est, composuit: & quidem anno æræ Christianæ CCC LV Cæsar a Constantio creatus, mox primam condidit orationem panegyricam; & in Galliam missus duas sequenti anno CCCLVI orationes in laudem Constantii & Eusebiæ scripsit; & inde ad annum CCCLX aliquot epistolas e Galliis ad amicos dedit; ipso illo anno sermonem consolatorium ad Salustium, & quum arma in Constantium cepisset, epistolam ad Athenienses perscripsit. Majorem vero partem scriptorum solus rerum potitus, a mense Novembri anni CCCLXI, usque ad V. Kal. Julias anni CCCLXIII, quo periit, inter curas imperii bellorumque discrimina, effudit verius quam elaboravit. Quibus nihilo minus tantam ingenii, eruditionis & facundie laudem promeruit, ut hac parte ex omni Augustorum numero parem habeat neminem. Eloquentiam sane, suos ipse magistros Libanium Themistiumque supergressus, omni Sophisticis furo & declamatorio tumore spreto, ad sincerum sanamque illud Atticorum oratorum judicium exegit. Variis etiam eruditionis ornamentis, atque interiorum literarum præfidiis, orationis splendorem & gratiam conciliavit, & cum reliquis lucubrationes mirifico exornavit, tum Cæsares imprimis & Misopogonem tam festive suaviterque dividit, ut singula pene verba Oratoris, Poetæ, Historici, aut alterius veteris Scriptoris, lectionem & usum erudita abusione prodant. At gravioris illius doctrinæ, quam Philosophiam

dicimus, eo frequentiora in his libris apparent documenta, quo profundius se Imperator his sapientiae studiis immerfit; non clarissimos modo sui aevi Philosophos, & in his Maximum in primis Ephesium affectatus, sed veterum quoque monumenta hujus generis omnia, perreptans, atque in his Platonis maxime studiosus: cujus placita cum Aristotelicis conjungenda esse, ut ex utrisque perfectae Philosophiae instar conflaretur, istius aevi communis erat sententia. Prava etiam curiositate abreptus, ultra doctrinam a veteribus traditam, nescio quod arcanae sapientiae genus inde usque ab Aegyptiis, Chaldaeis, Pythagoricis, repetitum, & a Jamblichio non ignoto de Mysteriis libro, doctissimi Galei cura nuper illustrato, expositum affectavit, praeter quo simplex & aperta Christi doctrina, quam antea hauserat, ipsi sordere coepit. Hujus autem se compotem fore credidit anima Theurgicis purgata sacris, quae Platonici recentiores prava Christianorum mysteriorum aemulatione excogitarant, quibusque initiati arctius cum Numine commercium seu *θειασμός* & afflatus divinos jactabant. Quae quidem Mysticae Sapientiae vanitas ex orationibus in Matrem Deum & in Solem maxime elucescit, quibus aniles ineptissimasque fabulas ex illa sacrorum disciplina explicare & ad sanum sensum traducere studuit. Quanquam & veras piaseque de Dei cultu sententias, & sanctissima vitae morumque praecipua, quae Christianum magis quam Gentilem sapiunt, in libris Juliani deprehendimus; veluti, bonorum omnium maximum esse pietatem & religionem: breve tempus bene & innocenter actum peccatis exigendae immortalitati anteponendum: hecatombas cum sanctitate nequaquam conferendas, sed hanc illis longe praefendam: fieri non posse, ut, qui se Divino Numini permiserit, prorsus deseratur: virtutem esse rerum omnium honestissimam, ad eamque actiones omnes referendas: rectam doctrinam non esse verborum & linguae sonum, sed mentis bene constitutae affectionem: praestare hominem praecipitari in Charybdim & Cocytum, quam in vitae genus delabi, quod ventri & libidini serviat: temperantis esse, ab illa quoque se abstinere voluptate, quae nec admodum turpis nec inhonesta videatur: quaeque sunt hujus generis plurima, quae non aliis magis quam sibi praecipit, iisque se legibus sic adstrinxit, ut in summa fortuna quam minimum sibi licere cuperet. Nec civilis prudentiae desunt docu-

documenta, præsertim in Cæsaribus; ut ab horum scriptorum lectione & meliorem quemque discedere liceat & prudentiorem. Magnam quoque lucem Historiæ illius ævi fœnerantur Juliani scripta, & imprimis Constantii Imperatoris vitam resque contra Magnentium Persasve gestas, ab aliis maligne aut confuse traditas, aut prorsus silentio præteritas, orationes priores duæ accuratius pleniusque produnt. Quin ipsius Juliani vita, fortuna, mores & studia non aliunde certius meliusque, quam ex his ejus ingenii monumentis cognosci possunt. Qui vero vel eloquentiæ capiuntur ornamentis, vel eruditionis sectantur amœnitates, in his libris abunde inveniunt quæ ad utriusque incrementa faciunt. Sunt enim & insignibus orationis luminibus distincta, & antiquitates ritusque variarum gentium illustrant. Neque vero Christianorum illius ævi instituta silentur, quæ ignorare non potuit Julianus, qui ad vicesimum usque ætatis annum illorum sacris addictus Anagnostæ personam in Ecclesia sustinuerat. Quare passim mores ritusque illorum tangit, nunc cavillatorie reprehendens, veluti cum illorum vigilias ad tumulos Martyrum irridet; nunc Gentilibus in exemplum & æmulationem ostentans, ut quum beneficentiam illorum erga pauperes, aut invictam adversus mortis pericula, si de fide sua asserenda ageretur, constantiam prædicat. Quin & quæ conditio fuerit Christianorum, imperante hoc infenso Christiani nominis hoste, non obscure ex his ejus operibus apparet. In quibus sane extant aperta illius impietatis vestigia, quæ augustum cætera Scriptorem hunc justissimæ sanctorum Patrum indignationi exposuit, ut ad æternam ipsius infamiam *impii & apostata* cognomine notaretur. Unde forte religiosiori cuidam scrupulus injici poterat, ut hæc monumenta potius supprimenda quam edenda, aut saltem illa quæ in Christianos iniqua sunt, rescanda duceret. Verum dubitationem hanc jam pridem exemerunt Martinus & Petavius in Præfationibus: nec æquum est, ut, quæ certissimo doctrinæ & eloquentiæ fructu nos auferre possunt, ob nævos quosdam aboleantur aut mutilentur, quibus nullum hodie periculum subest, ne Christianæ rei detrimentum afferant. Neque enim qua Christianos sugillant, nobis obsunt; sed qua laudant & defendunt, profunt. Illic malevolentiam animi prodit auctor; hic veritati vel invitum testimonium perhibet. Nam quæ impugnandæ religioni Christianæ

impio

impio intentoque studio iste fidei defertor excogitavit & prodidit, eadudum Alexandrinus Antistes gravissima disputatione retudit & confutavit. Equidem e Philosophis Gentilium strinxerat jam olim in Christianos stylym Celsus, quem Origenes; Hierocles, quem Eusebius; & maledicentissimo scripto Porphyrius, quem idem Eusebius, & postea Methodius, omniumque optime Apollinaris refellerunt. Sed quæ Julianus ad subruenda Christianæ fidei dogmata summo studio omnique adhibita ingenii vi conquisivit & protulit, iis tanto plus inerat penderis vel ad confirmandos Gentiles, vel labefactandos infirmos, quanto Auctor ipse non summa solum virtutis & doctrinæ opinione, sed interiori Christianæ religionis notitia præstare censebatur. Unde non trita illa & dudum explosa, nocturnos cætus, Thyesteas cœnas, Oedipodeos concubitus, similesque in Christianos calumnias recoxit, sed ex ipsis sacris literis tela petiit, quibus fidem illis superstructam oppugnaret. His itaque quum Gentiles mirifice se jactarent, eaque a Christiano doctore everti posse negarent; satis graves causas habuit Cyrillus, cujus ævo nondum idolorum cultus orbe Romano prorsus erat abolitus, cur vanitatem hujus scripti coargueret, malamque ejus fidem in pervertendis sacræ Scripturæ testimoniis & præceptis omnium oculis exponeret. Ne vero vim & pondus argumentorum, quibus usus est Julianus, declinare vel effugere videretur; ipsis ejus verbis illa exposuit, & suam cuique argumento responsionem statim subjecit. Nec illo genere armorum, quo Julianus maxime pugnaverat, in hoc certamine uti dubitavit, multisque Poetarum, Historicorum & Philosophorum testimoniis (quæ magna ex parte apud Clementem Alexandrinum, Eusebium, & Cyrilli æqualem Theodoretum quoque leguntur) aut Mosis præ Græciæ doctoribus antiquitatem asseruit, aut Gentilium de Diis fabularum insaniam ostendit, aut consensum cum nonnullis Christianæ fidei placitis (non ubique satis apposite aut circumspecte) evincere est conatus. In universum vero de his libris id pronunciaripotest, multa erudite, sapienter ac opportune in iis animadversa, quibus importunæ seu potius futiles Juliani cavillationes diluuntur.

Quare facturum se operæ pretium vere judicavit illustrissimus operum horum Editor, si hoc Cyrilli æque ac Juliani opus reliquis

liquis hujus scriptis non adjiceret modo, sed & idem, æque ac reliqua Juliani opera, notis illustrandum susciperet. Id enim augusti Scriptoris dignitati & præstantiæ deberi existimavit, ut in verba & mentem ejus paulo diligentius inquireret, quæque vel reconditi ritus & dicti factique minus obvii indicium præferrent, vel doctrinæ elegantia commendabilia viderentur, eo uberius explanaret, quo Petavii notæ in hoc genere parciore ac tenuiores deprehenduntur, Lectorem tantum non ubique destituentes hiantem, quædam etiam perperam & confuse tradentes. In hoc vero commentandi labore dum sic versatur Vir excellentissimus, ut e divite variæ eruditionis penu liberaliter & copiose depremeret, quæ & rei propositæ plenam certamque notitiam afferrent, & eadem opera præcis omnis memoriæ Scriptoribus lucem affunderent, en! librarius Lipsiensis, qui edendum hoc opus susceperat, moræ impatiens urget & obtinet, ut operis destinati priorem Tomum, ipsa scilicet Juliani & Cyrilli scripta, cum virorum doctorum notis & præfationibus, pace illustrissimi Editoris divulgare, ejusdemque in primam Juliani Orationem observationes, a reliquis divulsas, tantisper velut speciminis loco adjicere posset, donec & illæ sub prælo jam sudantes, & justum impleturæ volumen suo tempore prodirent. Ægre quidem assensus est Vir summus huic totius Operis distractioni, eo quod multa vel Græci contextus vitia, vel Interpretum peccata, sciens volens dissimulasset, quorum in Observationibus mentionem facere decreverat: nec ipsi consilium illud probari potuit, quo solæ in primam Orationem notæ huic tomo subjectæ sunt, quum illa Oratio in laudibus Constanti decurrens singulari aut eruditæ notationi locum non reliquisset, neque iis operam atque industriam suam in hos libros illustrandos collatam æstimari vellet. Cæterum non dubitamus, quin omnes elegantioris doctrinæ amantes nobiscum magnam illustri Auctori sint habituri gratiam, quod expugnari se passus sit, ut cum ipsis Juliani operibus, digno cultu habituque nunc exornatis, suas in primam Orationem locupletissimas observationes prodire sineret. Quibus sane orbis eruditi desideria, totius Operis expectatione jamdiu accensa, aliquantum leniuntur, ut suavissima hac promulside refecti lautissimas illas variæ eruditionis dapes, altero volumine apponendas, æquiore animo expectent. Quanquam & hic ea doctrinæ lautitiæ

excipiuntur Lectores, ut vel acerrimam famem facile sedare possint. Nam qui vel solum indicem inspexerit optimorum omnis memoria Scriptorum, qui in his annotatis vel laudantur, vel notantur, vel illustrantur, is facile intelliget inexhaustum esse infinitæ lectionis atque eruditionis fontem, ex quo uberrimæ illæ Notæ proflexerint. Hic inveniunt Historiarum studiosi exposita & elucidata, quæ Scriptorum incuria vel penuria multis tenebris obruta jacebant. Inprimis in res Constantii Imperatoris, perplexe aut jejune ab Historicis traditas, diligentissime hic inquiritur, immo gestis Constantini Magni, totique ejus Genti nova quædam lux infertur. Hic discimus, falso accusari Constantinum M. quod limitem Romanum versus Danubium & Rhenum præsiidiis nudaverit: hic intelligimus, quando ejus monarchia cœperit; quando urbem ad Bosporum Constantinopolim ab ipso dictam condere cœperit, & quot annos in ædificanda ea consumserit; an aliam uxorem post Maximiani filiam Faustam duxerit; Vicennalia quando celebrarit. Nec illius ævi modo aut gentis res attinguntur, sed & aliarum, puta Gothorum, Francorum, Saxonum, Scytharum, Celtarum, Saracenorum, Arabum, origines, sedes, mores, & fata passim illustrantur. Inprimis de Laconum & Persarum rebus & institutis afferuntur plusscula, & in his Isæaci Vossii sententia, quod Xerxes cum patre Dario regnaverit, & hoc modo decem annos apparatu belli adversus Græcos consumsisse dici possit, in dubium vocatur. De Nesibis in Mesopotamia urbis, & Romanorum coloniarum, quæ Julia Septimia in nummis dicta, postea Antiochia Mygdonia nuncupata, obsidione a Persis ter suscepta, precibus & virtute Jacobi Episcopi tolerata, multa etiam afferuntur; nec non de auctorum dissensu super tempore & loco apparitionis crucis sub tempus pugnae inter Constantii & Magnentii exercitus, ad Murfam oppidum Pannoniarum, quod hodie Essek dicitur, fuse disquiritur. Quin & ad Geographiæ veteris cognitionem exactiorem quæ faciunt, multa hic traduntur: provinciarum nomina, partes, limites, fluvii designantur: Galliarum opes & census demonstrantur: urbium multarum situs, & tracta ab Imperatoribus cognomina e nummis indicantur: utriusque Romæ, cum primis autem Novæ, notitia & origo panditur. Quæ vero ad ritus & antiquitates pertinent, ex interioribus litteris petita, eorum largam hic messem licet metere. Augustei & Cæsarei fastigii discrimina

mina & variæ appellationes; divini honoris cultusque nomina Imperatoribus tributa; natalis & ortus & imperii suscepti celebratus; Pontificis Max. dignitas a Christianis quoque Imperatoribus ad Gratianum usque retenta; amici Cæsarum & comites qui dicti, quæque eorum jura & dignitas; purpuræ usus & species; adlocutionis ritus; encomii, & in universum laudationum ratio; purgationum & lustrationum genera modique; votorum nuncupandorum solennitas; adoptiones Cæsarum; legum Romanarum in civitatibus Imperii Rom. usus; Parysatis soror & conjux mater & filia Regis Persarum; athletarum victus ratio; tribunal, e quo duces alloquebantur milites, prætorio castrensi antea junctum, ab eo postea separatum; & hujus generis longe plurima, selectissimis Veterum testimoniis adstructa, erudite exponuntur, & pro re nata nunc brevius nunc fufius explicantur. Neque veteris rei militaris ratio & prudentia hic negligitur: aciei quæ fuerit apud Romanos ordinatio; quæ phalanx Macedonum; Romanorum quæ classes; equitatu vel peditatu quæ gentes præstiterint; equitatus ubi superior, quid agendum; varia armorum & machinarum genera, galeam, scutum, loriam qua tecti clibanarii & cataphracti, ocream, gladios, crates, testudines aggestitias, fossorias, arietarias; militum victum, exercitationes, decursiones, poenas; Paxana Marti ante prælium cani solitum, cujus loco Christiani *Κύριε ἐλέησον*, aut *Deus nobiscum* acclamarint, & alia huc spectantia non parce delibata videas. Quæ vero ad Græcæ linguæ vim & proprietatem in quibusdam vocibus rectius cognoscendam bene multa annotantur, ea peculiari indice omnium oculis sunt exposita. Neque in loco desunt civilis prudentiæ monita, aut Juris Romani in Justiniano ac Theodosiano codice ornamenta, non quidem præter rem ambitiose congesta, sed æque ac prioris generis observata, ad unum Auctorem illustrandum opportune relata. Quæ singula si documentis in medium allatis comprobanda susciperemus, ipsæ Observationes integræ repetendæ forent. Satius erit ad ipsas Lectorem dimittere, qui illustrissimo Auctori & pertexendis his in Julianum Observationibus eruditis, & reliquis quæ in salutem & decus rei literariæ molitur, perficiendis, ab arduis & gravissimis negotiis aulae liberalis otium, firmamque valetudinem nobiscum apprecabitur. De Notis sane in *Callimachum*, quas in his Observationibus Julianis p. 192. 218.

260. 282. memorat, bene sperare nos jubent bibliopolæ Batavi, brevis eas prodituras: quas ut ex sequantur, quas in *Aeschylum* eum contextuisse, e p. 34. 175. 262. harum Observationum apparet, quam maxime vovemus: Diatribas etiam *de nummis αὐτονομῶν & ἐλευθέρων urbium sub Romanis*, p. 37. promissam, & aliam *de civitate Romana coloniis data*, p. 35. 36. indicatam, ut cum aliis vasti ingenii doctis monumentis publicæ luci exponat, eundem publico nomine obsecramus.

RESPONSIO DANIELIS PAPEBROCHII, EX SOC. JESU THEologi, ad Exhibitionem errorum per Adm. R. P. Sebastianum a S. Paulo Ord. Carmelitani in Belgio bis Provincialems &c.

• *A. 1693. Colonia evulgatam.*

Antverpiæ ex typographia Henr. Thieullier, 1696. in 4. pl. 10.

VASTUM illud opus Sanctorum Acta continens, quod autoribus Johanne Bolland, Godofredo Henschenio, Daniele Papebrochio, Francisco Baertio & Conrado Janningo, intra dimidium, & quod excurrit, seculum a Calendis Januarii usque ad 7. Id. Junii hætenus processit, & in viginti volumina jam excrevit, varia hætenus opuscula impugnarunt. Prodiit enim A. 1683 Gallice, postea Latine quoque reddita *Responsio ad epistolam, qua visa Leodii grassari, sub titulo N. Consiliiarii Regii, contra originem & successionem ordinis Carmelitarum.* Et Consiliarium quidem illum Regium, cujus epistolæ de libellis in Flandria adversus Henschenium & Papebrochium disseminatis responsio hæc opposita est, fuisse Carolum du Fresne Dominum du Cange, in Actis nostris mense Februario A. 1683 indicavimus. Et si autem prædicta Responsio sub nomine Dn. Antonii Herovallii, ad quem Cangii epistola directa fuerat, publicata fuerit, graviter tamen ille de abusu sui nominis questus est, & hanc sibi factam injuriam solennibus instrumentis vindicavit. Ejusdem cum illa Responsione furfuris sunt libelli sequentibus titulis ornati: *Amycla Jesuitica, sive Papebrochius scriptis Carmeliticis convictus suo silentio proditus, autore D. N. Consiliiario Regio; Suada Harpocratis, sive Daniel Papebrochius Jesuita a Carmelitis convictus sibi suadens silentium, Hermopoli, typis Lippiis 1683; Jesuitica ad epistolam in Suada contentam Responsio; Synopsis*

Synopsis authentica & curiosa errorum commissorum a Dan. Papebrochio contra utrumque Carmelitarum ordinem, autore Alberto Zennero de Vesalia Clivorum, Ord. Prædicat. SS. Theolog. Magistro & Professore. Omnes autem isti tractatus, cum primum seorsim prodissent, postea simul cum Jesuitico papali & Jesuitico non papali in unum volumen collecti sunt, cui hic titulus præfixus legitur: Jesuiticum nihil, R. Papebrochio Jesuita super ipsius tum Carmelitis quoad Ordinis illius historiam controversia Carmeliticis scriptis convicto & ad silentium redacto, demonstratum auctore Petro Fischero Francone, Salisburgi apud Godofredum Junck. Huc etiam referenda Heroica Carmeli Regula a Sanctissimo Propheta Dei Elia vita & exemplis tradita, ab Hierosolymitanis Patriarchis Johanne & Alberto scripta, a cujusdam mustei Scriptoris vilipendio vindicata, per Valentinum a S. Amando ejusdem Ordinis Historiographum, Colon. apud Petr. Atsdorf 1682; item Pomum discordia, sive dissidii inter Papebrochium & Carmelitas origo, progressus & fructus; nec non. Novus Ismael, seu Papebrochius omnes impugnans orbi expositus per Justum Camum: ut Harpocratem Carmelitarum Papebrochio loquentem per Maximilianum a S. Maria; Harpocratem Jesuiticum Papebrochium salutaris silentii, debiteque palinodia monentem, per Valentinum a S. Amando; Prodrorum Carmelitarum, sive Papebrochii erga Elianum Carmeli Ordinem sinceritatem velitatem & remissive discussam, zelo & studio ejusdem Valentini a S. Amando; Debita Papebrochiana, sive palinodia cantata & cantanda a Dan. Papebrochio computum primum, continentem debita soluta sive palinodias cantatas, subductum per D. I. S; Papebrochium Historicum conjecturalem bombardizantem in Actis Sanctorum S. Lucam, & SS. Patres, Pontifices, Cardinales, Indulgentias, Bullas, Breviaria & veteres fundationes monasticas, restinctum a Dn. Christiano del Mare; Epistolam informatoriam ad Societatem Jesu super erroribus Papebrochiani, aliaque ejus generis scripta taceamus. Etsi autem Papebrochius & Socii opuscula ista ex consilio Virorum illustrium contentu potius & silentio quam refutatione digna censuissent, respondendi tamen necessitatem sibi impositam animadverterunt, ex quo Carmelitarum in Belgio Provincialis Sebastianus a S. Paulo variis scriptis Acta Sanctorum Romanæ Curia odiosa reddere annifus est. Ac primum quidem Conradus Janningus in opusculis quibusdam

apologeticis, quæ mense Martio hujus anni recensuimus, Papebrochium & Acta Sanctorum a Sebastiani a S. Paulo accusationibus defendit. Postea vero & ipse Papebrochius ad Exhibitionem errorum, quam ille Carmelitarum in Belgio Provincialis ante triennium evulgavit, articulatum respondere operæ pretium putavit; ex qua responsione si aliqua breviter excerptamus, non ingratum id Lectori fore speramus. Cum igitur Carmelita in primo Exhibitionis suæ articulo, qui circa Christi vitam versatur, octo errores Papebrochio exprobrat, ad singulos Jesuita noster paucis respondet. Nam quantum ad primum errorem attinet, accusatus quod de Christi paupertate agens a SS. Patribus & communi fidelium sensu recesserit, se quoad Christi paupertatem nihil S. S. Patribus & communi fidelium sensui contrarium docuisse probat: neque admittit, adversarium suum tanto propius ad veritatem accedere, quanto longius a Wicleffi, Erasmi, & Lutheri sententia recedit, cum sæpe homines ab uno extremo ad alterum labi contingat, quemadmodum Calvinus, dum a Pelagiano errore longissime abiit, in alium huic contrarium incidit. Ad secundam accusationem in eo sitam, quod cum Natali Alexandro ab Ecclesia damnato Christum 37, annis vixisse asseruerit, regerit, se quidem eatenus Natalis Alexandri sententiæ fuisse, quatenus Christum ultra 33 annos vitam suam protraxisse asserat, neque tamen se cum Alexandro annos 37 Christo tribuisse, sed potius eam sententiam pro paradoxa declarasse. Præterea notat, se Alexandri sententiam allegasse ante quam Romæ damnaretur, & frustra ab Antagonista suo obtendi, quod ex sanctorum Patrum sententia certum & indubitatum in ecclesia hætenus fuerit, Christum duntaxat annis 33 vixisse, cum diversa plane de annis Christi Patrum sententia fuerit, & alii plures, alii pauciores annos Christo adscripserint. Atque hinc colligit, se Christo annos 33 cum tribus mensibus tribuentem minime argui posse, quasi a communi ecclesiæ sententia recedat, cum Carmelitæ potius a communi ecclesiæ sententia abiverint, cum in comitiis provinciæ Tolosanae Biteris A. 1682 Pythagoram, omnium consensu gentilem, in Carmelitarum numerum recipere, thesibus publice propositis, veritè minime fuerint. Tertium accusationis caput est, quod imagines Christi & Mariæ a Luca pictas cum hæreticis impugnet. Scripserat enim Papebrochius, quod S. Lucam, quem medicum fuisse ex Paulo con-

ster,

stet, pictorem quoque pia fidelium credulitas faciat, innixa variis Christi & Mariæ imaginibus, quæ Romæ & alibi venerationem habent. Fatetur hæc a se scripta, neque dissimulat, se addidisse, quod quæ Paulus de Angelis in commendationem illarum imaginum deseruit, examine aliquo egeant. Non diffitetur etiam, se num Christus S. Angelum Carmelitam cum imagine Mariæ per Lucam depicta in Siciliam ire iusserit, dubitasse. At negat inde sequi, quod nullas imagines a Luca pictas admittat. Urget quidem Adversarius vocem credulitatis, & auctoritatem Calepini, qui credulitatem per errorem interpretatus est, ideoque a Papebrochio per piam fidelium credulitatem, temerarium fidelium errorem intelligi colligit. Verum Papebrochius reponit, adversarium suum verba Planci apud Cicero- nem perperam Calepino tribuere, qui ea tantum allegavit, cum Calepinus credulitatem per credendi facilitatem definiat. Credendi autem facilitatem non semper temerariam & levem, sed nonnunquam probabilem & discretam esse notat, & se non de temeraria sed probabili credulitate locutum inde probat, quod credulitatem eorum, qui Lucam pictorem faciunt, piam dixerit. Quarta accusatio Papebrochium reprehendit, quod ansam dubitandi præbeat, an vera Christi facies sudario S. Veronicæ revera impressa fuerit. Quod sibi ob- jici miratur, cum ipse adversarius fassus fuerit, quod Papebrochius su- darium Christi faciem exprimens citra ullam dubitationem admit- tendum agnoscat. Lubens interim concedit, se in Actis Sanctorum dubitasse, num mulier quædam nomine Veronica, quæ Christo cru- cem bajulanti occurrisset, eique faciem sudario suo terfisset perhiberet, unquam in rerum natura fuerit, qua de re etiam jampridem dubita- tum fuisse notat, antequam Sanctorum Acta prodirent. Observat e- nim, nomen Veronicæ in Galefinii, Martyrologio quidem legi, at Baro- nium, cum multis Sanctis martyrologium auget, Veronicam tamen addere ausum non fuisse, imo Gregorii XIII tempore adjunctam ex- punxisse, & in suo Martyrologio alto silentio pressisse. Adducit præ- terea Scriptores, qui ipsum sudarium Veronicam appellarunt. Un- de suspicatur, quod Veronica nihil aliud sit, quam vera icon Christi, quæ successu temporis corrupte Veronica appellata fuerit. Postre- mo addit, se sanctæ mulieris cultui nequaquam invidere, imo gra- tissimum sibi fore, si Romanæ Sedis auctoritate Veronicæ nomen.

Mar-

Martyrologio restitatur, sanctitas ejus definiatur, & sic qualiscunque dubitandi locus omnibus eximatur. Sequitur quinta accusatio, juxta quam Papebrochius Christi columnam, scalas sanctas, aliaque monumenta sacra Romæ existentia arrosit. Ad hæc respondet, quod inter sanctitatis incerta monumenta non retulerit columnam, ad quam Christus flagellis cæsus est, sed eam, de qua in vita S. Francisci de Paula legitur, quod Christus in illa convitium dæmoniaci ab impijs Judæis in se conjectum tulerit; quam columnam jam pridem ex hominum oculis remotam, & in nescio quem angulum projectam asserit. De scalis sanctis negat se sinistre judicasse. Etsi enim scripserit, quod e Pilati prætorio advectæ erendantur, negat tamen inde exculpi posse, quod scalas illas inter incerta sanctitatis monumenta retulerit. Gravissima omnium est accusatio sexta. Nam in ea meritum Christi impugnasse dicitur. Verum sanctissimæ protestatur, se istud crimen, non vulgari omnino execratione dignum, ex animo abhorrere. Occasionem autem accusationis inde natam asserit, quod in vita S. Canionis illuminationem Tobix, quæ ante Christi incarnationem contigit, non satis apte Christo tribui dixerit, idque absque ulla læsione venerandi dogmatis de merito Christi a se fieri potuisse minime dubitat. Septimæ accusationis objectum est historia inventæ crucis, quam in ecclesia receptissimam, & Romano Breviario insertam, a Papebrochio tanquam fabulam repudiari, Carmelita ferendum non existimat. Respondet Papebrochius, se veram inventæ crucis historiam nequaquam repudiasse, sed tantum fabulosa, quæ circumferuntur, inventionis illius acta rejecisse, cum clarissime demonstrari queat, autorem istorum actorum, quicumque fuerit, mera temporum, locorum, personarum & gestorum figmenta protulisse. Ostendit præterea, mala fide adversarium suum dixisse, quod Gelasius & Episcopi in concilio Romano congregati historiam de inventione crucis Dominicæ cum omni honore suscipiendam decreverint; cum potius Gelasius in illo decreto historiam de inventione crucis inter novellas relationes numeret, & Christianos cum Apostolo Paulo moneat, ut ejusmodi acta legentes omnia probent, & quod bonum est teneant. Ad octavam eamque ultimam primi articuli accusationem, quæ Antverpiense Christi præputium concernit, Vir celeberrimus brevissime respondet, tantum abesse, ut Christi præputium

Ant-

Antverpiæ servatum impugnet, ut potius indubitabilem ejus a quinque sæculis possessionem variis documentis probatam asseruerit.

In secundo Exhibitionis suæ articulo, octodecim accusationes continente, Sebastianus a S. Paulo ostendere conatus est, quam graviter Papebrochius circa summos Pontifices impeggerit. Cum autem instituti nostri ratio non patiatur, quæ ad tot accusationes respondit Vir doctissimus, omnia referre, aliqua tantum seligemus. Negat igitur, se magnum piaculum in eo commisisse, quod cum plurimis aliis celeberrimis Viris Romanæ Ecclesiæ addictis Petrum quinque & viginti annis Romæ sedisse negaverit, & Sylvestri acta & fabulam de Constantino M. Romæ baptizato, ac edictum quod donatio Constantini appellari solet, tanquam spuria & supposititia repudiaverit. Negat vitio sibi verti posse, quod in quæstione, num jus eligendi Imperatorem per septem Germaniæ Principes a constitutione Apostolica profluat, Natali Alexandro adjutore usus fuerit, cum ob censuram in libros ejus factam doctrinæ excellentis elogium non amiserit, & eruditissimus S. Galli Abbas, nuper Eminentissimus Cardinalis, Sfondrati in libro, quem Innocentiam Vindicatam inscripsit, eundem celeberrimum ætatis nostræ Theologum & Doctorem Parisiensem appellaverit. Non arbitratur, se acta Sinuessani concilii rejicientem, contra dignitatem & auctoritatem Romanæ sedis graviter deliquisse. Etsi enim Nicolaus I. acta illa tanquam genuina allegaverit, levius tamen Papebrochio videtur dicere, quod Nicolaus I. in illa allegatione erraverit, quam quod S. Marcellinus, qui & ipse Romanus Pontifex fuit, nefando idololatriæ crimine, cujus in actis illis postulatur, pollutus fuerit. Neque se propterea damnandum judicat, quod scripserit, in fabulosis illius concilii actis Papam nullo casu a quoquam judicandum falso asseri. Assertionem enim illam, omnino falsam esse, ex eo probat, quod in canone *si Papa, distinct.* 40. verbis S. Bonifacii Papam saltem in causa fidei judicari posse definitum fuerit. In causa Felicis V, qui in concilio Basileensi contra Eugenium IV. Papa electus est, secutum se asserit sententiam Petri Monadi Jesuitæ, qui nomine suo suppresso, A 1624 Amadeum Pacificum, seu de Eugenii IV. & Felicis V. controversiis commentarium Taurini ediderit, quem commentarium a Bzovio totum pene descriptum, & tomo 17. Annalium eo sine adjectum, ut, quæ antea de Felice scri-

pferat, castigaret, ex Bibliotheca Jesuitica observat. Neque huic sententiae, quae Felicem excusat & defendit, obesse putat, quod Eugenius IV. in fervore contentionis Felicem illum filium perditionis nominavit, cum illud iusto quidem zelo ignoscendum, non tamen pro oraculo habendum videatur, cum saltem conscientia electi Felicis, si vel maxime ejus electio illicita fuisset, a culpa immunis fuerit, siquidem Papatum, ut in ejus epitaphio legitur, non regnandi libidine, sed obsequendi necessitate in se susceperit. Quod ulterius ab accusatore de Sergii sigillo objectum fuit, quasi nempe in Actis Sanctorum sigillum Sergii Papae Sergio haeretico tributum fuerit, ex ignorantia linguae Graecae potius, quam ex caeca calumniandi libidine profectum Papebrochius suspicatur. Cum enim sigillum, de quo agitur, Graecis literis notatum sit, cujus altera facies verba ΒΟΗΘΗ CΕΡΓΙΟΥ exprimit, altera quatuor has literas ΘΕΟΣ per totidem crucis extrema partitas exhibet, non improbable esse putat, quod hoc sigillum in Vaticano asservatum potius ad Sergium Patriarcham Cplitanum haeticum, quam ad Sergium aliquem Romanum pertineat. Cur Formosi epistolam Episcopis Angliae inscriptam merum seculi XI. figmentum esse suspicatus fuerit, rationes varias allegat. Negat se Pontifices in materia religionis erroris arguisse, etsi scripserit, quod Historici non existiment, Pontificia autoritate se constringi, ut pro canonizato habeant, quicquid Romae quomodocunque probatum vel improbatum fuerit. Egerat enim, cum ista scriberet, de historia fictitii Papae Cyriaci, qui dimisso Papatu virgines Ursulanas comitatus perhibetur. Quae historia etsi in quibusdam Breviariis lecta, & a Johanne Andrea in glossis decretalium approbata fuerit, observat tamen, quod plurimi ad eam credendam se Pontificia autoritate constringi minime patiantur, & ipse Gregorius XIII. eam ex glossa decretalium eradi jusserit. Fatetur quoque se scripsisse, multa Pontificum bullis ex alia relatione inseri, quibus inde ne minimum quidem majoris probabilitatis, quam antea habuerint, accedat. At nec hujus assertionis ipsum poenitet, nec ex ea sequi censet, quod Pontifices in materia religionis erroris arguerit. Probat autem assertionem suam, ut reliqua argumenta taceamus, ex Brevi Clementis IX. dato d. 24. Sept. 1668, cui inserta legatur relatio Patrum Carmelitarum Discalceatorum, quam tamen subdolan & falsam Clementis

mens X. in suo Brevi pronunciarit. Non putat se Alexandro VII. injuriam fecisse, cum scripsit, eum, quæ de S. Suiberti canonizatione per Leonem III. celebrata dixerat, nunquam a se dicta optatum fuisse, si quæ Bollandus in illius rei examine differuit, legere potuisset, nec, antequam Martius editus fuisset, extremum diem obisset. Neminem Catholicum esse asserit, qui non Sedem Romanam ut veritatis magistratam revereatur; at neminem Theologorum esse, qui Pontificem in meris factis ex aliorum relatione & ex communi opinione referendis infallibilis autoritatis esse statuatur; unde Baronius allegatam a Nicolao I. Polychronii damnationem repudiare veritus minime fuerit. Negat igitur, se Theologorum illorum vestigiis insistentem cum Romana sede agere ut Judæi cum Christo, qui, cum, ave ipsi dicerent, in faciem ejus expuerunt. Inficiatur quoque, se hæreticorum aliorumque ab ecclesia damnatorum quam Romani Pontificis autoritatem pluris facere; etsi non dissimulet, veritatem, si ab hæreticis defendatur, minime deserendam esse. Notat ipsos Pontifices quandoque falsos, quod mandata particularia per pravam insinuationem sibi extorqueri possint; unde perperam eos cum apostatis comparari censet, qui Pontifices erroris alicujus arguunt. Librum Joachimi Abbatis ab Innocentio III. & Honorio III. damnatum se unquam approbasse aut laudasse negat, etsi docuerit, Joachimum illum in Psalterio suo de Trinitatis mysterio catholice scripsisse, & satis constare, quod saltem ultimis quindecim vel sedecim annis ejus doctrina circa mysterium Trinitatis orthodoxa fuerit, ideoque disquiri posse, num libellus citra controversiam hæreticissimus meritoque damnatus revera Joachimi, an alterius autoris ejus nomine abusi fuerit. Hæc aliaque cum pro sua defensione ad secundum articulum Papebrochius attulisset, Roma nunciatum ipsi fuit, circumferri ibidem comparationem propositionum ab ipso assertarum cum propositionibus Pontificum Romanorum, ut quantum Romanæ sedis adversaretur, inde innotesceret. Quamobrem in appendice responsionis ad hunc secundum articulum, ad comparationem illam sibi communicatam sic respondet, ut primum prothesin Pontificum Romanorum, & ex adverso antithesin sibi imputatam ponat, tum vero suam thesin subjungat, ejusque sensum breviter illustret. Sunt autem theses illæ numero decem, & omnes Carmelitarum Ordinem spe-

stant, quibus etsi laudes suas detractas nolit, diffimulare tamen non potest, quod in facultate historico-critica parum exercitati sint, neque persuadere sibi potest, ut somniis illis fidem adhibeat, quæ pro summa Ordinis sui antiquitate levi quadam & simplici credulitate tradunt. Hæc de responsione ad primum & secundum articulum dicta sufficiant.

*HISTORICA DISSERTATIO DE UNO EX TRINITATE
carne passio. Accedunt Historia Pelagiana HENRICI NORIS
ab Anonymi scrupulis Vindicia.*

Romæ, typis Fr. de Rubeis, 1695. in 4. Alph. 1. plag. 18. & Venetijs, apud Paulum Balleonium, 1696. in 8. plag. 21.

ANnum agi secundum supra vicessimum, in præfatione ad hoc opus innuit Cardinalitia haud ita pridem epomide ornatus Norisius, e quo Historiam suam Pelagianam Vindiciasque Augustinianas in lucem publicam emisit. Ab utroque autem scripto, A. 1672. supremæ Romanæ Inquisitionis decreto a Viris doctissimis Romæ diligenti & acurato examine expensò atque approbato, gratiam se tantam retulisse ait, ut a Clemente X. inter Romanæ Inquisitionis Qualificatores allectus fuerit. Sed cum A. 1673. iidem libri Patavinis typis excusi, ac dein iterum tertioque extra Italiam impressi fuissent, quosdam tradit contra eos clanculario primum insurrexisse, post animosiores factos eosdem apud Romanæ Inquisitionis tribunal plurimum errorum accusasse, alterumque de iis examen impetrasse, e quo tamen illi A. 1676. indemnes nullaque theologica nota perstricti evaserint. Interim Ecclesiasticæ Historiæ Professore in Academia Pisana se agente, inducias eos usque in annum decimum sextum ab adversariis obtinuisse. Demandata autem sibi A. 1692. ab Innocentio XII. Bibliothecæ Vaticanæ præfectura, in nova eos adductos discrimina, cum adversarii sparsis quaquaversus libellis Auctorem prædænnatæ Jansenii doctrinæ insimularent. Delegisse tunc Summum Pontificem plures Theologos a partium studio procul remotos, illisque librorum horum examen commisisse, qui munere demandato accurate perfuncti nullam in iis sententiam censorio stigmate confixerint; cujus quidem judicii, licet secretis suffragiis peracti, exitus e facta Auctoris in Collegium Consultorum Romanæ Inquisitionis cooptatione satis appa-

apparuerit. Nihilo tamen secius inventum nunc esse novum criminandi modum queritur, quo non tam sua volumina, quam exercitum de iisdem iudicium in invidiam vocetur; dum nonnemo, quo debitam erga supremum Quæstorum fidei tribunal reverentiam in speciem saltem præferre videretur, quosdam ipsismet librorum illorum Censoribus libellos Scrupulorum titulo obtulerit, ad eos scrupulos veluti ad scopulos eorundem censorum iudicium allisurus; prout & idem tres diversas scriptiunculas alias libris Norisianis oppositas disseminavit. Is ergo iustam opponere apologiam Auctor minime detrectare voluit. Cum vero impugnationis capita præcipua concernant defensores ab Eutychnismo Scythas monachos, Vincentiumque Lirinensem ac quosdam Gallæ Episcopos Semipelagianismi accusatos, & assertum ab Auctore in nonnullis fidei capitibus Janfenismum; idcirco distinctis ea Dissertationibus hic excussit, quarum summam more nostro breviter jam referemus.

Monachos Scythas haud peccasse, quod unum de Trinitate carne passum dixissent, quondam asseruerat Eminentissimus Auctor. Istud ergo denuo jam probaturus, non inconsultum arbitratus est, totam illius controversiæ historiam a suis incunabulis ad exitum usque perducere; quod ejus institutum *primam* in hoc libro Dissertationem peperit. Videlicet damnato in Synodo Ephesina Nestorio, hæreseos ipsius sectatores aliunde auctoritatem ei conciliaturos id consilii cepisse refert, ut dogmata plane eadem a Theodoro, Episcopo Mopsuestiæ in Cilicia, dudum tradita fuisse perhiberent. Verum orthodoxos Episcopos ac Abbates majoris Armeniæ syllabum errorum ex Theodori libris colligentes, eosdem S. Proclo, Patriarchæ Constantinopolitano, damnandos per Legatos obtulisse, qui, cum istas doctrinas veluti Nestoriana peste infectas rejiceret, primus omnium propositionem illam: *Unus de Trinitate passus est*, protulerit. Hanc in Synodo Chalcedonensi laudatam probatamque dici a quibusdam refert; ab aliis vicissim innui subjungit, quod ea ibidem damnata fuerit. Sed neutra ex his opinionibus Auctori nostro arridet, quin ipse potius sic statuit, noluisse Patres eam propositionem synodicis inserere definitionibus, ne viderentur intellectum loquentis potius approbasse, quam verba; quandoquidem Catholici ea dextro & congruo sensu acceperint, Eutychniani contra depravate interpretati fuerint. Nar-

rat enim, Petrum Fullonem, Eutyichianorum pessimum, Antiochena sedis inuasorem, cum unicam eamque divinam in Christo naturam adstrueret, affirmasse, eandem quoque fuisse passam; ubi ea tradere se dixerit, quæ magni in universa Ecclesia nominis Proclus paulo ante docuisset. Eundem Fullonem trisagio: *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis!* appendicem inseruisse, qui passus es pro nobis. Cum vero a non paucis argueretur, quod Trinitatem, quæ isto hymno invocabatur, passam mentiretur, novo errore priorem commutasse ipsum, ac trisagium soli Verbo Deo cani asseruisse, quæ de causa propositio: *unus e Trinitate passus*, in ore ipsi sæpe fuerit. Ostendit vero Auctor, communi consensu credidisse Catholicos, Christum unum de Trinitate dicendum esse, quod ipsum etiam hæretici omnes Henoticum Zenonis admittentes falsi fuerint, solis eam thesin Nestorianis negantibus. Factam autem Henotici illius in Latina Ecclesia repudiationem effecisse, ut propositio de uno ex Trinitate incarnato in Occidente nequitquam usurparetur, & ejus vice Latini unam de Trinitate personam dicerent. Quinimo cum Anastasius quoque Imperator propositione illa de uno e Trinitate passo, vocem *carne* omittens, Eutyichiana fraude abuteretur, hinc eo magis ab eadem abalienatos fuisse Occidentalium animos concludit. Accidisse interim refert, ut imperio ad Justinum delato, inter reliquos Episcopos in regiam urbem adventantes, Paternus quoque Tomorum in provincia Scythia Metropolitanus illuc se contulerit, quem e vestigio quidam monachi cum eo dissidentes sint insecuti, isto forsitan consilio, ut coram Johanne Patriarcha causa disceptaretur. His cum monachis Victor quidam Diaconus controversiam habebat inter alia de uno de Trinitate crucifixo, quam monachi Scythæ ad Legatos ab Hormisda Pontifice Constantinopoli tunc missos detulerunt, rogantes, ut istam thesin de uno ex Trinitate tanquam orthodoxæ fidei canonem comprobarent. Ut ut autem, ceu latius ostendit Auctor, dextre eam explicare modisque omnibus roborare niterentur, non tamen id, quod quærebant, a Legatis impetrare poterant, quippe qui monachos Scythas ea in causa non quidem ut hæreseos aliqujus assertores rejecere, interim tamen thesin modo memoratam uti novam, nec a Synodis uspiam assertam, admittere recusarunt. Quamobrem monachi causam integram Hormisda Pontifici exponere

nere

nere decernentes clanculum ex urbe regia discesserunt, Romamque profecti sunt. Plura equidem fuisse capita, super quibus cum Victore monachi Scythæ contenderint, affirmat Auctor, videlicet, quod unus e Trinitate carne passus sit, quod beata Virgo vere proprieque sit Dei genitrix, quod Christus sit compositus; hæc tamen singula illata fuisse existimat ex primo illo atque principali, quod Christus debeat dici unus de Trinitate. Inquirat autem, cur Legati Pontificii de controversia monachorum ad Hormisdam scribentes, unius tantum quaestionis de uno de Trinitate crucifixo mentionem fecerint, ac thesin de Christo uno de Trinitate omiserint? Ubi solutionis in locum conjecturam istam adhibet: sæpius solere disputantes, quo validius adversariorum dicta refellant, eadem ab absurdo inde consectorio oppugnare. Jam fuisse absurdum visum, passionem affirmare de uno ex Trinitate, qui quatenus e Trinitate, sit omnino impassibilis. Præterea Imperatorem Anastasium, Eutychianam hæresin promoturum, jussisse Episcopos sibi addictos Synodali sententia eos damnare, qui non confiterentur, unum de Trinitate crucifixum; unde ea propositio hæretico sensu incrustata Eutychianismum apud Catholicos oluerit. Narrat dehinc Auctor ulterius, quod, ubi primum Legatis Pontificiis innotuisset, monachos Scythas quosdam e collegis Romam misisse, & ipsi statim literas ad Hormisdam scripserint, quibus ea in causa hætenus gesta significarint, ac non unam monachis iisdem notam inusserint; quod Dioscorus etiam, unus ex istorum numero, privatim literas, sed paulo acerbiores, ad Pontificem de iis miserit. Nec dicere omittit, ut ipsi Monachi id, quod suum fuerat, strenue scribendo egerint, ut itidem Justinianus nondum tunc Imperator sed Justini imperantis nepos, ex adversario mox addictissimus monachorum patronus factus, aliquoties eorum causam allegarit in epistolis ad Pontificem, qui ab initio negotium universum ad locum, ubi lis exorta, remittendum, ac Patriarchæ Cpolitano examen ejus committendum, at postremo tandem decretoriam sententiam usque ad suorum Legatorum reditum differendam judicaverit. Monachos interim hostum patronos, tum etiam adversarios in Italia sortitos fuisse observat. Prioribus annumerat Dionysium Exiguum, qui Scytharum thesin defenderit, ac Procli epistolam ad Armenios latinitate donarit. Inter posteriores nominat

Trifolium

Trifolium quendam Presbyterum, qui a Fausto Senatore Romano super isthac controversia consultus, tum ex parte subjecti, tum ex parte prædicati, propositionem toties commemoratam oppugnavit. Verum argumentis ipsius suo ordine adductis doctissimorum ejus ætatis Scriptorum testimoniis Auctor satisfacere laborat, ac tandem asserit, quod tota illa contentio pura inter Catholicos logomachia fuerit: utramque enim partem duas in Christo naturas indivise, inconfuse, inconvertibiliter, adversus Eutythianos credidisse; utramque insuper unam in eodem personam contra Nestorianos adstruxisse, ita ut unus idemque esset Filius Dei & Filius hominis: solum eos inter se disputasse, num Christus dicendus esset una persona, vel potius unus de Trinitate? cum monachis Scythis illa formula, *una Trinitatis persona*, Nestorianam hæresin, adversariis contra thesis, *unus de Trinitate passus*, Arianismum ratione quidem subjecti, Eutythianismum autem respectu prædicati sapere visa fuerit. Quinimo & illos, qui pro voce *persona* vel *unus* usurparint, de interjecta præpositione secum invicem dissensisse refert, negantibus quibusdam, Christum unum esse *de sancta & individua Trinitate*, cum tamen eum unum esse *ex Trinitate* admitterent. Verum hocce nodum in scirpo quæsi visse perhibet, cum Patres Nicænum Symbolum interpretantes promiscue dixerint Deum ex Deo & Deum de Deo, ac præterea perinde sit, utrum dicas, M. Antonius fuit unus de Triumviris, vel unus ex Triumviris. Ut porro cæteris quoque Orientalibus Catholicis locutionem illam de uno de Trinitate insuetam fuisse evincat, professionem fidei adducit, quam clerici & monachi Antiochenæ atque Hierosolymitanae diocæsiarum Justino Imperatori exhibuerint, & in qua semel iterumque ac tertio formula illa adhibita deprehendatur. Equidem vel ideo professioni isti Dioscorum, Hormisdæ Legatum, se opposuisse dicit, sed Imperatorem ejus oblocutiones parum æstimasse addit, ut qui, cum de verbo, non de re quapiam dissensionem esse animadverteres, merito illius dubitationes incongruas appellaverit. Interea monachos Scythas novas aliunde suppetias advocaturos, inito cum assensu consilio, ad Africanos Episcopos, Thrasamundi Vandalorum Regis jussu in Sardiniam deportatos, sua per Legatos capita transmisisse, & promptum eorundem suffragium obtinuisse, tandem vero, cum jam Romæ annum exegissent integrum, nec satis felicem controversæ

versæ

versæ exitum sibi pollicerentur, inde, invito licet Pontifice, decessisse notat, quem ipsorum discessum Hormisdas datis ad Possessorem Episcopum literis graviter exprobravit, quas literas a Maxentio, monachorum affecta, præter fas & æquum confutatas queritur. Justinianum de cætero pro definienda thesi controversa plures ad Hormisdam literas scripsisse, Legatos quoque Epiphaniæ, Patriarchæ CPtani, Romam advenisse, sed Pontificem locutionem monachorum Scytharum approbare noluisse innuit, quamvis eos ideo nec hæreticos dixerit nec schismaticos, sed contentiosos, qui dissidia ac lites pro novitate vocum inculcanda passim disseminassent. Mortuo dein Hormisda, toto decennio ab illius obitu propositionem de uno de Trinitate carne passio inter adiaphoras relictam, & in utramque partem inter Catholicos disputatam fuisse. Ferrandum, Ecclesiæ Carthaginensis Diaconum, cum a Severo interrogaretur, suspenso in hac controversia calamo scripsisse docet, sed cum Anatolius, Romanæ Ecclesiæ Diaconus, ipsum similiter consulere, universam eum questionem summa eruditione pro monachis definivisse, ac præcipue discussisse, quod veluti absurdum de uno ex Trinitate carne passio principali propositioni objiceretur. Addidisse ipsum & hoc, quod utroque modo a Catholicis thesis illa possit affirmari, sive vocera *carne* addideris sive omiseris, modo eam ubique tacite subintellexeris. Denique hunc controversiæ eventum narrat Auctor: scripsisse Justinianum ad Johannem II. Pontificem, ipsique thesin de uno ex Trinitate approbandam per Legatos proposuisse, id quod ille etiam, Acometarum Legatis frustra se opponentibus, impetraverit. Hoc facto cum A. 534. Codicem novis legibus ac constitutionibus auctum publicaret Justinianus, eidem sub titulo de Summa Trinitate & Fide Catholica, rescriptum quoque Papæ huc colligans insertum asserit, quo apud omnes eo clarius vim legis obtineret. Postmodum & S. Agapetum Papam eandem propositionem confirmasse, eamq; & Vigilium approbasse innuit; tandem vero in Synodo Oecumenica V. anno 553. habita, Scytharum monachorum capita in fidei canones relata memorat.

His hunc in modum in Dissertatione prima deductis, jam in *secunda* ante omnia id agit Eminentissimus Auctor, ut iis satisfaciat, qui Romanorum Pontificum infallibilitatem ex historia modo pen-

tata enervari posse autument. Cum enim Hormisdas monachos Scythas, propositionem de uno ex Trinitate carne passio defendentes, tanquam procacis verborum novitatis assertores acerrimis literis perstrinxerit, atque ex adverso Johannes II. eam thesin & a Patribus usurpatam & Catholicæ fidei conformem postea declaraverit, videri sane, ac si inter se adversis frontibus ista duorum Pontificum responsa pugnent. Verum Cardinalis ad objectionem isthanc regerit, quod Hormisdas eam controversiam nunquam vocavit sub examen, nihilque de ea definiverit. Si vero quam maxime durioribus adversus eam locutionem effatis fuisset usus, salvam tamen adhuc rem esse contendit, siquidem Ecclesia aliquas propositiones, imo & verba æquivoca, modo approbare soleat, modo rejicere; id quod exemplis nonnullis ex Historia Ecclesiastica petitis illustrat, eaque occasione Brunonis Neusseri in Prodomo Velitari solutionem hanc, ab Auctore nostro jam in Vindiciis Augustinianis allatam, impugnantis rationibus se simul opponit; mox autem ad anonymum se confert, a quo in Scrupulis quibusdam ipsis Romanæ Inquisitionis censoribus oblati, ob scriptam monachorum Scytharum apologiam, modis variis impetitus fuit. Heic autem adversarium *non modo* insequitur, verbisq; ipsius repetitis suas ubique responsiones interserit. *Confestim* in limine statum controversiæ non satis ab ipso intellectum innuit. Mox productis ab isto Baronii, Bellarmini, & quorundam aliorum testimoniis, parum illis monachis faventibus, opponit alia Vasquezii, Christophori de Ortega, Petavii, Thomassini, Duhamelii, Lupi, & Dionysii a S. Martha, quorum quilibet monachos Scythas defendere, ac laudavit. Porro negat, ex defensione monachorum Scytharum impugnata a se esse Romani Pontificis infallibilitatem, nisi & idem factum asserere velis ab antea nominatis auctoribus, quorum aliqui tamen hanc Romani Præsulis eminentiam vindicare totis viribus annisi sint. Negat, monachos Scythas hæreseos damnatos aut ab Episcopis suæ provinciæ, aut a Johanne Patriarcha CPrano, aut a Legatis Pontificiis; ubi, quod Dioscori secus opinantis judicium tanti non sit, ostendit. Hormisdam Pontificem nullam in eos decretoriam sententiam tulisse, in epistola vero privata ad Possessorem illos non velut hæreticos confixisse, sed turbulentos tantum eorundem mores, novarum quæstionum cupidinem, veterum auctorum con-

tem-

temtum, genium inquietum, ingenium turbidum, ferox ac violentum acri reprehensione perstrinxisse. Dixerat adversarius, Africanos in Sardinia exules nihil scivisse de contentionibus in Oriente recens exortis, nec fraudem Eutythianorum sub ambiguis vocibus latentem novisse, unde eo facilius scriptum monachorum probare potuerint. Verum cuncta longe aliter se habuisse, evincit Norisius. In suum commodum traxerat adversarius, quod Maxentius tantopere inventus in epistolam Hormisdæ fuerit. Verum Norisius unius verba omnibus monachis Scythis imputanda non esse respondet. Tacemus, quo pacto effatum suum Auctor Eminentissimus latius contra hunc anonymum vindicet, ubi Lib. II. Hist. Pelag. c. 20. Joanni Maxentio & Scythiæ monachis ob egregie navatam aomini Augustiniano operam grates referendas asseruerat.

Properandum enim nobis est ad Dissertationem *tertiam*. Objecerat Norisio anonymus, quod plures Galliæ Episcopos, & hos inter inprimis Vincentium Lirinensem, Semipelagianis adscripsisset. Semet ergo defensurus Auctor, initio de Vincentio Lirinensi plura allegat testimonia eorum, qui parili ratione Semipelagianismi maculas in pulchro alias illius corpore notaverint. Nec deesse addit alios, qui secum stant, Vincentium Commonitorium suum scripsisse, specie quidem adversus omnium temporum hæreticos, reipsa autem, ut Augustinum impugnaret; heic namque *ὁμοψήφως* citat Christianum Lupum, Claudium Frassenium, Josephum Antelmium. Tantum porro abesse dicit, ut se errasse fateatur, quando plerosque Galliæ Episcopos seculo quinto Semipelagianismi insimularit, ut potius diversos eorum puros pueros Pelagianos fuisse probatum det ex edicto Cæsaris Valentiniæ III, ut item e consensu gravissimorum, quorum verba describit, Auctorum sententiam suam priorem ulterius confirmet. Non interim se detraxisse ipsis ait laudem sanctitatis, quandoquidem ante Synodum Arausicanam sententia Semipelagiana, non secus ac pleræque alie opiniones ante expressam Ecclesiæ definitionem, sub lite inter Catholicos fuerit. Atque heic, quænam adscribenda istis Patribus sit ignorantia, prolixè disputat. Vincibilem nempe eam facit, & ejus quidem, quod si scire nulla adhuc lege adstringeretur, unde eadem omnino compassibilis esse cum sanctitate potuerit; id quod multis exemplis aliis manifestum studet reddere. Hoc au-

rem pacto censet inanem reddi operam adversarii, qua ille probare voluerit, datam esse ansam exteris objiciendi Ecclesiæ Romanæ, quasi eadem in re gravissima & ad ipsum religionis caput spectante fallatur, subditosque sibi populos in errorem inducat, dum colendos ejusmodi homines illis proponat, quos vel hæreticos fuisse vel formalibus hæreticis non multo meliores constet. Nec fundamento idoneo niti dicit, quando anonymus affirmet, Norisium affectatam, prorsus & malæ fidei cœcitatem istis Doctoribus tribuisse. Nuspiam enim hoc abs factum ait Auctor. Negasse sese, illos laborasse ignorantia invincibili, at vero ignorantiam vincibilem ortam ex eo, quod non tanta diligentia collocata fuerit in investiganda veritate, quanta adhiberi poterat; non esse nuncupandam affectatam & malæ fidei cœcitatem, sed nescientiam ejus, quod scire nulla eos lex adhuc obligaverit, quæ & proinde immunis a culpa sit. Non metuendum quoque, prout velit adversarius, ne Lutherani & Calviniani, traditionum hostes, eo fortius respondeant urgentibus Vincentii Lirinensis assensum Pontificiis, Semipelagianum eum fuisse, ac propterea nihili faciendum ejus testimonium, quippe cum hi non minus atque isti satis faveant Vincentio; id quod e productis quibusdam eorundem suffragiis colligendum dat, ac frustra proin scripsisse antagonistam dicit, quod odiosissimum ipsis sit Vincentii Commonitorium. Denuo vero ad Scriptores varios, sibi circa Semipelagianismum Vincentii & Episcoporum Galliæ adstipulantes, anonymum remittit Auctor, ac de cætero, ut is nihil porro protulerit, nisi quod jam in antecedentibus satis refutatam legi possit, demonstrat.

In Dissertatione *quarta* iterum in eo est Norisius, ut, appendice auctoris scrupulorum ita exigente, denuo plura in medium afferat de Vincentii Lirinensis & Galliæ Episcoporum Semipelagianismo; unde testimonia ejus jam ante allata non aucta solum, sed amplius etiam deducta. Lector sibi polliceri poterit: quemadmodum & controversiam de qualitate ignorantie apud istos reperiundæ adhuc dilucidius heic ab Auctore explanatam deprehendet.

Sicut autem lites hæcenus agitatæ res potissimum *historicas* spectarunt; ita in Dissertatione *quinta* eaque ultima ad Theologica se trahi monet illustrissimus Auctor. Tres enim diversas scriptiunculas a diversis velat auctoribus compositas produisse ait, quas tamen unius
mente

mente conceptas & ab eodem illo anonymo, qui antea discussos scrupulos publicavit, fabricatas fuisse existimat. In iis accusatus fuit Norisius, ac si in scriptis suis Janseniani erroris sectatorem sese ostendisset. Maculam ergo hanc ut a se abstergat, summopere is nititur. Et quidem cum in his primo propositionibus quandam Norisii cum Jansenio affinitatem adversarius quaesiverit, quod ille asseruisset, transgressorem legis reum esse peccati, tametsi negata fuerit ipsi gratia proxime sufficiens, qua posset exequi mandatum; iterumque, tali auxilio proxime sufficiente privari etiam justos tum, cum urget observatio alicujus mandati, quod non potest impleri sine gratia: hinc utrumque ex his curatius examinat, menteque sua dilucidius exposita ostendit, quod nihil a Doctoribus probatissimis alienum, plura vero Jansenianis dogmatibus contraria ita statuens docuerit; qua de causa ipsissima non Jansenii modo, sed sua etiam verba, secum invicem contendenda apponit, eademque methodo evictum dat, quod de potentia proxima ad orandum urgente praecepto ea adstruxerit, quae directe adversentur Jansenio. Porro admittere se ait in statu naturae lapsae adjutorium sine quo non, cum Jansenius in alia omnia vicissim abeat; quomodo autem hoc adjutorium sine quo non ab adjutorio quo sit distinguendum, latius declarat. Trahi se ab adversario refert in consortium Arnaldi, qui asseruerit, Petro tentato defuisse gratiam proxime sufficientem ad evitandam negationem, quae tamen ejus propositio a Facultate Theologica Parisiensi condemnata fuerit. At enim vero respondet, docere se, Petro defuisse gratiam proximam ad orandum pro impetrando ulteriori adjutorio necessario ad superandam tentationem negationis, si eidem gratiae Petrus de suis viribus praesumens obicem libere opposuerit. Num autem re ipsa ita sese gesserit, quaestionem esse facti, in qua S. Augustinus suis in libris saepissime ac constanter affirmativam tenuerit. Hanc vero assertionem diversissimam esse arbitratur a damnata Arnaldi & Jansenii opinione, quandoquidem illi dixerint, Petrum praesumisse nimium de suis viribus, ideo, quod desertus prius fuerit a gratia efficaci, sine qua orare non potuerit; cum tamen potius dicendum sit, Dominum deseruisse Petrum de suis viribus praesumentem, non autem illum praesumisse, quia prius desertus fuerat. Ultimo eandem loco sententiam suam de privatione potentiae proxime ex-

pediæ ad perseverandum in justitia accepta in statu naturæ lapsæ ita adstruit, ut eam suffragiis Augustini & Suarezii roborari, nupsiam autem ex eadem harmoniam cum Janfenio inferri posse obtendat.

LEX II. C. QUI ET ADVERS. QUOS IN INTEGR. RESTIT.
 illustrata a JOHANNE HENRICO BERGERO, ICTO, POTEN-
 TISS. ELECT. SAXON. in summo Appellationum
 Judicio Consiliario, & Antecessore
 Wittenbergenfi.

Prostat Lipsiæ apud Hæredes Lanckisianos, A. 1696. in 4. plag. 19.

Obtinuit hoc argumentum, quo de *Restitutione liberorum adversus facta parentum* disceptatur, Interpretem, quem omnino desiderabat illud, accuratissimum; quippe qui sedulo operam dedit, ut & jurisprudentiæ domestica præsidia afferret, & quæ ex Græcis Latinisque literis causam propositam vel illustrarent planamque facerent, vel ornarent, scite conquireret. Enimvero in prædicta lege ita versatus est Auctor magnificus, ut primum paragraphos singulos, & quæ in ipsis occurrunt subinde, verba emphasi singulari vel ambiguitate aliqua notabilia solide excuteret, & ad institutum suum attemperaret, collatis l. 27. l. ult. ff. de minor. l. 11. §. 1. l. 12 ff. & l. 5. C. de dolo malo, aliorumque textuum suffragiis. Summa deinde doctrinæ his thesibus nervose inclusa passim repetitur.

Liberos majores aq̄e ac minores, ex causa non solum absentia consimilisve impedimenti, sed etiam doli metusve, adhibito tamen verborum temperamento, restitui in integrum.

Econtra minores liberos libertosve adversus parentes patronosve, quibuscum rationes inierunt, omnino non restitui eo subsidii genere, quod a Pratore ex sola atatis causa allatum.

Denique si parentes patronive non ipsi, sed nomine liberorum libertorumve cum alio contraxerunt, remedium restitutionis omne non majorum solum, sed etiam minorum locum habere.

Potius ergo duxit Auctor consultissimus tueri sententiam usu tritam & communem, ac legem præsentem ceu correctoriam stricte intelligere, ut cæteris textibus l. 11. ff. & l. 5. C. de dolo malo. l. 2. C. Si ad-

VERS.

vers. vendit. l. 2. C. si advers. rem judic. sua servetur auctoritas; quo in argumento ex recensione Strauchii, qui & ipse consentit, Bartolus, Baldus, Salicetus, Fulgosius, Castrensis, Mudæus, Fr. Raguel Mauritius, Sf. Oddus, Caldas vota sua pridem contulisse perhibentur, quibus alii recentiores Doctores accedunt, ut Giphanius, Donellus, Hilliger, Perez, Wissenbachius, Brunnemannus. Quamvis autem contraria sententia, quod contra facta parentum indistincte potius liberis sit deneganda restitutio, a Duareno, Ant. Fabro, Bachovio, Schiltero, JCtis itidem præstantissimis, adstructa hæcenus fuerit, suaque subtilitate applausum passim demeruerit; ea tamen argumentorum gravitate facile vincitur, si res ad vivum refecetur. Quare clarissimo Strauchio cæterisque causæ suæ patronis industriæ laudem, quam ejusdem legis enarratione adepti sunt, non invidit Noster; verum non acquievit unice in illorum rationibus, sed ulterius progressus firmiora præsidia sententiæ approbatæ attulit. Nec neglexit fori exercitia, quidque in eo hoc valeat argumentum luculenter ostendit, dum variantes sententias Collegiorum, cum primis Saxoniorum, & sigillatim summi, quod Dresdæ est, Appellationum Judicii, re ab origine ducta recognitaque, curate recensere instituit.

RESPONSIO AD OBSERVATIONES DOMINORUM BERNOULLIORUM,
*qua in Actis Eruditorum mense Junio hujus
 anni continentur, per D. T.*

Perspexi paucas ante hebdomadas in Actis Erud. mens. Junii, quæ celeberrimi Bernoullii circa meditata mea Geometrica, quæ mense Nov. 1695 publicata sunt, annotarunt; in quæ utinam incidissem tali tempore, quo Viris tam singulari præditi eruditione eo potuissem, quo ipsi desiderant, modo satisfacere. Verum enim vero continuis itineribus, & ejus generis occupationibus, quæ ab hoc argumento diversissimæ sunt, distractus fui, facileque prævidi, vix mihi concessum iri ante hyemem instantem his studiis dare operam. Quo factum est, ut satius duxerim pauca interim quam nihil respondere.

Primum ergo ea in sententia me fuisse profiteor, recte & ex ordine me facturum, si facilia & nova exempla mearum methodorum generalium exhiberem, ut alii ex his intelligerent, quo modo
 illas

illas ad omnes alias curvas applicare, & , si ipsis ita visum foret, mecum augmentum veritatis promovere possent. Quapropter et si theorema circa *fig. 1.* de ellipsi aliis, imo infinitis modis demonstrari potest, nihil tamen hoc thesi meæ officit, qua novum hoc esse theorema, quod ad omnes pertinet sectiones conicas, & (quod præcipuum est) ejusmodi via omnes curvas mensurari assero. Quam quidem methodum singularem plane esse puto, neque miror Cl. Joh. Bernoullium hujus theorematis momentum, pro ea, qua pollet, ingenii acie, bene perspexisse.

Quod attinet ad theorema *fig. 2.* perplacuit mihi ejus augmentum, quodque universalius fuit traditum: ego vero in tantum illo solum usus fui, quantum ad focorum naturam indagandam fuit necessarium. Quamvis enim Cl. Jacobus Bernoulli asserat, considerationem focorum nihil hic ad rem facere, neque negari possit, primo intuitu non statim adparere considerationem centri gravitatis in Geometria alicujus esse usum, satis tamen notum est, quantum quamque egregium usum habeat in curvarum dimensione invenienda, facileque adparebit perscrutanti curvarum descriptionem per focos, quantum quamque singulare consideratio centri gravitatis hic præstet commodum; neque proinde sine prægnantibus rationibus ad alios eo deducendos, & ad inquisitionem ulteriorem excitandos, tale theorema cum publico communicavi. Quod vero Dn. Joh. Bernoulli sequentia verba: *se se extendens ad omnes curvas, sive sint per focos sive aliter quomodocumq; & si vis, libera manu descripta*, innuere videntur in ea ipsum esse sententia, non omnes curvas per focos describi posse, ejus contrarium facile demonstrari potest.

Circa *fig. 3.* dicitur: *etiam procedit cum diversos focos habent, item, nihil hic peculiare tribui video parabolis, quod non idem quoque valeat de omnibus ejusdem speciei curvis &c.* ut facile possit in eam deduci Lector opinionem, me tale quid non animadvertisse. Velim ergo, ut hæc cum verbis meis conferantur; neque absolute necesse est, ut eundem focum habeant &c. item, datur unicum tale theorema pro omnibus curvis ejusdem speciei. Quapropter cum non constet mihi, ejus generis quiddam ab alio publici juris factum, dignum illud judicavi, ut ejusdem aliquod exhiberetur specimen, sed ita comparatum, ut facile hinc ad cognitionem theorematis universalis perveniri possit. Quod

Quod num Dn. Jacobo Bernoullio cognitum sit, ex illis, quæ addidit, non satis colligere licuit, cum longe sit universalius. Quamvis autem facile largiar, ejus demonstrationem, non secus ac omnium maxime universalium, haud difficulter inveniri posse; nihilo tamen fecius facilitate non imminuere puto ejus pretium, præsertim cum facillima viris ingeniosis quandoque sint ignota.

Methodum tangentium inversam antè aliquot annos magno in pretio me habuisse, jam vero eandem non leves ob causas eo loco non amplius a me haberi fateor: neque tamen quenquam, cujus ingenium ad eam excolendam fertur, animus est retrahere. Et quamvis ante annos bene multos methodum illam eo deduxi, ut nihil hæctenus propositum viderim, quod ejus ope, cum operam dare ei licuit, non potuerim determinare, ipsasque adeo non ita pridem proprietates tangentium, quæ pluribus curvis sunt communes; in ea tamen opinione semper fui, non esse hanc genuinam viam determinandi curvarum descriptiones & dimensiones: & quia nunc mihi tantum temporis non relinquitur vacuum ad hæc studia persequenda, lubenter hæc aliis relinquo, & quod mihi suppetit otium tribuo hujus generis studiis eo ordine tractandis, qui mihi pariter & publico maxime conducere videtur.

Quæ pertinent ad focos in qualibet curva speciali, jam in Medicina mentis pertractavi, ostendique, quantum sufficit harum rerum peritis, quomodo omnes certo sint determinandi. Quamvis enim mea sententiæ qualibet curva, e. g. circulus, infinitos habet focos, omnes tamen ita possunt inveniri; cujus rei jam in Act. Erud. exhibui specimina. Id tamen negare non possum, peculiariora hic dari compendia, sine quibus ordinaria analysi hanc rem superare pæne impossibile est, lubensque, si quis huc rei, quam maxime utilem in tota Mathesi meo quidem tenui judicio esse censeo, incumbere vellet, in commune conferrem, & cum ipso, quæ mihi jam sunt cognita, communicarem, quamvis in parabolæ cubicæ focis determinandis non adeo magna sit difficultas, ut jam diu, cum in illos inquirerem, comperi.

Ad mensurandam aream hyperbolæ arcum adhibui curvæ mechanicæ, quia statim hinc consequitur per eam, qua utor, methodum, idemque successus in ellipsi & parabola, imo omnibus cur-

vis deprehenditur; quod etiam Dn. Hugenio placuisse video in hyperbola, & tanquam singulare quiddam Geometris considerandum fuisse propositum, a me autem longe universalius fuit præstitum. Dimensio areæ hyperbolicæ per arcum parabolæ, quam Heuradius jam detexit, tam naturaliter secundum hanc universalem viam non provenit, nisi forsitan non rite genuina secutus sum vestigia, ad quæ tamen in ulteriori disquisitione probe attendere decrevi.

Porro quod attinet ad specimen, quod in *fig. 4. de parabolæ* portionibus inter se conferendis dedi, non possum non candide fateri, me cum incidissem in viam, qua universaliter partes curvæ inter se possunt comparari, statim hujus rei deprehendisse momentum; sed cum in applicatione calculi difficultas surgeret non exigua, a simplicissimis incepisse, & inter alia quoque incidisse in curvam parabolicam, in qua principio quidem se difficultates non exiguæ objiciebant, quæ tamen evanescebant, postquam inveneram universalis quædam theoremata, simplicia illa quidem, nec dum tamen satis nota, pro omnibus sectionibus conicis, ex quibus omnia quæ de illis hactenus innotuerunt, faciliori longe, quam solet fieri, via derivantur. Cum ergo rem totam cum Viro ingenioso communicassem, ipseque calculum sibi optime constare confirmasset, constitui aliquid proferre in publicum, ipsamque rem ulterius persequi. Non licuit tamen hac in re procedere ultra, nisi paucos ante menses, reperique methodum ipsam plane certam calculumque satis exactum esse. Quoniam vero usus sum aliqua suppositione, quam omnes quidem, qui in calculo indefinite parvorum versantur, adhibent, in errorem tamen inducere posse quandoque mihi constat, dum sæpe summa quantitarum indefinite parvarum, quæ semper restant, quantitatem finitam constituit; rem alio plane aggressus sum modo, qui nullam suppositionem, quæ scrupulo cuidam sit obnoxia, requirit, jamque ipsum calculum, qui magnus satis est, absolvi. Cum vero nondum mihi de ejus exactitudine certo constet, supprimam interim conclusum, eritque hoc, quamprimum dabitur tempus commodum, prima mea disquisitio, qua finita plura specimina ipsamque forsitan methodum communicabo: quam nunc quidem confirmo certam esse & universalem, ad partes omnes non ejusdem curvæ duntaxat sed quarumvis diversarum curvarum inter se comparandas, ut ita quid fieri aut
non

feri possit, innotescat. Tandem quod spectat ad Dn. Joh. Bernoulli pulcherrimum & maxime ingeniosum inventum, diversas curvas ad curvam circulem reduci; nihil est quod ei velim objicere. Interim facile mihi erit demonstrare, idem posse infinitis modis per meas curvarum evolutiones augeri; adparetque hinc, quam arduum sit quandoque in aliorum cogitata penetrare, quæ tamen a nostris non adeo sunt remota. Cumque Vir, cujus ingenium singulare, profundius capacissimumque mihi satis notum est, quamvis ad ipsum fontem, Medicinam mentis, digitum intenderim, hæc non satis fuerit assequutus, valde dubito alium id eruere posse. Ille vero ut videat, quam paratus sim ejus excellenti ingenio obsequi, non pigebit commemorare, quemadmodum ipsius methodo omnes curvæ, quæ per evolutionem Hugenaniam describuntur, hoc est, quæ unicum secundum me focum habent, ad circulem lineam possunt reduci; ita mea methodo curvas, quæ duos habent focos, ad ellipsin, hyperbolam, aut parabolam, quæ tres, quatuor &c. focos habent, semper ad curvas Geometricas superiorum graduum reduci posse: quod quanta sit Geometriæ promotio, nemo non videt; ut proinde mirum foret, quenquam, qui vel hoc unum perspexerit, meliorem descriptionem absolute omnium curvarum conceptibilem vel desiderare posse illa, quæ in Medicina mentis traditur. Quod si nec hoc mentem meam fortassis exprimat satis, lubens totam communicabo methodum. Cæterum occasione ejus, quod Dn. Joh. Bernoulli commemorat, proprietatem circuli, quod rectangula rectarum se interfecantium inter se semper sint æqualia, non esse circulo essentialem, non possum quia addam, me singularia habere theoremata universalialia, quæ viam muniant ad novam doctrinam locorum, aliam ab ea quam Des-Cartes docuit. Hujus generis aliquod specimen jam ante biennium cum Dn. Leibnitio communicavi, valdeque mihi probabile videtur, dictam proprietatem absolute omnibus curvis competere. Id autem certissimum est, in ipsa quoque parabola, hyperbola & ellipsi hanc veritatem, quod duabus rectis se interfecantibus rectangulorum segmenta inter se infinitis modis certa ratione sint æqualia, demonstrari posse.

Ultimo & hoc publico indicasse forsitan operæ pretium erit, quod ad curvilinearum divisionem pertinet. Notum est, Archimedem aream cir-

culi per lineam spiralem in partes racionales divisisse, id quod per neotericos, imprimis Dn. Slusium in Miscellaneis, per infinitas spirales in ratione numeri ad numerum factum quoque est. Hanc rem ulterius promovit Jacobus Gregorius, & in Geom. Univers. prop. 62 pag. 13 quadrantem circuli per curvas Geometricas, quæ per gradus ascendunt, rationabiliter partitus est. Mihi vero nota est methodus hæc omnia post se relinquens, quippe cum ejus ope quodlibet spatium duabus rectis & curva Geometrica terminatum, quamvis non sit quadrabile, in ratione data lineæ ad lineam, per unicam curvam Geometricam, idque infinitis modis dividatur, simulque, cum spatium datum est quadrabile, quadratura hæc infinitis modis determinetur. Id quod, cum nesciam in simile quid incidisse hæcenus quenquam, publico indicare volui, cui quoque rem ipsam, si eam acceptam illi fore intellexero, impertiri data occasione non gravabor.

THEOREMATA FAMILIARIA DE PHYSICO MEDICIS LUCRATONIBUS juxta Leges Mechanicas JOH. BAPT. SCARAMUCCI.

Urbini apud J. B. Bustum, 1695. in 4. Alph. 1. pl. 16.

Cum tot tamque varia, ex ingenio Veterum ac Recentiorum prolata, animos illorum, qui ad Medicinæ studium se applicant, facile turbare ac confundere possint, Theoriz aliis, aliis vero Praxi magis intentis: in gratiam horum Theoremata sua conscribere secundum leges mechanicas Auctor nobilissimus voluit. A præjudiciis igitur liberatus, rationibus præcipue atque ingenio, ut fas est, veritatem rimatur. Universum vero tractatum Theorematis absolvit viginti, quibus, quæ in praxi ab ipso aliisque observata sunt, intricatissimeque videntur, extricare atque evolvere, principiis nixus mechanicis studeat. Nos ex universo Opere pauca pro instituti ratione delibabimus. Inter alia primo ponimus loco illud Theorema, in quo principia, quibus stabilire cætera videtur, quærit ea, quæ sub sensu cadunt, appellatque, rejectis aliorum sententiis, *corpus* sive elementa quatuor, & *motum* cujus ope illud in particulas infinitas, dispositione, figura, motu & magnitudine discrepantes dirimi possit. Ita cum quæritur, cur phlebotomia sit proficua in febribus & inflammationibus? in
statum

Th. I.

statum Auctor clarissimus primo inquit naturalem sanguinis, supponensque, quod ex pluribus partibus heterogeneis, acidis nempe, salis, acerbis, dulcibus amarisque componatur; harum amicam connexionem, æthereis moleculis elasticitate sua motum & calorem promoventibus, vitam servare asserit. Quamprimum vero aliquid heterogenei, mole exigui, nimium tamen activi, misceatur, particulas heterogeneas luctam aggredi, præternaturalique fermentatione, æthereis moleculis in libertatem vindicatis, igneas vehementius motas calorem, fibras distendendo tumorem, sanguinis cursum cohibendo ruborem, acorem augendo dolorem atque inflammationem producere existimat. Ad hunc massæ humoralis orgasmum compescendum venæ sectionem recte institui ab omnibus & cum successu, in comperito habet, non quod sanguis refrigeretur, aut putridus humor ex corpore extrahatur, ut alii sentiunt, sed quod diminutione facta proportionatum in vasis spatium sanguini transeunti concedatur. Major enim ex rarefactiva massæ sanguineæ expansione ampliatio arteriarum atque venarum impedit, quo minus fibræ, præternaturam distensæ, contrahi, motumque sanguinis consuetum promovere queant. Ex interrupto igitur circuitus ordine stagnationes aliaque proficisci mala, haud miratur. Non aliter vero, quam extrahendo diminuendoque sanguinem, hæc pelli posse, ex mechanica corporis nostri structura porro demonstrat; quæ necessario requirit, ut facta venæ sectione in brachio, cursus intercipiatur sanguini refluxo per venas brachii ad subclaviam sinistram, chylusque cum lymphâ, valvula ductus chylosi non amplius compressa a sanguine, qui a jugulari impetuose in subclaviam influit, liberius fluat. Si vero massa sanguinea per acidi energiam coagulata fuerit, eodem medio, scilicet phlebotomia, demptam copiam solvi, moleculasque a strictiori vinculo liberatas circulari promptius, Auctor noster arbitratur. Modus, quo sanguis tum extractus sponte coagulari, tum in corpore nostro ab acido constringi possit, alio Theoremate ab Auctore supra laudato traditur. Sanguinem arteriosum fluidiorem existere venoso, nemo est qui negat; illud tamen ex halitu spirituosissimo æthereæ naturæ, ut aliis placet, proficisci non concedit, rationemque ex mechanicis adducit sequentem, quod moto in arteriis ex lato in angustum sanguine, ejusdem textura fibrosa non possit

Uuu }

non

Th. II.

non promptius scindi, aërisque vis elastica ex pressione majori se expandere activitate. Motu igitur aucto, aërisque diverberatione in libertatem concitatis particulis, magis vividum in arteriis sanguinem quam in venis deprehendi, in quibus ex angusto in latum motus, aliquo pacto cohibeatur. Denegatis contra motu, calore, spirituque halituoso, sponte coagulari debere sanguinem Auctor sibi persuadet, quod fibrosæ sanguinis particulæ, quæ ramosæ & reticularis figuræ sunt, aqueam serositatem exprimere necesse habeant. Pari modo ab acidis moleculis sanguinem subeuntibus reticulares has particulas constringi, nullus dubitat, adeo ut serum in suo servatum motu fluidum relinquat. Hujus tamen particulas ramosas atque irregulares, a copiosis moleculis acidis simul incuneatas, fluorem facile amittere posse censet. Porro occasione Religiosæ Vestalis febre correptæ, ab eaque usu pulveris Peruviani liberatæ quidem, sed in tantam diabetis vim incidentis, ut quovis die quadraginta urinæ libras excerneret; qua ratione hæc fieri possint, diligentius examinat. Probabilissimum suspicatur, latuisse sales exoticos ac corrosivos in sanguine, qui partes aqueas sanguinis, cumque his carnosas, ex salinocorrosivis particulis in minima divulsas, per renum tubulos, a copiosiori fluore jam laxiores factos excernant. Nec obstat, carnosas partes impedire motum fluoris potuisse, cum aqua fortis, licet particulæ argenti innatent, fluorem suum retineat. Verum cum hæc nondum sufficere videantur ad tam copiosum humorem procreandum, concludit, ex terreis sanguinis particulis cum terra pulveris Peruviani tale, humiditate deperdita, constitutum fuisse caput mortuum, quod ab aere mediâ respiratione propulso aquam recipiat, aut quod aer aqueis abundet granulis, aut quod particula aeris, diversimode juxtaponi coactæ, in aquam facile abeant; id ipsum sclopeto pneumatico probans, in quo aer condensatus, sibi que aliquamdiu relictus in aquam abit. Aeris particulas facile caput mortuum subire atque amplecti posse, experimento vitrioli Auctor declarat, cujus caput mortuum, educto spiritu per destillationem, demptoque phlegmate, aeri denuo concessum, pauloque post destillationi commissum, copiosum præbet fluorem. Aliud jam Auctor exhibet Theorema, quo ex luxata medulla spinali, lotii fæcumque suppressionem, modoque subsecutam incontinentiam fulius exponit. Persuasum ve-

ro habet, in luxatione spinalis medullæ, donegato influxu spirituum succoque nerveo, (ut loquitur) in nervorum propagines, qui intestino recto ac vesicæ inseruntur, motum peristalticum necessario cessare, nullasque sentiri posse vellicationes, quæ feces urinamque eijciant. Cum vero incontinentia potius ex jam dictis expectari posset, adjicit, sphincterem, qui præter nervos ex spinali medulla venientes, nervos sextæ conjugationis etiam possidet, spiritus ab his recipiendo robur suum aliquamdiu servare, fecesque sustinere, donec morbi decursu, paralyti affectis omnibus nervis, a suo tenore recedere coactus, illas elabi patiatur. Superest unicum, quod sicco pede præterite non possumus. Obtulit sese Auctori nostro, Tuderi Th. XX. cum esset, vir quidam, dysuria & stranguria vexatus, qui paulo post de renum gravitate uretherisque dextri dolore conquestus, calculo laborare videbatur. Facta igitur exploratione per catheterem, lapidem esse Chirurgus autumavit, sectionemque executus est. His præmissis Auctor noster materiam arenulis circumvolutam cum adstantibus aliis vidit, quam abluendo funiculum fuisse deprehendit. Ægrotus, examine instiuto, num unquam tale quid deglutiverit, fatebatur, se ante viginti dies matutinis diebus avide aquam ex puteo hausisse, aliquidque molesti cum aqua inter deglutendum expertum fuisse. Viam igitur facilem fuisse funiculo ad ventriculum, nullus dubitat; transitus vero in vesicam difficilior apparet. Credit itaque, non modo ordinario cum circulatione ad renes devenisse funiculum, sed per venas lacteas ad cisternam usque chyli provectum, breviori via per furculos lacteos (vasa intelligit lymphatica, ut ex sequentibus patet) in arterias emulgentes insertos, ad renes abiisse & sic porro. Renum substantia dura, compacta, densaque transitum negare videtur, sed sinus, quorum substantia laxa atque cavernosa est, ex uretheribus in renum cavo expansis & dilatatis membranaceos, facile eundem permittere potuisse suspicatur. Urethores duos fere digitos admittere pro certo habet, vasaque lactea in viventibus longe ampliora quam in defunctis ponenda esse statuit. Objectionibus denique, quæ in contrarium afferri possent, satisfacere omnibusmodis annititur.

EPHE.

EPHEMERIDES PERSARUM E LIBELLO ARABICE, Persice atque Turcice MSsio nunc Latine versa & Commentariis illustrata a MATTHIA FRIDERICO BECKIO.

Augustæ Vind, apud L. Kronigerum, 1695, in fol. Alph. 1, pl. 14.

Cum expugnata Turcisque erepta urbe Esbeck, opima præda onusti milites Germani reverterentur, hocce quoque Calendarium Augustam Vindelicorum delatum, tandem munere amici ad clarissimum Beckium pervenit. A Turca pro Turcis illud scriptum esse ex eo colligit, quia Abubecri atque Omaris mentionem perquam honorificam facit, quos, tamen Persæ ut illegitimos Muhamedis successores avertentur, suumque Ali, hic ne nominatum quidem, videntur. Unius autem solum anni, sexcentissimi scilicet noni, epochæ Gelalæ, quam accuratissimam vocat, qui anno 1687, & aliqua ex parte sequenti æræ Christianæ respondet, hocce Calendarium esse autumat. Unde porro conjicit, esse illud recentissimum inter omnia Calendaria Persicæ, aut Turcicæ, aut mixtæ, quæ in Christianorum doctorumque virorum manus inciderunt. Neque solum Semi-Persicum & Semi-Arabicum esse addit, ut manuscriptum Scaligeri, sed & Semi-Turcicum, & quidem elegantissime exaratum, variisque coloribus, partim ornatum, partim discretionis causa pictum. Observat porro, in Calendario M. S. omnium epocharum numeros rubrica exprimi, solius æræ Syro-Græcæ Christianorum dies atramento, utpote colore infausto, descriptos esse: bene tamen factum esse ait, ut Arabica æra ruffo, quippe sanguinolento colore sit designata. Hinc & quædam Calendaria perpetua ab Orientalibus confici docet, & commemoratis, quibus usus sit, subsidiis, operisque difficultate, præfationem finit.

Præter ipsam vero Calendarii versionem, quinque Commentariorum libros adjecit, Chronologicum, Astrologicum, Astronomicum, Physicum & Historicum. In Chronologico de epochis apud populos orientales celebrioribus agit. Sex autem apud eos epochas ejusmodi occurrere, Hegiræ scilicet, Persicæ, Græcæ, Melicæ, sive Gelahensem, Chataiam & Iguræ: & hæc quidem in hæc etiam Ephemeridibus adhiberi, excepta Chataia & Iguræ, earumque loco Ægyptia atque Christiana substitutis. Ad Rumæam sive Christianam

MENSIS NOVEMBRIS, A. M DCXCVI. 557

anam quod attinet, hanc Philippi quoque, Alexandri & Seleucidarum æram dici, eaque Græcos, præsertim Macedones qui sub Seleucidis in Syria & Asia fuerunt, usos fuisse monet, eamque in Canonibus, qui Apostolorum dicuntur, & apud Epiphanium hisce nominibus, *ἔτος κατὰ τῆς Ἑλλάδος*, item *ἔτος Συροελλήνων*, indicari; originem autem hujus æræ ab anno XII post mortem Alexandri elapso, Seleuco Nicanore rerum in Syria atque Asia potente, ducendam esse autumat. Initium anni a mense Martio juxta hanc æram capitur. Hac occasione omnes epochæ Ruræ menses ex Rusname quodam manuscripto recenset, & nonnulla ex Rusname Weickmanniano a doctissimo Velschio sine versione edito, exponit & uberiori commentatione illustrat. De nomine tandem hoc addit, non solum Græcos, sed & reliquos Christianos Europæos Ruræos dici. Sequitur epocha Ægyptia, quam ab æra Syro-Græcorum annis 594, diebus 322, a Christianorum autem 283 annis & 241 diebus distare tradit. Ægyptiam autem hanc æram ab Ægyptiis, a Diocletiano inter alios Christianos e medio sublatis appellitari, & ceteroquin etiam Martyrum æram vocari, docet. Initium tamen hujus æræ ab Imperio Diocletiani, & primo quidem anno, quo rerum summa potitus est, neutiquam autem a persecutione, quæ decimo nono demum ejus imperii anno contigit, duci. Menses Coptitarum, quorum nomina itidem refert, omnes æquales esse, dierum scilicet 30; sub finem tamen anni & ultimi mensis Mefori quinque, in anno bisexto autem sex dies adjici, eosque *ἡπταμήνη ἐπιγόμενοι* sive appendices appellitari. Anni principium in hac æra diem vigesimum nonum, aliquando & trigessimum Augusti esse, annumque Coptitarum 1404 cum anno æræ Christi 1687 recte connecti, ita tamen ut ille incipiat ubi hic finit; octo enim fere menses anni 1687 præterlapsos esse, quando Annus Coptitarum 1404 inquit. Æra Hegiræ non a gente Hagarena, ut Josephus Justus Scaliger censuit, sed a vocabulo *هجرة* quod Arabibus est fuga, judice Auctore dicta est. Fuga autem a qua Turcæ, Persæ & Africani putant, Muhammedis est Pseudo-Prophetæ, qui ut Auctor porro refert, Mecca pulsus, Jatrippam adiit; quam quidem nonnulli contigisse perhibent secundum medium motum Lunæ, anno Christi 622, nocte 15 Julii, feria quinta. Addit tamen, nonnullos, ut Scaligerum, Calvisium, Christmannum, & Beveregium aliosque, annos Hegiræ a sequenti die 16

Xxx

Julii

Julii feria sexta inchoare, eo quod Judæis aliisque in more positum sit a vespera diem incipere. Formam anni secundum hanc æram Lunarem esse dicit, eamque Muhammedanos cum Judæis habere communem. Hinc indicatis mensium nominibus, observat, singulos menses quibusdã velut honorum titulis insigniri, ut alius benedictus faustusque, alius sanctificatus, alius laudabilis, & sic in ceteris, audiat. Præterea 6 mensibus plenis 30 dierum, totidemque cavis 29 dierum, alternatim sibi succedentibus annum hujus æræ constare asserit: cumque annus Lunaris insuper 8 horas & 876 scrupulos conficiat, inde fieri observat, ut undecies per *τριακονταετήριδα* intercaletur, & tum postremum anni mensem, Dulhæggia dictum, dierum 30, ipsum vero annum *εμβολιμαϊόν* 355 dierum esse: denique annum æræ Hegiræ 1099 connecti cum anno Christi 1687. Sed hujus non nisi duos postremos menses cum 5 diebus restare observat. Persarum æram geminam esse docet, antiquam & novam, illam Jesdegirdicam, hanc Gelaliensem vulgo dici. Jesdegirdica a Jesdegirdo Persarum Rege postremo, docente Auctore, denominatur, & quidem ab imperio, neutriquam autem a morte ejus, ut nonnulli sibi persuadent. Annos æræ hujus non Lunares, ut epochæ Hegiræ, sed Solares esse, singulosque 12 mensibus 30 dierum constare docet. Observat quoque, in hac æra menses a Regibus nomina sortitos esse, addita in fine voce *Ἰνδὸς Μην*, quæ mensem significat. Ut vero annus Solaris 365 dierum compleatur, quinque dies *επαγομένους* sive intercalares, & hoc perinde ut in æra Ægyptia, addi solere, monet: quemadmodum & istud, quod 6 horæ, quæ singulis annis remanent, & in hac æra singulis quadrienniis diem unum conficiant, unde annus intercalaris oriatur. Antiquitus tamen Persas horas neglexisse, docet, & inde annum Persarum antiquum vagum atque solutum, esse; spatio tamen 1460 annorum (quem cyclum annum Dei ab iis vocari ait) ad idem, unde erat digressa, punctum antiquam Persarum æram reverti. Denique & istud observat, annum æræ Christi 1687 cum anno 1057 æræ Jesdegirdicæ convenire; in assignandistamen die mensis & feria hebdomadis Calendarii hujus auctori non convenire cum Joh. Gravio, quocum ceteroquin semper consentiat. Nova Persarum epocha Gelalæ, ut Auctor tradit, vocari solet a Gelaloddin, vel ut apud Ulug Beigium plene designatur, Sultano Gelaloddin. Melic.

MENSIS NOVEMBRIS A. M DC XCVI. 559

Melicschach filio Alb Arslan Selgiukæo. Meliczam eandem epocham appellari putat ab altera agnominis compositi parte, quemadmodum Gelakæa a nominis itidem compositi altera parte vocetur. Sed & Sultanensem, id est Imperatoriam, ab eodem Sultano Gelaloddino vocari autumat. Nimirum Gelaloddinum huncce epocham Persarum Jesdegirdicam, utpote vagam, solutam, minusque accuratam antiquasse, & congregatis octo Persidis Sapientibus, rerum celestium peritissimis viris, annum confusum correxisse, atque annum

Tropicum dierum 365, hor. 5, 48, 53 & 20 fere ordinasse refert. Confir-

mat hoc ex Beveregio, qui annum hunc 365 diebus, 5 horis, 49, 19,

0, 48. constare ait. Addit ex eodem, methodum hujus anni in eo fere consistere, ut cum sexies vel septies, quadriennio quovis vertente, facta fuerit intercalatio, semel ad quintum annum prorogetur. Hunc ergo annum, si quem alium, vere Tropicum esse, motibus Solaribus quam exactissime respondentem. Embolismum enim sextum & nonnunquam septimum in annum quintum delatum æquinoctia & solstitia iisdem perpetuo mensium diebus affigere. Atque hanc emendandi temporis rationem instante seculo Christi XIX Gloriosissimo Christianorum Imperatori Imperiique Statibus amplectendam esse, Auctor noster existimat. Ceterum nomina mensium in hac æra eadem esse cum nominibus epochæ antiquæ monet, singulosque menses 30 esse dierum, hinc 360 dies confici; unde in fine postremi mensis Esphandar quinque dies Musteraka appendantur quolibet anno communi, embolismo vero sextiduum adjungatur; idque nunc epochæ hujus anno 609 contigisse, qui sub finem cum anno æræ Christianæ 1688 conveniat.

In commentario Astrologico primo observat, Arabes, Persas Lib. II. ipsosque Turcas Astrologico studio deditissimos esse. Hinc Dodecæteridem Chaldaicam exhibet, & ex Scaligero observat, in ea singulos annos animalium nominibus appellari, quæ affectum ejus anni indicent, sic ut annus leporis fertilitatem, serpentis pestilentiam &c. denotet. De Planetarum quoque conjunctionibus præcipit, & ex Cardano observat, conjunctionem ut plurimum validiorem esse oppositi-

positione, oppositionem quadrato, quadratum trigona radiatione. De triplici quoque superiorum planetarum h & z conjunctione, magna, media & minori differit, & quæ hinc rerum omnium, præcipue imperiorum, ut nonnulli putant, sequi mutationes soleant, indret. Erudita quoque sunt, quæ de Horoscopis in medium affert. In illo quem præsentēs Ephemerides exhibent, duodecim conspiciuntur partes sive domus, octo triangulares & quatuor quadrangulares, quæ mediæ præcipuè sunt. Singulas domus Noster perlustrat, & inter alia in decima domo existere סדרם ארבעים i. e. ut Pocokius vertit, lineam occultationis, observat. Sed addit tamen, Franciscum a Mesnien Meninski hanc vocem transferre per *sagittam invisibilem ac fatalem*; unde lacem affundi putat loco Psalm. XCI, 5, *ne timeas a sagitta, quæ volat interdium*. Namque ad hæc Astrologorum scita alludi, nonnullæ Ebræorum interpretationes Auctori in hæc videntur. Fatetur tamen, se Judæorum superstitionem haud approbare, Tandem viginti octo mansionibus Lunæ enumeratis & breviter explicatis, Astrologiam judicariam cum cordationibus rejicit, ejusque vanitatem agnoscit.

Lib. III.

Sequitur commentarius Astronomicus, in quo primo de stellis fixis præcipit, quas postquam ratione situs & plagarum cœli in Septentrionales, Australes, & intermedia XII Zodiaci signa, dispesci indicavit, ad singulas descendit, & ea quæ in Ephemeridibus afferuntur, illustrat. Hinc Planetas, eorumque nomina Arabica pariter ac motum exhibet. Sed & de Syzygiis sive Aspectibus Planetarum differit, & inter alia docet, Planetam quando cum Luminari magno, h. e. Sole conjungitur, *combustum*, ipsam vero conjunctionem אחרתא *combustionem* appellitari: alios tamen addit distinguere inter oppressionem & combustionem, Planetasque qui a Sole 15 gradibus distant, επαύγυς sive Solis radiis oppressos, qui vero non nisi 6 gradibus a Sole absunt, vel juxta Arabes cum illo conjuncti sunt, combustos vocari; quæ prolixius explicat. Cum primis autem in Lunæ mutationibus declarandis occupatus est, idque diligenter agit, ut quando Ephemerides præsentēs ab aliis dissentiant, indicet & in causas hujus discrepantiæ inquiret. Tandem postquam & de horis diei nonnulla commentatus est, de loco harum Ephemeridum concludit, eas aut Thessalonicae aut Dyrrachii conscriptas esse. Ex
aspecti-

MENSIS NOVEMBRIS A. M DC XCVI. 561

aspectibus enim Planetarum colligit longitudinem loci esse 43 aut 44 graduum; latitudinem vero 41, 39: quam longitudinem & latitudinem Dyrrachio secundum mappas Mercatoris & Danckeri, Thessalonicæ autem secundum mappam Joh. & Cornelii Blæu venire ait. Ceterum auctorem Ephemeridum ad Meridianum Thracicum, vel Macedonicum potius, suas instituisse supputationes monet. Id quod illos non ignorare fas est, qui accuratius in rem totam inquirere volunt.

Commentarius Physicus primo de quatuor anni temporibus, Lib. IV.
 vere, æstate, autumno, hyeme, dispicit. Accurate enim in ipsis Ephemeridibus æstus frigorisque initium & finis, & gradus, & partium, temperatura, & quæ id genus alia sunt, indicata conspiciuntur. Hinc de mari, Nilo atque aquis nonnulla tradit. Namque & motum maris & quietem, tempusque adeo navigabile, itemque Nili exundationem ejusque recessum, & tempus etiam quando ob summum æstum homines in aquas ingrediantur, auctor Calendarii designavit. Sic & de meteoris, pluvia, pruina & ventis, itemque de vegetabilibus, ut & animalibus tum volatilibus tum natatilibus eadem ratione differitur. Et animalia quidem quod attinet, occultationem formicæ, abitum gruis & hirundinis, adventum ciconiæ & milvi, gemitum philomelæ & similia auctor Calendarii cum cura indicavit, quæ clarissimo Bætkio occasionem varia observandi suppeditant. De homine vero non tantum, quando ex mente Calendariographi medicata potione corpus purgare debeat, edisseritur, sed & Muhammedanorum superstitione gemina perstringitur & exploditur. Namque a die XXV Decembris ad diem VII Januarii a *λυκανθρώποις*, quos Kara-Kongiolos Turcæ vocant, cavere jubet, manifesto argumento, Turcas eodem errore de hominibus in lupos mutandis teneri, qui & alios Europæ populos afflavit. Deinde & illud notat, quod iidem Muhammedani credant, vespera die XXIX Decembris Dæmones in aquam vomere, adeoque aquam eo tempore ex vase aperto potam epilepsiam inducere. Judæos itidem simile quid tradere, monet.

Ultimum locum tenet Commentarius Historicus. Hic ite- Lib. V.
 rum ipsæ Ephemerides, ejectionem Adami ex paradiso ad diem 7 Aprilis, ejus obitum ad diem 9 ejusdem mensis, Noachi ingressum

in navem ad 17 ejusdem mensis, & diluvium ad diem 30 Maji referentes, Auctori occasionem varia monendi subministrant. Hinc postquam dies, quos Muhammedani pro faustis atque infaustis habent, recensuit, de B. Virginis Mariæ nativitate, annunciatione, & dormitione, ut vocant, quædam tradit. Ubi tamen haud raro ab Ephemeridum auctore dissentit, eique Rusname aliquod manuscriptum, quod ipse possidet, præfert. Sic & de ipso Christo Servatore nostro sequenti capite disserens, notat ab Ephemeridum conditore nativitatem ejus ad diem 24 Decembris, sed in Rusname suo rectius ad diem sequentem referri: sed & jejunium, quod festum nativitatis more quorundam Christianorum præcedit, & fere *Adventus temporis*, ut vocari solet, respondet, in hisce Ephemeridibus, ut & alia jejunia, quæ festos dies præcedunt, designari indicat. Sed cum primis memoratu dignum, quod, observante iidem Auctore, ad diem XVI Aprilis designetur felicitas descensus Evangelii, quod scilicet eo die Evangelium a Christo e cælo allatum fuerit; & die VII Januarii annotetur: *Crux in aqua*. Nimirum festum Epiphaniæ hisce verbis innui pronunciat, eo quod jam pridem apud varias gentes in more positum fuerit, eo tempore aquam consecrare; auctorem autem Ephemeridum contemptum hisce verbis ritum istum designare, simulque ad Græcorum modernorum morem, crucem ex materia consecratam in aquam demittentium, alludere arbitratur. Manifestius Turcam, Ephemeridum scriptorem, suum erga Christianos odium prodere ait, dum Paschatos festum hisce designat verbis: *כרצח טורח* *ova rubicunda*, perinde ac si puerilibus commentis & ludicris rebus Christianorum de resurrectione Domini sententia annumeranda sit. Quare & haud immerito Auctori nostro vapulat. Hæc postquam executus est, de structura Constantinopoleos & monasteriorum, itemque de festis diebus, S. Crucis, Luminarium, Demetrii, Georgiique quædam commentatur. Cum primis de Georgio prolixus est, eumque voce Turcica Chidder designari contendit, qua voce cum & ceteroquin Elias denotetur, in transitu Judæorum & Muhammedanorum commentum, ac si Elias ipse Pinchas fuerit, vel anima Pinchæ per *μετεμψύχων* corpus Eliæ inhabitaverit, explodit, & Georgium istum Divorum numero adscriptum pro Imperii Orientalis defensore, & Christianorum exercituum contra Saracenos ductore habitum fuisse

fuisse docet. Observat quoque, ipsis Turcis Georgium quendam, quem Chederlis vocant, inter Sanctos celebrari. Finit tandem totum opus in capitibus sequentibus de natali die Muhammedis, sociis Elephanti Meccensis, item de potentia, Baræ, & supplicantium notis, de expugnatione Meccæ, horto & ejus solennibus, & peregrinantium ritibus sacris, porro de obitu Abubecri, & Omaris successione, ut & de festo sacrificii, quadragesima & quinquagesima disserendo, & denique miscellanea quædam subnectendo.

THE DOCTRINE OF THE GLORIOUS TRINITY,
not explained, but asserted.

Hoc est:

DOCTRINA GLORIOSÆ TRINITATIS, NON EXPLICATA, quidem, confirmata tamen variis S. Scriptura locis, ad mentem antiquorum Patrum & seculorum temporum Theologorum expofitis. Autore FRANCISCO GREGORIO SS. Th. D. &c.

Londini apud Walterum Kettilby, 1695. 8. Plag. 15.

Vidit Rev. Autor noster, quam parum feliciter cesserit plerisque mysterii SS. Trinitatis scrupulosa nimis explicatio: utpote quæ nec plebis Christianæ captui attemperari, neque doctorum omnium turbæ ita probari ab ullo hæcenus potuerit, ut non in diversa semper abierint eorum opiniones atque judicia. Et quidem eo usque processum esse queritur, ut pro principiorum diversitate, ex quibus explicatio ista instituitur, Ciceroniana alia, alia Cartesiana, Platonica item alia & alia rursus Peripatetica Trinitas appelletur, id quod minime in honorem SS. hujus mysterii cedere arbitratur. Imprimis vero nuper exortam inter celeberrimos duos Anglicanæ Ecclesiæ Doctores, (per quos Ecclesiæ cathedralis D. Pauli Decanum D. Sherlockum, & alium magnæ inter suos famæ Virum D. Southum dubio præcul intelligit) controversiam, quam alibi ex instituto nos quoque exponemus, id confirmare ait. Quamobrem etiam ipse ἀπρίως σηµείων cum veterum Patrum quibusdam esse credens τὸ πᾶς ἑστίν, seorsim habita distincta hujus mysterii explicatione, veritatem solum ejus clarissimis Scripturæ oraculis adstruere voluit. Hac nimirum sola ratione optime confundi stultam Antitrinitariorum sapientiam existimat, cum frustra

frustra omnino quæri de posse, quando certissimis testimoniis constat de esse, omnes uno ore confiteantur. In tres itaque classes Scripturæ oracula, quibus armatus in pugnam contra Trinitatis hostes procedit, dispescere ipsi visum fuit. In prima ista collocavit, quibus Personarum pluralitas ex doctissimorum inter veteres atque modernos Scriptorum sententia innuitur. In altera ista loca ponit, quæ ternarium præcise in Deitate numerum evincunt; & in tertia denique ea quæ distinctam tres istas in Deitate Personas subsistentiam habere demonstrant. Ut exempla ex singulis classibus depromamus, vix opus esse videtur. Nihil enim aliud a Rev. Autore præstitum fuit, quam quod variis Hæreticorum contra hujusmodi oracula cavillationibus, interpretum recentiorum & veterum interpretationes opposuerit. Id forte observandum, raro admodum priorum trium seculorum Patres in testimonium ab eo vocari, sed Athanasii, Basilii, aliorumque, qui post concilium Nicænum floruerunt, auctoritatibus ut plurimum eum uti.

REMARKS ON SEVERAL LATE WRITINGS &c.

Hoc est:

*ANIMADVERSIONES AD VARIA SCRIPTA NUPERA A SOCI-
nians Anglica lingua publicata, quatuor Epistolis comprehensa,
scriptis ab H. de LUZANCY SS. Th. Bacc.*

Londini apud Th. Warren, 1696. 8. plag. 13.

FRustra quoque hic Vir doctissimus eos existimat esse, qui in SS. Trinitatis mysterio de modo nimium sunt solliciti. Ipse proinde etiam in literis hisce, ad Socinianæ hæreseos fautorem quendam exaratis, nihil aliud sibi agendum putavit, quam ut productis S. Literarum testimoniis, Filii & Spiritus S. Divinitatem, adeoque Trinitatem primo evinceret, secundo vero loco Socinianorum contra hujusmodi oracula objectiones solide dilueret atque confutaret. Studiose autem collegit potissimas cavillationes, quibus Christianæ fidei, qua hoc mysterium pie credimus, præcipuos tibicines evertere conati sunt, in variis libellis vernacula lingua scriptis, autores Sociniani. Inque iis explodendis ita versatur, ut simpliciores etiam lectores facile admittat, quibus nihil hic ab affectatis subtilitatibus erit metuendum. Styli insuper ea elegantia est & perspicuitas, ut rectius sentienti plebi, cujus usibus inservire posse, si ederentur, has epistolas Rev. Auctor existimavit, acceptissimæ non possint non esse.



ACTA ERUDITORUM

publicata Lipsia

Calendis Decembris, Anno M DC XCVI.

A CONFERENCE WITH A THEIST &c.

h. e.

COLLATIO CUM THEISTA IN QUA 1. OSTENDITUR, quam absurda sit de mundi aternitate sententia. 2. Dubia que circa creationem Mosaicam moveri solent, solvuntur. 3. Lapsus humani generis historia defenditur. Archeologiarum Philosophicarum, & Oraculorum Rationis, aliisque Autoribus opposita a

GULIELMO NICHOLLS, S. Th. D.

*Londini apud Franc. Saunders & Thom. Bennet,
Anno 1696. in 8. plag. 18.*

Opposita est hæc Collatio potissimum Volumini euidam Epistolarum, speciosum *Oraculorum Rationis* titulum præferenti. Prodiit istud in Anglia ante annos non adeo multos vernacula lingua scriptum, parentemq; agnoscit quoad maximam sui partem Carolum Blount. Hic enim postquam in notis ad Philostrati libros duos priores de vita Apollonii Thyænei, in Anglicum sermonem a se conversos, profanæ animi sensa non obscure jam prodidisset; aperte impietatem profiteri in quibusdam epistolis, cum aliis hujus furfuris hominum literis in memorato volumine una editis, non erubuit. Quam doctas ille homo sit, paucis exemplis in præfatione sua noster docuit Autor, quibus tamen mire ejus inscitiam omnium oculis exposuit. Pleraque propterea, quæ alicujus momenti sunt, a Præadamitici systematis fabro, & Archeologiarum autore Cl. Burnetio mutuo sumere fuit coactus: quorum adeo sententiæ, ab ipsis licet eo fine, ad quem Blountius illis abutitur, non prolata, passim in præsentis libro sub examen revocantur.

Yyy

Dia-

- Dialogi forma ad hoc negotium aptissima doctissimo Autori visa fuit. In tres autem partes hunc abire Dialogum, titulus jam indicavit. In prima, in qua de mundi æternitate disputatur, Ocellus Lucani potissimum argumentis, utpote quæ omnia ab autore Oraculorum Rationis etiam fuerunt adhibita, ad eam adstruendam utitur Philologus, cui mole de fide sentientium partes tuendas Autor dedit. Primum ab eo in medium allatum isto dilemmate comprehenditur: Si factus est mundus, vel ex *nihilo* factus est, vel ex *aliquo*: sed ex *nihilo* factus non est; ex *nihilo* enim *nihil* fieri omnes agnoscunt: nec ex *aliquo*; *aliquid* enim illud pars mundi sive universi necessario est, cum nihil præter universum cogitari possit, adeoque ex seipso aliquid produci statuendum esset, id quod contradictionem involvit: Ergo mundus plane factus non est. Alterum hujus dilemmatis cornu ut retundat Credentius, qui religionem defendit, ex Cudwortho observat, axioma quo illud nititur, *ex nihilo nihil fit*, à veteribus Philosophis, Physicæ corporcularis autoribus, Empedocle & aliis jactatum ideo præcipue fuisse, ut doctrinam de *formis substantialibus* & *essentiis* destruerent. Harum enim patroni si assererent v.g. spatium aliquod illuminari *forma* lucis, vel ignem extingui corruptione *formæ* ignis, quæ maxime opportune illis axioma istud opponebatur, *ex nihilo nihil fit*, h. e. nihil producitur annihilatione *formæ* veteris, & productione *novæ substantiæ* quæ antea non existerit, sed omnia in Natura phænomena ex figuræ alteratione & vario partium motu procedunt. Hic itaque cum genuinus sit atque antiquus istius axiomatis usus, huc erudite Credentius ostendit, nihil profus illud valere contra omnipotentem Dei virtutem, quam in prima creatione exeruit. Ad illum enim usque ascendere, canonis istius vires non posse arguit, dum neque Deo deesse vires ad producendum ex nihilo aliquid, neque repugnare rem ipsam quo minus id fiat, clarissime probat. Imo contradictionem nullam involvere creationem ex nihilo, vel inde evincit, quod secundum Philosophorum quorundam hypotheses, ipsis creaturis ea quodammodo sit adscribenda. *Accidentia* enim pro *entium* specie habent, quæ ex nihilo à creaturis producantur, delegata quadam & subordinata creandi potentia. Sic cogitationes mens humana, calorem ignis, lucem Sol producit, distincta à substantiis à quibus producantur entia, ex nihilo tamen facta. Cur igitur Deo impossibile sit, ex nihilo sensu sublimiori ali-

aliquid efficere? Et hæc de primo argumento. Ad alterum, quod scilicet mundus, si factus esset, ætatum differentiam sentire debeat, tandemq; ad senectutem, imo interitum declinare, cum omnia tamen in eodem statu permanere videamus; respondet primo, dubium adhuc esse, annon ita res sese omnino habeat. Receptam sane fuisse diu inter eruditos de mundo in eodem statu permanente sententiam, quam tamen primus ante LX. hos annos impugnaverit Hackwellus in suo de Providentia libro, multis propterea reprehensus; quamvis non omnino ex parte vero ab similem ejus sententiam esse deprehensus sit, qui moderna tempora cum temporibus diluvium proxime insecutis saltem contendere velit. Deinde vero etiam addit, necesse non esse ut admittamus, mundi productionem in omnibus nostræ respondere; ut adeo istas ætatum varietates eam experiri debere nullo argumento colligi possit. Imo tertio ait, inde quod oculis non pateat quomodo deficiat mundus, non sequi, eum plane non deficere, sed in eodem statu semper esse perstiturum, cum in instanti eum dissolutum iri sacra etiam oracula nos doceant. Omnia a Philologo prolata, atque explosa a Credentio argumenta hic repetere, prolixum nimis foret: non possumus tamen silentio plane præterire, quæ ad absurdam eorum sententiam convellendam afferuntur, qui eundem esse Deum & mundum statuunt. Contra illos ex attributis, Deo omnium consensu adscriptis, in mundo tamen hoc sensibili nusquam obviis, Credentius arguit. Ex *immobilitate* puta præcipue Dei, quam cum mutationibus, quæ in mundo occurrunt, conciliari nulla ratione posse, clarissime evincit. Ad argumentum de spherica mundi figura, inter alia quamplurima respondet, ex illa æternum ejus motum solide colligi non posse. Cumq; excipiat Philologus, rem semel in motu constitutam, nullo impedimento intercedente, in æternum necessario moveri, indeque mundum, quem nihil impediatur, nunquam a motu esse cessaturum; ad id Credentius respondet, non usque quaque certam esse Philologi suppositionem, cum nos, quid motus sit, accurate haud quaquam sciamus. Posito autem, veram illam esse, ad præsens tamen negotium nil facere ait, cum mundus non in immenso quodam vacuo, sed in subtili æthere eum undique ambiente roteretur. Æther autem ille cum corpus sit, *impenetrabilitate*, indivulso quippe corporum attributo gaudet, quæ *resistibilitatem* ætatisimo nexu secum trahit. Quicquid autem alteri

P. 32.

P. 33.

P. 36.

P. 49.

P. 50.

- sive corpori sive motui resistit, vel retro istud ager, vel ejus motum quasi deglutit. Cum igitur mundus in æthere natet, fieri non posse ait, quin motus illius ab hoc non nihil retardetur. Quamvis autem retro agendæ terræ, hujus vires non sufficiant, continuos tamen illos impulsus quantumcunque etiam infirmos, infinitorum temporum exacto spatio, absorbere tandem motum mundi posse existimat. Cum vero explodendis Ocelli argumentis, quorum potissima solum repetere hic voluimus, finem fecisset Credentius, ipse variis rationibus mundi æternitatem oppugnare instituit. Primâ defumit a petrificatione, sive lapidum aliarumve ossæarum substantiarum generatione; qua explicata concludit, mundum, si ab æterno esset, omnem in petram jam pridem necessario fuisse conversum. Alteram defumit a montibus, quos subsidere magis magisque oculis patere ait, adeo ut nullus superesse clivus possit, si ab æterno mundum fuisse statuamus. Tertiam humani generis incrementa ei suppeditant. Si enim paucos solum annorum millenarios retro consideremus, parum tum mundum habitatoribus frequentatum inveniemus; cujus rei, si mundus ab æterno fuit, nulla sufficiens ratio reddi potest. Multa hic curiose de generis humani multiplicatione, & número hominum hodie viventium disputantur, quæ tamen præterire nos jubet eorum, quæ dicenda nobis restant, copia. Ad quartum igitur argumentum denique properamus, quod historiarum angustum spatium, modernæque artium inventiones Credentio contra mundi æternitatem suggessere.
- P. 54.
- P. 55.
- P. 58.
- P. 66.
- P. 95.
- P. 98.
- P. 99.
- Jam de altera hujus Collationis parte quædam dicenda sunt. Ejus argumentum Historia Creationis est, prout a Mose eam descriptam habemus. In ea scrupulum primo movet Philologó, quod omnia sidera, ut inserviant terræ, condita esse a Mose dicuntur; cum terra tamen minima hujus universi & contemtissima pars sit. Hunc ut eximat ei Credentius, mundi solum quem nos habitamus, eorumque, quæ ad illum pertinent, creationem describi a Mose statuit, indeque errare eum, dum putet, quod siderum omnium creationem ille descripserit, mundoque nostro inservire ea dixerit, probare conatur. Primo enim, cum Deus dicitur creasse cælum & terram, cælum aliud quam aerium intelligendum haud esse, contendit. Quod vero v. 16. dicitur: *faciebatque Deus duo luminaria majora, unum quod diem, alterum quod noctem regeret, & stellas*; id ita explicat, ut *stellas* non ad

ad verbum *faciebat* referendas esse dicat, sed ad *regeret*, ut sensus sit, Lunam lumine suo profuso regere, hoc est, respectu ad nos habito, splendore superare stellas, tantum quippe scintillantes; quam ob causam etiam *μεγάλοι Θεοί* a Platone aliisque Sapienibus Sol & Luna appellentur. Nihil itaque in textu Mosaico obstare ait, quo minus statuamus, peculiarem mundum unamquamque stellarum fixarum, constituere, ad nostri orbis ministerium haudquaquam conditum. Secundum Philologo dubium movet, quod lumen ante Solem conditum Moses dicat; id quod monstro ei videtur simile. Facile tamen Credentius illud solvendi viam invenit, dum per lumen prima die conditum non radiorum a corpore quodam luminoso emissionem, vel corpusculorum inter illud, visumque nostrum interpositorum tremulum motum, (qui lumen istud, quo fruimur actu, constituit,) intelligi jubet; sed formationem tenuissimarum partium, talemve earum configurationem, qua aptæ reddantur lumen ad nos transmittere, si quando postmodum corpus huiusmodi luminosum condatur. Ista enim, ex ejus mente, antequam particulæ ita disponentur, materiæ in rudi illa indigestaq; mole erat opacitas, ut si vel maxime luminaria tum extitissent, radiis tamen suis densitatem ejus penetrare neutiquam potuissent. Istam itaque emisit ex ore divino mandati, *fiat lux*, virtutem fuisse existimat, ut postquam incubatione Spiritus divini confusa ista stagnantiaq; materiæ principia in ordinem fuissent redacta, obscuræ atque terrestres partes expansum obnubilantes, mandato illo motiæ, ad propria centra statim secesserint, ita ut alia earum pars in centro Terræ, alia Jovis, Saturni alia &c. subsideret: donec tandem globis Planetarum istorum exinde exstructis, totum expansum ab opacis istis particulis repurgatum, tenuis atque pellucidus globus evaderet. Et hanc lucem primi diei fuisse opus existimat. Aquæ porro supracelstes Philologo absurdum videntur Mosis commentum. Credentius vero nihil doctrinam de iis absoni habere contendit, si aquas ad quemlibet Planetarum spectantes per eas intelligamus. Lunam enim aquas complecti, diversam lucis reflexionem in variis ejus partibus aliaq; argumenta evincere ait, remq; similiter in reliquis quoque Planetis sese habere, ea quam inter se habent cognatione probabile reddi putat. Supponit itaque, ante secundi diei opus, sine ordine dispersas per universum expansum aquas istas, secundo autem die verbo virtutis

p. 102.

p. 107

p. 109.

p. 111.

p. 112.

p. 115.

- P. 117. tis divinæ in varios globos suos apte dispersitas fuisse. Quæ ad alia Philologi circa creationem Mosaicam dubia, de fluminum nimirum mariumq; alveis, ad quos aquæ terrestres deferebantur, subito adeo efformatis, item de plantis & arboribus ante Solem conditis, ingeniose respondet, nunc prætermittimus. Præterire tamen non licet, quæ ejus contra quartæ diei opus objectionibus reponit, quod ad paulo ante allatorum ulteriorem explicationem ea non nihil facere videantur. Luminaria enim omnia una die condipotuisse, cum tot dies soli globo nostro terraqueo impensæ esse dicantur, persuadere sibi non potest Philologus, si vel maxime soli planetæ, utpote qui tot globi sunt nostro orbi profus similes, per luminaria intelligantur. Præterea inquit non bene convenire huic Mosaicæ traditioni cum supra exposita Credentii doctrina, quæ prima die, particularum opacarum ad contra diversa secessione, planetas formatos esse statuebat. Respondet itaque Credentius, omnes planetas quarta die cum omni apparatu suo conditos fuisse, verbis Scripturæ probari non posse. Quin potius omnium prima lineamenta una cum terra, cui natura sunt similes, posita, cumque ea etiam magis magisque eos expolitos fuisse statuit. Facti autem dicuntur die quarta ex ejus mente, quod illa demum die respectu ad nos habito Luna erraticæque stellæ constitutæ fuerint. Cum enim invisibiles antea opacive globi solum essent, Sole condito conspicuæ reddebantur, lumenque ab eo mutuo acceptum in terram refundere incipiebant. Ne vero obstare huic interpretationi Hebraicam vocem *קוץ* aliquis putet, eam non *facere* tantum, sed *novam quoque faciem habitumve induere* significare observat. Sed operæ pretium erit, qua ratione de planetarum creatione in universum Credentius philosophetur, exponere. Prima hexaemeri die opacis materiæ particulis, quæ in expansum fluitabant, ad varia centra sua delatis, eorum corpora ex ejus mente formari coepisse, secunda vero aquas quoque ad eos secessisse, jam supra dictum est. Præter aquam autem, in omnibus corporibus fluidam quandam, oleosam & inflammabilem dari materiam, nunc porro ait, quæ per universum expansum, aquis etiam remotis, diffusa manserit. Eam verbi divini virtute centrum totius *magni orbis* occupasse, & ex ea, in unum globum compacta, postea die quarta flammam Solarem produisse statuit. Jam itaque expansum ab omni rudi materia erat perpuratum, ita ut nihil nisi æther liquidissimus esset, cui planeta

netæ commodissime innatare possent. Præterea ab omnibus, quæ ob-
 sisterent, nec flecti facile possent, particulis erat immunis, ita ut tre-
 mor universam ejus diametrum summa velocitate percurrere posset.
 Fitque probabile, ante tertiam hanc expansi purgationem, ætherem
 oleosis istis particulis fuisse passim impeditum, ut adeo luminarium
 minorum lucem, ob celerioris tremoris defectum, non facile adeo
 transmittere valuerit; id quod iis in globum Solis coactis faciliori ne-
 gotio faciebat. Quamobrem merito dubium videri ait, an oculus, si
 eo tempore in expanso fuisset constitutus, fixarum quoque stellarum
 lucem percipere potuisset. Purgato vero ab oleosis quoque istis cor-
 pusculis expanso, ubique stellas in eo comparuisse ait, ubi quidem po-
 tentius Solis lumen eas non obscuravit. Et hanc ob causam fixas
 quoque stellas hac die conditas dici posse docet, licet altius forte, si
 quoad substantiam suam eas consideres, ætas earum sit repetenda. Ad
 Lunam tamen potissimum hæc referri vult, cum de aliis stellis paulo
 coactior videri possit metaphora; eam enim revera, quatenus ut Luna
 consideratur, ea die existere cœpisse statuit, utpote quæ phasés suas, eam
 (ut cum scholis loquamur) respectu nostri in esse Lunæ constituentes,
 rum primum a Sole acceperit. Verum hæc quidem de istis. Reli-
 quos qui Philologum pungunt scrupulos, qui sunt, quod paucos
 adeo, juxta relationem Mosaicam, sub initium Deus homines creave-
 rit, totamque speciem istam in uno solum mare unaque foemina subsi-
 stere jusserit, cum tamen innumeræ rationes suadeant, plures eosve
 diversi generis homines sub initium statim extitisse, (qua occasione de
 Æthiopû, deque eorum qui in insulas Americanas aliasve habitarent, ori-
 gine, eleganter simul differitur); quod ex costa Adami Evæ creata dica-
 tur; quod Adamus & Evæ primi homines ferantur, cum tamen ipsa
 S. Historia argumenta suppeditet, alios ante eos extitisse; quod Adamus
 una die omnibus animalibus, intime perspecta eorum natura, nomi-
 na imposuisse statuatur; quodq; alia denique etiam quam plurima illa
 die peracta esse dicantur, quæ majus quam unius diei spatium requi-
 rere videantur: Hos inquam omnes scrupulos, Credentique in iis exi-
 mendis Philologo dexteritatem absque mentione nunc prætermitti-
 mus, ne integrum librum exscribere velle videamur.

Paucis tamen etiam attingenda tertia hujus Dialogi pars est, quæ
 generis humani misere denique lapsi historiam, contra eorum, quibus
 fa-

p. 130.

P. 135.

P. 140.

P. 165.

P. 170.

P. 174.

- p. 195. *sapientia est religionem evertere, cavillationes tueri conatur. Primum hic dubium movet de Serpente seductore Philologus, in cuius solutione novi quidem nihil affert Credentius, nisi quod de figura serpentis, quam induit Diabolus, idem quod doctissimus Cantuariensis Archiepiscopus, (cujus sententiam Actorum hujus anni p. 194. exposuimus) statuat. Deinde de arboribus vitæ & scientiæ boni malique inter se disputant; scientiam enim & æternitatem arborum factus credere, plane Philologo videtur absonum. Vitæ itaque arborem quod attinet, nihil videtur obstare Credentio, quo minus dicat corpus humanum, natura sua haud immortale, fructu arboris cujusdam conservari in æternum potuisse, eadem ratione, qua nostris etiam corporibus ciborum quorundam ope ad tempus aliquod vitam producere licet. Arborem autem scientiæ boni & mali non inde, quod impertiri hujusmodi scientiam posset, nomen esse sortitam; sed quod Diabolus virtutem hujusmodi mendaci & impudico ore ei tribuisset, existimat. Quod enim ante lapsum quoque hoc nomine appelleretur, id per ~~εὐ~~ *λαψὴν* fieri statuit. Porro Paradisi quoque descriptio Philologo displicet, imprimis vero ideo, quod Mosaicæ de quatuor magnis fluminibus eum irrigantibus traditioni Geographia manifeste contradicere videatur. Verum Geographiam de istis fluminibus tradere vix quicquam posse Credentius ait, cum diluyii aquæ de Paradisi situ nihil plane nos scire permiserint. Cumque excipiat ille, supervacaneam itaque Mosaicam illam esse descriptionem, quæ ideo instituta esse videatur, ut situm Edenis curiosis harum rerum indagatoribus exquirere liceat; negandum hic esse existimat eum Mosis fuisse scopum, qui nihil aliud ista descriptione sibi voluerit, quam ut horti hujus pulchritudinem ob oculos posteritati poneret. Quæ de præcepto porro, quod observare protoplastos Creator voluit, de ipsa item eorum p. 225. transgressione; de pœnæ, omnibus Adami posteris inflictæ, justitiæ; p. 227. de terræ maledictione; de sententia in serpentem pronunciata; de p. 234. apertis Adamo post lapsum demum oculis deprehensaque nuditate sua, p. 237. (id quod de pudore circa res Venereas Credentius interpretatur); de p. 239. vestium denique, quibus post lapsum induebatur ille cum uxore, apparatu, ultro citroque disputantur, nunc quidem prolixius exponere non licet. Cherubinum tamen flammeo ense instructum, custodiæq; Paradisi præfectum, quid esse velit Credentius, referre juvat. Flammeum itaque*

itaque gladium pari ratione, qua Grotius (quem tamen non allegat) interpretatus est. Ea tamen ex parte a Grotio abit, qua ipse Cherubini insuper mentionem fieri ideo existimat, quod moris apud Hebræos sit, omnia extraordinaria Dei opera Angelorum nomine significare: sic enim famem aut pestem *Angelum Vastatorem* appellant; ut alia hujusmodi taceamus. Denique ut finem tandem faciat Philologus, id solum adhuc querit, an non negata historica traditionis Mosaicæ veritate, consultius sit, allegorice saltem eam explicare, ita ut lapsus animæ hieroglyphice ea repræsentetur? Commode enim satis eum oculis sisti putat pictura, quæ serpentem, unam cum muliere pomum viro tradente, exhibeat. Pomum scilicet atq; mulier voluptates sensuales designant, quibus immersa anima in præcipitia sese dedit, serpens Dæmonem a quo in eas illa fuit adducta, vir denique animam ita seductam. Rationem autem, cur non pictura, sed verbis hieroglyphicum istud Moses repræsentaverit, eam reddi posse ait, ut Judæorum refractariorum, omnesque præterea imagines abhorrentium, menti eo certius insingeretur. Verum ista opinio merito displicet Credentio, cum nihil historici magis quam allegoria sit contrarium, totum vero Mosis opus historicum sit. Præterea allegoriam semper indubitatos characteres præ se ferre ait, quibus ab historia discernatur, quod in Æsopi fabulis aliisque hujus generis fictionibus patet, quales tamen in hac narratione nulli compareant. Mosen porro nusquam tale scribendi genus alibi secutum esse dicit, nec eas habuisse illud sectandi causas, quas alii scriptores habuerunt. Quibus omnibus fusius paulo deductis, ostendit, quam multa Historia lapsus humani Mosaica planissima reddat, quæ nulla sapientum hujus mundi mentis acies explicare unquam potuerit. Tale quid est depravatio voluntatis humanæ, quam alii principio cuidam malo, cum Persarum Magis, eorumque sectatoribus Manichæis; alii animæ cum materia mixturæ, alii aliis causis adscripserunt. Tale quid etiam esse existimat, quod rationem pudoris humani circa Venerem aliunde reddere non liceat æque commodam. Tale, quod inde, quæ causa dolorum sit mulieribus in partu tolerandorum, explicari possit. Tale denique, quod sterilitatis terræ nobis ex ea causæ clarissime innotescant.

p. 249.

p. 255.

p. 259.

p. 262.

p. 263.

Die erste Liebe der Gemeine JESU Christi / das ist /
wahre Abbildung der ersten Christen nach ihrem lebendi-
gen Glauben und heiligen Leben.

Hoc est:

*CHARITAS PRIMÆVA ECCLESIARUM CHRISTI,
sive vera Effigies primorum Christianorum, tam in vera fide, tam vita
sancta, cum Elucidatione Christianismi Primitivi GUIL-
ELMI CAVE, Auctore*

GOTHFREDO ARNOLDI,

Francofurti apud Gottliebium Frideburg, 1696. in fol.

Constat Alph. 12. plag. 6.

Cum illorum opera maximi omnino æstimanda sit, qui Antiquitates Ecclesiasticas, obscuritati suæ per plura secula immerfas, improbo labore luci suæ restitunt, quod quidem ab ingeniis exquisitis per tempus bene longum non sine egregio successu agi cœpit; tum vero illi summam merentur laudem, qui faciem Christianismi paulo accuratius ita repræsentant, ut quæ fides fuerit Christianorum, quam ardens & pene incredibilis charitas, quam severa morum disciplina primis illis, quibus *sanguis Christi*, ut sanctus *Hieronymus* loquitur, *in pectoribus Christianorum adhuc calebat*, seculis viguerit, ex monumentis scriptorum ecclesiasticorum dextre & absque animi præjudicatis opinionibus exponunt. Tentarunt id quidem Viri scientiarum ecclesiasticarum instructissimi a renatis literis sæpius, & laudem industriæ pariter & ingenii, quam meruerunt, ab orbe erudito præclaram & nunquam intermorituram adepti sunt. Sed cum per partes tantum illud ab ipsis factum esset, & multa etiam, ut facilius in e jusmodi argumento lapsus est, videm præterviderint, vel quod subsidiis necessariis eam in rem destituerentur, vel quod suis, quibus in religionis negotio addicti erant, partibus plus æquo studerent; surrexit demum, qui rem ecclesiasticam multis modis sibi obstrinxit, GUILIELMUS CAVE, cujus eruditissimus de *Christianismo primitivo* liber, cum sæpius in Anglia recusus esset, nunc etiam una cum *Vitis Apostolorum* civitati Germanicæ donatus, & curis secundis emendatus, nuper apud nos prodit. Cum vero Viro celeberrimo suæ causæ fuerint, quibus indu-

ductus amplissimum hoc argumentum concisus persequeretur, ut propterea in aliquibus vel elucidatione vel supplemento indigere visus sit, operæ pretium facturum se ratus est Vir in literatura ecclesiastica versatissimus, GOTHOFREDUS ARNOLDI, si paulo impensiori cura ad spartam hæc tanti momenti ornandam accederet. Neque, si quid judicamus, destituit eum omnino eventus. Enatum enim hinc ipsi est opus istud, quod præ manibus habemus, eximium atque vastum, in quod sane, quicquid in antiquitate ecclesiastica ad fidem, mores & disciplinam Christianorum facit, studio plane singulari comportavit, persuasus videlicet, ut opinamur, tum demum recte & ordine studium antiquitatis ecclesiasticæ excoli, si quæ ad usum spectant, veluti in tabella ad imitationem omnibus proponantur. Quam in rem ipse sua libertate usus, & in lectionem Patrum effusus ea selegit, quæ scopo suo videbantur esse convenientissima; quæ quidem omnia typis publicis exscripta eruditi orbis iudicio submittit.

Nemo vero expectet a nobis, ut integri libri excerpta hic sistamus; cum tanta rerum pulcherrimarum ubique lectoribus offeratur feques, ut vix seligendi, quæ præstantiora sunt, supersit copia. Quapropter contentorum tantum summa capita & partitionem totius libri proposuisse sufficiat. Integrum nempe opus in duas partes, quæ octo complectuntur libros, dispescere ipsi placuit. Et in *parte* quidem *prima*, ante omnia *libro primo de officiis*, quæ *erga Deum* observaverint Christiani primi, disserere instituit; atque hic prolixè agitur de conversione hominis ad Deum, de receptione conversorum in ecclesiam, de illuminatione fidelium, de regeneratione & adoptione apud DEum, de copiosa & prædivite effusione Spiritus sancti in novo testamento, de primorum Christianorum fide viva & efficaci, de nomine Christianorum eorumque signis, devitæ ratione, quam ad verbum DEI & juxta Christi tum doctrinam tum exemplum formaverint, de obedientia eorum erga DEum, de servatione præceptorum divinorum, cui studuerint, de fuga peccatorum præreticorum, de perfectione qua primitus Christiani conspicui fuerint, de amore erga Deum ceu patrem suum, de fiducia & timore Dei, de spe, de humilitate, de gratiarum actione & gaudio in Deo, de fructibus & prærogativis veri Christianismi, de restauratione imaginis divinæ, denique de unione cum Deo; atque his absolvitur liber primus.

In *secundo* agitur de Christianorum in primitiva Ecclesia precibus ad Deum fufis ; de cantionibus, de conventibus & templis, de tempore quo peracta ipforum exercitia divina ; de personis ecclesie & speciatim de laicis ; de foeminis & mulieribus ; de aliquorum singulari vivendi genere, ubi & de solitarie degentibus sermo est ; de electione & vocatione ministrorum verbi, tum in genere, tum in specie ; de eorum distinctione, gradibus & numero ; de publica verbi lectione, de catecheseos exercitiis, de baptismo, & denique de coena Domini.

Jam pergit *libro tertio* ad ea, quae Christianos, quae ad se invicem considerantur, attinent ; & hic agit de fraterna unione in genere, de amore Christianorum adversus se invicem sincero ; de unione cum fratribus, & mansuetudine erga eosdem ; de humilitate erga alios ; de fraterna sublevatione & auxilio in afflictionibus, tum corporalibus tum spiritualibus aliis praestito ; de fratrum correptione & admonitionibus, de communionem bonorum ; de liberalitate fidelium ; de provida cura pro pauperibus, orphanis, aegrotis, captivis, ac martyribus infumta ; denique de hospitalitate erga advenientes hospites liberaliter praestita.

Sed *libro quarto* ea persequitur officia, quae a Christianis sibi ipsis sunt praestanda. Hac occasione sermonem facit de abnegatione sui ipsius, de contemptu mundi, de temperantia & sobrietate, de jejuniis, de castitate, de abstinentia ab omni petulantia, uti saltationibus, comœdiis, spectaculis, ludisque aliis ; quae virtutes omnes in Christianis illis primis quam maxime eluxerint. Porro loquitur de cruce & afflictionibus, quibus fuerint obnoxii ; de ipforum sub iisdem patientia ; de martyribus ipforumque admiranda patientia ; qua de re jam pridem etiam peculiari schediasmate seorsum excuso & alibi a nobis memorando, egisse Auctorem meminimus.

Libro quinto, quo secundam partem auspiciatur, pergit ad ea officia Christianorum, quae impiis exhibuerint. Ubi docet, quam cautionem & diligentiam adversus impios adhibuerint, & quanto tamen erga ipsos usi fuerint amore ; quanta erga inimicos fuerit ipforum mansuetudo ; quomodo se gesserint erga magistratus infideles & judicia forensia ; quibus suppliciis & poenis persecuti sint maleficos ; quae fuerit ipforum de bello & vita militari sententia ; quam studiosè candorem

&

& veritatem in omni vita , æquitatem vero & justitiam in contractibus & pactis coluerint.

Sextus liber vitæ Christianorum privatæ & domesticæ impenditur. Ubi differitur de ipsorum nuptiis & conjugio; de officiis conjugum, parentum, liberorum, dominorum & servientium; quomodo mane & vesperi, inter cœnandum & inter labores, quomodo & in colloquiis aliisque in occasionebus se gesserint; de educatione liberorum, qualis fuerit domi & in scholis; de studiis & eruditione; de morte denique & sepultura.

Libro septimo de *charismatibus miraculosis Christianorum* narrationem instituit; & hic ante omnia in genere inquit in ipsorum indolem, veritatem & fructum: postea progreditur ad singula in specie, agitque de sanatione ægrotorum, de mortuorum resuscitatione, & uti excisis etiam linguis tamen aliquando locuti fuerint. Porro de martyribus, quos nulli cruciatus vel lædere potuerint, aut sensu dolorum afficere: de expulsionibus dæmoniorum; de prophetiis seu vaticiniis, revelationibus, visionibus, ecstasibus & somniis divinis, eorumque exemplis; denique de defectu miraculorum ejusque causis.

In *octavo* demum *libro* in eo elaborat, ut ostendat Auctor, *Christianismum verum sub Constantino Magno a primæva puritate & innocentia defecisse*, pristinumque nitorem amisisse. Sed hic primum disputat de optimo Christianorum statu, dum sub cruce essent, monstratque, quemadmodum sub externa felicitate, facillime deficiant ab integritate, qua autea florebant, Christianorum animi, id quod præsertim Constantini Magni & sequentibus temporibus contigisse appareat; quod tamen ut luculentius doceret, edisserit prolixius, in quæ enormia peccata prolapsi tum sint Christiani, qualia sunt, incredulitas & contemptus divini Numinis, idolomania, magia, superstitio, avaritia, tyrannis, & persecutiones piorum. Progreditur dein ad corruptum Cleri statum, & ita agit de ipsorum illegitima vocatione, contemptu Dei & ipsius verbi, ignorantia, negligentia, & pessima muneris sui functione, de ipsorum ambitione, titulorum pompa, litibus ob prærogativam suscitatis, elatione super alios, invidia & odiis, quibus erga se invicem indulerint: de ipsorum porro hypocriti ejusque signis, de elatione eorum super Magistratus, & subtractione ab obedientia Principum, exhibitisque eam in rem fraudulentis artibus;

bus, de ipsorum inverecunda ad secularia tractanda negotia intrusione & ἀλλοτριωσις, maxime de curis militaribus, de cleri avaritia, ejusque signis & fructibus, præcipue simonia, lucri cupiditate & immisericordia, de ejus voluptate & inde ortis commestrationibus, ludis, impudicitia, similibusque. Quibus vitiis quis neget maxima in ecclesiam damna & inveni & invec̄ta esse? Proximum igitur erat, ut ageret etiam de pœnis, quæ & ministris verbi, eorumque auditoribus a Deo immis̄sa fuerint. Sed mox ad clerum regredimur, agitque de dominio doctorum in conscientias, & inde infallibilitate ac tyrannide sibi vindicata, quam præcipue in confessionibus audiendis & absolvendis peccatoribus exercuerint; de abusu clavis ligantis & excommunicatione injusta, de dominio in conscientias per concilia & conciliorum decreta; deque iis quæ concilia consecuta sunt, de exortis hæresibus & erroribus; ubi imprimis, quid sit hæresis, disquiritur. Addit, quomodo Christiani primi adversus hæreticos se gesserint, & de iis, qui alios in hæreticorum numerum retulerint, aut ab aliis relati fuerint; denique de persecutionibus hæreticorum sub apostasia, quæ omnia exemplis plurimis illustrantur.

Hæc summa est totius diffusi admodum operis, in quo sane pleraque obvia occurrere palam est, quæ in evolvendis scriptis Ecclesie primitivæ, ejusque doctoribus observare convenit. Ut vero fidem dictis adstrueret, verba semper ex auctoribus ecclesiasticis ipsa allegat, sed in linguam Germanicam conversa. Apparet autem ex locis ad singulos paragraphos magno numero adductis, Auctorem præcipue eos allegavisse, quorum in ecclesia magna semper fuit auctoritas; de quibus singulis, quando vixerint, quid de unoquoque sit habendum, indice Auctorem, quem toti operi præmisit, fusius explicat.


Cæterum scopus *Arnoldi* doctissimi, quantum nos perspicere possumus, versatur in eo, ut ostendat, res quibus Christianismus imprimis censetur, primis post Christum seculis sub truculentissimis gentium persecutionibus, omnium maxime floruisse, sed deinceps, Christianis Principibus ad imperii gubernacula adnotis, sensim collapsas, posterioribus temporibus penitus concidisse, invec̄tis omnis generis superstitionibus, crudelitate, & erroribus, omnemque defectio-
nem tantum non clero esse imputandam. An vero Auctor clarissimus singulis in relationibus ea, quæ certissima sunt, sectatus ubique fuerit;

in exponendis rerum causis aliisque circumstantiis rem acu tetigerit; an vero juxta scopum aliqua in parte erraverit, sanctorumque Patrum admonitiones veluti rem in facto positam laudaverit; & quomodo ipsius lucubrationes in usum nunc sint convertendæ, iis relinquimus discutiendum, qui antiquitatibus ecclesiasticis perscrutandis suam collocant operam, quique totius compagis, qua cohæret sacrum ecclesiæ ædificium periti, quid ex usu sit ecclesiæ Christianæ, statuerent prudenter & ex vero possunt.

JOH. BERNOULLI TETRAGONISMUS UNIVERSALIS Figurarum Curvilinearum, per Constructionem Geometricam continue appropinquantem. Addatur ad ea quæ in Actis 1694 mense Novemb. de eadem materia habentur.

Quod rarum olim & inusitatum fuerat, nunc a duobus tribusve lustris nihil vulgariius nihil tritius est apud Geometras, quam quadraturas spatiorum (algebraice non determinabiles) ad seriem infinitam, quod ultimum est refugium, revocare. Primus ego & forte solus publicavi Act. 1694 m. Novembr. seriem universalem pro omnibus sine discrimine spatii quadrandis curvisque rectificandis, quam neque irrationalitas neque implicatio indeterminatarum impedit. Non moror, multoque minus responsione dignor, quicquid quidam obganiat: sufficit tanto applausu præstantissimorum Mathematicorum exceptam fuisse, quod privatæ ipsorum literæ testatum reddunt, ut non sit cur ejus me poeniteat, quin potius & in publicum & in me injurius essem, si diutius in chartis meis latitare paterer hanc secundam methodum, quæ alteri priori multis occasionibus commode succenturiari potest, eo quod prior illa analytice expressa applicatu difficilis evadit, in exemplis ubi perplexus requisitur calculus; hæc vero quam nunc traditurus sum, nullam analysin respiciens, spatiorum magis minusve compositorum quadraturas pari simplicitate expedit, supposito tantum curvarum datarum datas esse vel dari posse tangentes, ipsamque curvam propositam jam descriptam esse: hic enim nullas expeditiones analyticas, quibus seriei termini explicentur, adhibeo, sed quod insolitum hæctenus fuit quadraturas ita determinare, ipsa constructio geo-
me-

metrica constanti lege eaque valde simplici in infinitum continuata exhibet veram rationem figuræ curvilinæ quadrandæ ad rectangulum circumscriptum.



Sit proposita figura curvilinea quæcunque ACB , cujus coordinatæ AB, BC ; quæritur quam habeat rationem ad circumscriptum rectangulum BL ; cui quæsito ego sic generaliter satisfacio: Ob datam curvam AC , datur ejus tangens CM ; describatur ergo nova curva AD , hac lege ut ubique BD sit = semissi ipsius AM ; hinc & hæc nova datur; jam fiat tertia AE , quæ eodem modo construatur ex AD , quo hæc ipsa AD constructa est ex AC , nimirum ut BE semper sit = $\frac{1}{2} AN$. Eadem hac lege ex inventa tertia curva AE , describatur quarta AF , & ex hac quinta AG ; tum sexta, septima, & hoc in

infinitum continuari intelligatur: Habebit rectangulum circumscriptum BL ad spatium curvilineum ACB eam rationem, quam dupla BC ad $BC + BD + BE + BF + BG + \&c.$

Quod si alternatio signorum magis arideat, en ex pluribus qui excogitari possunt, modum hunc alterum: Curvæ AD, AE, AF, AG &c. describantur hac conditione, ut ubique BD sit æqualis ipsi LM seu $AC - AM$; $BE = BD - AN$; $BF = BE - AO$ & ita consequenter; quibus factis dico rectangulum BL fore ad figuram curvilineam ACB , ut BC ad $BC - BD + BE - BF + \&c.$

Notare convenit, non opus esse integras designare curvas AD, AE, AF &c. quas majoris intelligentiæ gratia ita representavi: minimæ enim earum portiunculæ prope BC ductæ sufficiunt ad determinandum intersectiones D, E, F, G &c.

Hoc etiam monendum, quando methodum ad praxin deducere lubet, in nonnullis exemplis ut in ipso circulo accidere, ut delineatis
jama

jam aliquot ex curvis AD, AE, AF reliquæ interfecent applicatam BC infra punctum B, & quidem ita ut punctum intersectionis magis magisque recedens a B, tandem ab eodem infinite distet, unde nihil determinati habebitur. Ne tamen hisce in casibus regula nostra fiat inutilis, siuumque non sortiatur effectum, multis modis huic inconvenienti remedi licet, quorum tutissimus est, ut figura proposita transformetur (quod quomodo fieri debeat jam omnibus & vel tyroni notum est) in aliam quæ terminetur curva asymptotica; sciendum enim, hujusmodi spatia modo memoratæ incongruitati nunquam esse obnoxia.

Cæterum non præterendum puto, quod notavi, interdum ubi spatia sunt absolute quadrabilia, seriem BC + BD + BE + BF &c. ia priori modo; vel CD - DE + EF - FG in altero, fieri manifeste summabilem, unde quadratura terminis finitis sponte prodit: Ut quando curva proposita AC est ex parabolæ genere cujusvis gradus n, erit ex proprietate parabolæ BC ad AM in ratione constante n ad n - 1, & propterea curva AD, ut & omnes reliquæ AE, AF, AG, erunt parabolæ ejusdem gradus cum AC. Hinc per priorem modum series BC + BD + BE + BF constituit vulgarem hanc progressionem Geometricam in infinitum descendentem,

$$\frac{1}{1} BC + \frac{n-1}{2n} BC + \frac{Q^{n-1}}{4^n} BC + \frac{C^{n-1}}{8^n} \&c. \text{cujus summa per}$$

communes regulas invenitur = $\frac{2^n}{n+1} BC$. Dico itaque rectangulum circumscriptum esse ad spatium parabolicum ACB, ut $2 BC$ ad

$$\frac{2^n BC}{n+1} \text{ id est ut } n+1 \text{ ad } n, \text{ \& hoc perfecte congruit cum eo, quod}$$

per infinitesimalem calculum jam diu repertum habemus; non enim ut aliquid novi, sed quatenus methodi hujus universalitatem commendat, huc refero: Pariter per posteriorem modum series BC - BD + BE - BF &c. hanc producit progressionem Geometricam.

$$\frac{1}{1} BC - \frac{1}{n} BC + \frac{1}{n^2} BC - \frac{1}{n^3} BC \&c. \text{cujus summa} = \frac{n}{n+1} BC.$$

Habebit ergo rectangulum BL ad spatium ABC rationem, quam

$$BC \text{ ad } \frac{n}{n+1} BC \text{ id est } n \text{ ad } n+1, \text{ ut ante.}$$

ADDITIO AD D. T. INTIMATIONEM DE EMENDATIONE artis vitriariae.

Illis, quæ nuper in Actis mense Augusto p. 346. seq. de vitrorum prægrandium formatione dicta sunt, non possumus quin adjiciamus, ab eodem artifice paratas fuisse adhuc duas tabulas vitreas rotundas, quarum una libras habet 220, diametrum septem ulnæ quadrantum, crassitiam quatuor pollicum; altera pondere suo æquat libras 300, cum ejus diameter sit quatuor fere pedum, crassities quinque pollicum, atque hanc nuperis nundinis Lipsiensibus in artificis dicti vitriaria taberna curiosorum oculis publice fuisse expositam.

DISSERTATIONES MEDICO-PHYSICÆ, DE ANTRIS Lethiferis, de Montis Vesuvii Incendio, de Stupendo Ossium Coalitu, de Immani Hypogastrii Sarcomate. Autore BERNARDO CONNOR, M. D. Seren. Polon. Regis Medico, e Regia Camera Parisiensis Societate.

Oxenii, apud Henr. Clemenens, A. 1695. in 8. plag. dimid. 21.

Diff. I.

Quamvis hactenus, quicquid vastissimo suo sinu rerum mater Natura complexa est, ingenium hominum atque solertia studiosissime exquisiverit; infinita tamen adhuc esse, quæ cognoscere humanus animus possit, Auctor nobilissimus non dubitavit. Occasionem igitur iter faciendo opportunam nactus indagandi Naturam, studio, quanto potuit maximo in causas rerum inquisivit, & quatuor Dissertationibus Medico-Physicis illa, quæ observatu digna videbantur, publici juris facere, orbique erudito exponere voluit. Ordinem ab Auctore institutum in recensu earundem servabimus. Primam Dissertationem, quæ agit de Antris lethiferis, articulis absolvit undecim. Art. 1. terram universam nitide corpori humano comparans, meatus subterraneos ac cavernas a vaporibus produci suspicatur, qui ex constipatis ab hyemali gelu telluris spiraculis deorsum reverberati, terræ motus atque eruptiones causentur: non aliter, ac miasmata corporis nostri, poris a frigore constrictis præclusa, inordinatos procreant tumultus. Has vero cryptas latente halitu venefico sæpius scaterere, qui animalia facesque accensas extinguat, spissum item malignumque emittere fumum, qui lethalis sit, negare non audet: interim persuasum habet,

bet, esse quasdam, quæ, licet nulla virulentæ auræ suspicio adsit, mortem animantibus inferant; quarum effectum ex denegato aere elastico, hoc est, materia respirationi conveniente, ut in antia pneumatica conspicimus, produci verisimile credit. Art. 2. specificam virulentorum misinatum naturam investigans, sola mineralia, præcipueque illa, quæ salina, aut sale acerrimo imprægnata sunt, (quicquid alii de mercurialibus & antimomialibus sentiant) existimat lethiferis aerem inquinare particulis posse. Illa vero fixa aut volatilia angulis solidis aut acutis sanguinem præter modum coagulare vel dissolvere arbitratur. Hinc pro majori minorive eorum copia, mortem subito vel paulatim animalibus inferri, stupendis comprobatur exemplis, quæ inter primarium est, quod Parisiis contigit. Fossiles, thesaurum in cella vinaria detegere cupientes, extinctos, inque situ naturali repertos fuisse narrat, ex vapore subtilissimo, accedente frigore, id accidisse credens. His tandem, si nondum mortem obierint, remedia convenientia adjungit. Art. 3. scrobes Charoneas, quæ spissam continuo eructant nubem, examinat, illasque non tam veneno, quam crassitie effluviorum animalia e medio tollere facesque extinguere, sibi persuadet; statim enim ac liberiori exponantur aeri, sponte reviviscere conspexit, quod poruli vesicularum in pulmonibus, qui a vaporoso aere obstructi fuere, aperiantur, liberumque aeri concedant ingressum. Nec obstare ait, quod aliz cryptæ subterraneæ, licet vapore spisso gaudeant, nihil afferant damni; cum experientia doceat, in his semper vel auram tenuem, ut in Cumanæ Sibyllæ antro, vel ventum haud exiguum, ut in Cracoviensibus salifodinis persensit, densum fumum detergere. In his denique si qui in deliquium animi incidant, eos idoneis solatur remediis. Art. 4. examinatis cavernis, quæ aut virulenta materia aut fumo crassiori necant, aliam producit cryptam, quæ canicidie celebris, Italis la Grotte del Cane dicitur, quam alio plane modo lethalem credit. Hanc in fundo subviridescens, in superiori vero regione nativi terræ coloris se vidisse, modicumque calorem inibi sensisse testatur, figuram cryptæ ipsam, ut eo clarius res pateat, adjiciens. Ubi A. A. A. A. feralis Cavernæ facies & ingressus. B. B. B. B. altitudo spatii lethiferi & viridescens muricoloris. CC. æther subtilissimus & insensibilis, in horizontali linea a toto antri ambitu in cavitatem ejusdem ingrediens. D. D. D. D. regio cryptæ superior

TAB. IX
Fig. 1.

A a a a 2

rior, in qua animantia vita fruuntur. Art. 5. experimentum vulgare cum cane, qui cavernæ immissus, in convulsivos motus & spasmos incidit ore hiante, paulo post in lacum, Agnanum dictum, reiectus sibi restituitur, exponit. Art. 6. sua quoque, quæ ipse fecit, commemorat experimenta. Columbam nempe in antri area detinuit, quæ languens fereque mortua, vitam aëri exposita recuperavit, e manibusque evolavit. Idem iterum iterumque alia columba canequæ expertus fuit. Aërem denique exploraturus inferiorem, bilance sumpta, unum illius brachium, contortis in nodum staminibus, brevius reddidit, positumque in æquilibrio cum longiori, quod inferiori immisit aeri, vix ad sensum mutatum fuisse deprehendit. Art. 7. varias circa mortiferam foveæ hujus virtutem enarrat auctorum opiniones, omnibus fere venenosum halitum defendentibus, aliis tamen alkaliam, aliis acidam potius naturam ipsi tribuentibus. Art. 8. nihil vero veneni hac in crypta quempiam suspicari posse, evincere conatur, quod columbæ intra cavernam mortuæ sanguinem in solito sinore retinuerint, & in alimentum a custode cryptæ hujus sumptæ fuerint. Cæteras Auctoris rationes adducere superfedemus. Art. 9. in eam ab it sententiam, ut statuat, æthereum quendam & tenuissimum spiritum, aere communi longe subtiliorem, subire hujus foveæ regionem lethiferam, qui rapido motu suo vivificum remove aërem, animaliaque, ac faces extinguere possit, idque experimento, si aer elasticus in antlia pneumatica extractus fuerit, fufius declarat. Hujus tamen auræ originem non perpendiculariter e terra esse, sed in linea horizontali e margine viridescantis parietis ad oppositum determinari, unde torrens æthereus parietibus respondens nascatur, persuasum habet. Latere vero dispersum quoddam seminium minerale vel marcasitam metallicam, cujus beneficio ingressum egressumque æther liberum inveniat, haud ambigit. Modum circulationis a parietibus ad centrum, & vice versa a centro ad parietes perenni motu fieri, verisimile ipsi est. Art. 10. persuadet tandem sibi, perire animantia in hac caverna, quod aer elasticus sive crassior deficiat, h. e. quod innatans aëri sal, nitrosam indolem æmulans, sanguinem reducem ex venis crassescensque novo fermentaceo stimulo non rarefaciat. Quod ad flammam attinet, extingui eam putat, quod nulla sit aeris gravitas, quæ comprimat particulas igneas cogatque (ut conica testatur figura,) in se invicem.

Nam

Nam licet aer non absolute necessarius videatur ad flammam elicendam, (ut pulvis pyrius docet, cujus granula disseminata, extracto aere crassiori in antlia pneumatica in flammam & auram fumosam abeunt) requiritur tamen, ut flamma aliunde generata diu conservetur. Nitrum acreum, quod Mayow aliiq̄ strenue defendunt, ejusque defectu interire animalia credunt, rejicit, quod omnes præparationes nitri, quomodocumque cum sanguine mixtæ fuerint, ipsum coagulent, hincque inspiratæ ejus particulæ motum sanguinis retardare necessum habeant. Art. II. de locis subterraneis sive fodinis disserit, in quibus artifices quidem libere respirant, paulo post vero in varios prolabantur morbos. Id quod inde fieri credit, quod pulmonum vesiculæ arenulis vel alia spissa materia infarciantur, aut quod sanguis acrimoniam acquisiverit. His generalem adjicit curam.

Diff. II.

Secundam aggredimur Dissertationem, cujus titulus est Mons Vesuvius, & novissimum ipsius incendium, quod contigit A. 1694. Ad summum montis Vesuvii fastigium, circa Idus Decembris A. 1693, maximo cum labore, per instabiles atque arenosos cineres, Auctor ascendit anhelus, lapideæque naturæ materiam, ferreis præprimis particulis gravidam, e barathro ejus tum temporis ejectam deprehendit; quare incendia hæc a ferro, sulphure & nitro forsitan excitari opinatur. Eructantem vero peculiare quid Vesuvium A. 1694 (Romæ tum erat) examinat diligentius, recensetque, montem per triduum diu noctuque ardentissimas flammis spissasque fumis nubes evomuisse, quarto strepitu conflagrasse minori, quinto igneam liquefacti metalli flumen ex apice ad mare devolvisse, quod jussu Proregis fovea exceptum fuerit. Hunc torrentem mineralem ad distantiam unius milliaris in præteritam solidam concrevisse. Superius stratum levius, materiam vero fundum tenentem longe graviorem splendidioremque ad metalli naturam propius accessisse. Massam igitur hanc malleo percussam in pulverem abiisse videns, non unius esse substantiæ, imo nitro & antimonio abundare conjecit: confirmatusque experimento, facto a D. Scaly Anglo, (qui materiam liquefactam in vasculum efformavit, cui vinum rubrum infusum famulo propinavit, quo sumpto ille bis evomuit) concludit, emeticum vinum regulinis antimonii particulis rigidisque nitri cuspidibus fuisse aculeatum. Denique e terræ visceribus nova quotidie generari mixta, ex hoc Vesuvii phænomeno


evincere conatur contra illos, qui omnia mineralia a creato mundo fuisse statuunt.

Diff. III.

Tertiæ Dissertationi conscribendæ de stupendo ossium coalitu ansam dedit sceleton humanum, quod Parisiis apud D. Molalli videre ipsi licuit, cujus ossa omnia in unum combinata erant. Descriptio cadaveris hæc est: ossa omnia trunci humani, qui ex vertebris dorſi & lumborum, costis, ossibus sacro & innominatis alias compositus est, intime unita non nisi unicum monstrarunt corpus figuræ semicircularis. Costarum extrema, quæ sterno adhærent, deorsum ad hypogastrii regionem inclinarunt, osque ilium attigerunt. Inspiciatur figura ipsa, quam hic exhibemus. In Campania truncus repertus fuisse dicebatur. Sententiis aliorum, qui ab acido, sale, aquis petrificantibus, spiritu ossifico &c. hanc ossium cohærentiam deducebant, rejectis, suam hac de re declarat mentem. Curvaturæ vero primum originem indagat, a qua hoc ossificium fuisse ostendit. Explicata itaque formatione foetus naturali, præter naturam, si forte ab ambientibus partibus in una sui parte embryo comprimatur magis quam alia, truncum in figuram curvam determinari, verisimile credit. Incurvato hunc in modum trunco, costas necessario ad os illi & pubis accedere, neminem latet, qui modo pectus cum capite ad genua flectere velit. Ex hac compressione non potuit non ex mente Auctoris impediri sanguinis & humorum inter fibras coarctatas circulatio, quæ sicca in ossæam necessario abeunt substantiam. Costarum cartilagine & ligamenta facile indurari potuisse suspicatur, quod foetus in utero non respiret. Majoris difficultatis fuisse putat, quomodo talis homo natus vivere diu ac respirare potuerit, cum pectus propter continuationem costarum cum vertebris minus commode dilatari potuisset. Verum passionibus hysteris atque apoplexia correptos censet satis testari, haud magnam abdominis dilatationem requiri, ut sufficiens ingrediatur aer. Adhæc costæ sternum versus, quarum cartilagine non erant ossificata, motum suum retinebant. Accedit, quod sanguinem alimento auctum per foramen ovale & canalem arteriosum, structura trunci idem satis urgente, cursum servasse suum, nullum sit dubium.

Diff. IV.

Quarta se denique offert Dissertatio, quam de immensi uteri sarcomate conscripsit. Materiam suggessit vidua quinquaginta circiter & septem annorum, quæ, cum ejus hypogastrium maritus ebrius



E. Andre. Sohn. sc.

ebrius pede percussisset, suppressis hinc mensibus, successu temporis in fumorem horrendæ molis incidit, quem viginti quinque annos sustinuit. Mortuam apernit Auctor clarissimus, observavitque aquæ tubalæ & subrubicundæ paululum exiisse ex abdomine, uterum peritonæo adnexum fuisse, vasa hypogastrica præter modum tumida, venam cavam intestini crassi instar ampliata[m] extitisse, nervosque uteri externam ipsius superficiem circumdedisse; in cujus cavitate carnæam mole[m] conspexit, quæ præter modum in sinistra parte extensa, ovarium destruxit. Cultello anatomico porro explorans uterum, glandulosam hujus membranam detegere non potuit; quare glandulas in hanc surrexisse mole[m] tot annorum spatio suspicatur, confirmatus in eo ex conspecta insertione vasorum uteri sanguineorum in massæ centrum. Ex figuris res erit clarior.

TAB. IX.

Fig. 3.

Figura 3. exhibet totum tumorem utero circumdatum, ubi matrix cum appendicibus apparet.

- A. A. A. A. Tumor in utero inclusus sine incisione facta.
- B. Tuba sinistra tumefacta, sine ovario & ligamento.
- C. Orificium externum vaginae.
- D. Vagina integra sine incisione.
- E. Orificium internum uteri semi-apertum.
- F. F. Duæ venæ hypogastricæ, quæ serpunt supra uterum.
- G. G. Duæ arteriæ hypogastricæ.
- H. Vena spermatica inosculata cum vena hypogastrica.
- I. I. Duo ligamenta rotunda.
- K. L. Ovarium dextri lateris cum suo ligamento.
- M. M. Duo processus laterales tumoris.
- N. Nervorum fasciculi & vasa, quæ hic tumorem stringunt.

Fig. 4. apertum & in medio incisum tumorem representat.

Fig. 4.

- A. A. A. A. Substantia tumoris aperta, ubi apparent globuli, quos cum microscopio detexit, & innumera filamenta vasculosa.
- B. B. B. B. Uterus separatus & ad latera revolutus.
- C. C. C. C. Incisio in medio tumore facta.
- D. D. D. D. D. Vasa sanguinea, quæ subeunt & perforant uterum, devolutum, & in massam ingrediuntur.
- E. E. Ligamentum rotundum reversum.
- F. F. Orificium internum uteri, & vagina aperta.

G.

G. G. G. G. Sinus, vël cavernosi ventriculi molis carneæ.

H. Caput tumoris incisum.

Portionem denique massæ hujus decoxit, & microscopio globulos filamentaque exilia, quæ inter globulos percurrerant, Spectatoribus ostendit, quæ massam texturæ fuisse glandulosæ satis evincere opinatur. Originem hujus sarcomatis a timore percussioneque pedis derivat. Quippe retardatum ex timore sanguinis motum effecisse censet, ut, cum crassior hinc præterque modum inspissatus sanguis permeare glandulas fibrasque carneas nequeat, mensum suppressio tumorque productus fuerit. Objectionibus, quod nervi requirantur ad tale quid perficiendum, qui tamen nulli aderant, obicem ponit, instando, molas absque nervis fieri in utero. Mortuam censet, quod tumor in tantam excrescens molem compresserit venam cavam, sanguinisque motum turbaverit. Ex his denique concludere nullus dubitat, omnes tumores ab interrupto vel suppresso humorum circuitu generari.

LECTORI BENEVOLO, PROFUNDIORIS IMPRIMIS Mathematicos Cultori, Salutem!

Proposuit in hisce Eruditorum Actis mense hujus anni Junio, pagina 269, Vir clarissimus Dn. Jo. Bernoulli, Mathematicum hoc tempore in Academia Gröningensi Professor Publicus, Problema novum, & ad ejus solutionem Mathematicos invitavit, pollicitus semet eam publicaturum, si elapso hoc anno nemo alius eam promulgaverit. Cum verò hætenus nemo quicquam ad nos transmiserit, quod ad problematis illius solutionem spectaret, & dignum tamen problema videretur, quod aliorum, ad quos forte Junius Actorum nostrorum mensis nondum pervenit, ingenia exerceret, atque persuasum insuper haberemus, in Gallorum etiam & Itatorum Ephemeridibus idem problema propositum interea fuisse, & ad plurius adeo notitiam pervenisse; prorogandum terminum celeberrimus Bernoullius censuit, solutionem suam ad festum usque Paschatos anni proximi suppressurus. Itaque spatium Mathematicis suppetit, experiendi vires suas, & Problematis, ubi eam consecuti fuerint, solutionem, seu in Actis hisce nostris, seu in exterorum Diariis cum publico communicandi.

INDEX

INDEX AUCTORUM

quorum Libri aut Inventa hoc volumine recensentur.

I. Libri Theologici & ad Historiam Ecclesiasticam spectantes.

- D**E Aguirre (*Josephi Sacenz*) *Cardinalis Collectio Maxima Conciliorum annuam Hispaniae & Novi Orbis.* 120.164.214.217
- Alciati (*Andrea*) *Epistola ad Bernardum Mattiam contra vitam monasticam.* 290
- Anonymi Dissertatio de jejuniis ante Pascha celebrando.* 414
- Anonymi Tractatus de Religione Christiana, prout in sacris literis traditur, Rationabiliter.* 463
- — *Vindicia Tractatus illius contra imputationes Jo. Eduardi.* 469
- Arnoldi (*Gothofredi*) *Charitas primaeva Ecclesie Christi.* 546
- Bajeri (*Joh. Wilhelmi*) *solida Demonstratio, quod Lutherani nec schismatis, nec haereseos accusari jure queant.* 314
- Galixii (*Friderici Ulrici*) *Historia Immaculata Conceptionis B. Mariae Virginis.* 285
- Carpzovii (*Samuelis Benedicti*) *Prefatio ad librum Hauboldi a Miltiz de Vita & Morte Filiorum Dei.* 239
- Clerici (*Johannis*) *Translatio & Paraphrasis Exodi, Levitici, Numerorum & Deuteronomii, cum Commentariis &c.* 113
- — *Tractatus de Incredulitate, in quo cause generales, quae ad rejiciendam Religionem Christianam Incredulos commovent, examinantur &c.* 272
- De la Croix Status praesens Nationum & Ecclesiarum Graecarum, Armenicarum & Maronitarum.* 4
- Cyrilli Alexandria Archiepiscopi *contra impium Julianum Libri X.* 439
- Van Dale (*Antonii*) *de origine & progressu idololatriae: de vera ac falsa prophetia: de divinationibus idololatricis Judaeorum.* 446

- Eduardi (Joannis) Socinianismus delatatus, sive Differentio opposita
 Auctoris anonymi libro de Rationalitate Religionis Christiana. 467
- Euthymii Zigabeni liber contra Massalianorum heresim. 298
- Gregorii (Francisci) Doctrina Gloriosa Trinitatis, non explicata qui-
 dem, attamen confirmata. 333
- Guffetii (Jacobi) Doctrina Jacobi Apostoli de viva deque mortua fide
 evoluta. 497
- Hannemanni (Jo. Ludovici) Commentarius de Appellatione ad Vallem
 Josaphat. 227
- Janningi (Conradi) Apologia pro Actis Sanctorum contra P. Sebas-
 tianum a S. Paulo. 131
- Ittigii (Thomae) Appendix Dissertationis de Haresiarchis aui Apostolici
 & Apostolico proximi, cui accedit Heptas Dissertationum selecta
 Historia Ecclesiastica capita illustrantium. 105
- Korholtii (Christiani) Pastor Fidelis, seu Opusculum de Officio Mini-
 strorum Ecclesiae. 7
- Loydekkeri (Melchioris) de Historia Jansenismi Libri VI. 17
- Lœscheri (Casparis) Amanitates Evangelicae. 217
- Lundii (Joannis) Descriptio Tabernaculi sancti, Templique Hierosoly-
 mitani primi pariter ac secundi. 319
- Luzancy Animadversiones ad varia scripta nupera a Socinianis publi-
 cata. 564
- ad Miltiz (Hamboldi) Dynasta in Scharfenberg &c. Vita & Mort. Filio-
 rum Dei ad ductum. Col. III. 3. 4. delineata. 238
- De La Mothe (C. G.) Tractatus de Inspiratione sacrorum librorum
 Novi Testamenti. 153
- Nichols (Gulielmi) Collatio cum Theista. 537
- Noris (Henrici) Cardinalis Historica Dissertatio de Uno ex Trinitate
 carne passio. Accedunt Historia Pelugiana ab Anonymi Scrupulis
 Prudicia. 508
- Papebrochii (Danielis) Responsio ad Exhibitionem errorum per Seba-
 stianum a S. Paulo A. 1693 Colonia editorum. 500
- Patricii (Simonis) Commentarius in Genesim. 195
- Du Pin (Lud. Ell.) Nova Bibliotheca Scriptorum Ecclesiasticorum To-
 mus VII. 31

- Rhenferdii (Jacobi) *Comparatio anniverſaria expiationis Pontificis
M. in V. T. cum unica & aeterna expiatione Jeſu-Chriſti.* 393
- Kon. Saurden (Bernardi) *Reſponſio ad Dubia M. Jo. Ern. Græbii.* 377
- Schmidt (Sebaſtiani) *Nova Verſio Bibliorum Sacrorum.* 350
- De Sfondratis (Celeftini) *Cardinalis Innocentia Vindicata, in qua
oſtenditur, S. Thomam pro immaculato conceptu Deipara ſcri-
pſiſſe.* 283
- Sheringami (Roberti) *Joma. Codex Talmudicus de Sacrificiis &c. La-
tine verſus & commentariis illustratus.* 393
- Sontagii (Chriſtophori) *Triphyllum Aſſertionum de Intinctione pa-
nis Euchariftici in vinum.* 358
- Speneri (Philippi Jacobi) *Evangelica Eccleſia Vindicia adverſus cul-
pam ſchiſmatis.* 303
- Sterringa (Julii) *Animadverſiones Philologico-Sacrae in Pentateu-
chum.* 12
- Teelmanni (Henrici) *Commentarius in caput XVI Evangelii Lucae &
alias Sacri Inſtrumenti partes.* 95
- A Til (Salomonis) *Continuatio Atrii Gentium, fundamenta Legis
Moſaica cum ſana ratione concilians &c.* 294
- Tollii (Jacobi) *Inſignia Itinerarii Italici, quibus continentur Antiqui-
tates Sacrae.* 297
- Vitringæ (Campegi) *de Synagoga Vetere Libritres.* 66
- Whartoni (Henrici) *Hiſtoria de Episcopis & Decanis Londinenſibus
& Aſſavenſibus.* 425
- Wicſii (Hermann) *Animadverſiones Irenicae ad controverſias, qua ſub
inſauſtis Antinomorum & Neonomorum nominibus in Britannia
nunc agitantur.* 378

II. Juridici.

- Bergeri (Jo. Henrici) *Lex II. Cod. Qui & adu. quas in integrum reſtit.* 518
- Harprechtii (Ferdinandi Chriſtophori) *Conſultorum Tubingenſium
Volumen I.* 183
- — *Volumen II.* 432
- Nicolai (Jo. Georgii) *Reſolutiones Caſuum Juris dubiorum practicae.* 62

- Keyheri (*Samuelis*) *Dissertatio Juridico-Sæstica de tribus argenteis nummis.* 86
 Schabarti (*Georgii*) *de Fatis Jurisprudentia Romana Exercitationes Academicæ.* 427

III. Medici ac Physici.

- Clerici (*Joannis*) *Physica, sive de Rebus Corporeis Libri V.* 453
 Connor (*Bernardi*) *Dissertationes Medico-Physicæ de Antrix Eschiferis, de Montis Vesuvii incendio &c.* 554
 Creech (*Thomæ*) *Nota ad T. Lucretium Carum de Rerum Natura.* 248
 Fontanz (*Cajetani*) *Institutio Physico-Astronomica.* 209
 Franci (*Georgii Friderici*) *de Franckenau Onychologie curiosa, seu de Linguis Tractatio Physico-Medica.* 15
 Gaubii (*Johannis*) *Epistola problematica III.* 270
 Græbneri (*Davidis*) *Medicina Vetus restituta, seu Paragraphe in Theodori Craanen Tractatum de Homine.* 247
 Grew (*Nehemia*) *Tractatus de Salis Cathartici amari in aquis Ebershamensibus Natura & Usu.* 438
 Titi Lucretii Cari *de Rerum Natura Libri VI. cum interpretatione & Notis Thomæ Creech.* 449
 De Moor (*Bartholomei*) *Cogitationes de Institutione Medicina.* 370
 Ortlöb (*Joh. Friderici*) *Historia partium & æconomia haminis secundam naturam.* 161
 Ramazzini (*Bernardi*) *Ephemerides Barometrica Mutinenses anni 1694, una cum Disquisitione causa ascensus & descensus in Torricelliana fistula.* 42
 Raynaldi (*Francisci*) *Tractatus de Febris malignis & purpuratis.* 178
 Ridley *Anatomia Cerebri.* 201
 Riedlini (*Viti*) *Linæ Medica singulos per menses quotidie ductæ.* 474
 Scaramucci (*Job. Bapt.*) *Theoremata Familiaria de Physico-Medicis lucubrationibus juxta leges mechanicas.* 524
 Schellhammeri (*Güntheri Christophori*) *Ογκολογία παρὰ, seu de humani corporis tumoribus eorumque legitima curandi ratione liber.* 219
 De

De Tschirnhaus (Ehrenfried Walther) *Intimatio singularis novaeque emendationis Artis Vitriariae.* 345

IV. *Mathematici.*

- Beckii (Matthia Friderici) *Ephemerides Persarum Latinae versa & Commentariis illustrata.* 528
- Bernoulli (Jacobi) *Observatiuncula ad ea quae nupero mense Novembri de Dimensionibus Curvarum leguntur.* 260
- — *Constructio Generalis omnium Curvarum transcendentium ope simplicioris Tractoriae & Logarithmicae.* 269
- — *Problema Beaucianum universalius conceptum.* 332
- — *Complanatio Superficierum Conoidicarum & Spheroidicarum.* 472
- Bernoulli (Johannio) *Demonstratio Analytica & Synthetica sua Constructionis Curvae Beaucianae.* 82
- — *Supplementum defectus Geometriae Cartesianae circa Inventionem Locorum.* 264
- — *Tetragonismus universalis Figurarum Curvilinearum, per Constructionem Geometricam continuo appropinquantem.* 551
- Boncompagni (Jo. Andrea Angelini) *Historia Musica complexa plenam cognitionem Theoriae & Praeceptos antiquae Musicae Harmonicae &c.* 241
- Cassini (Joannis Dominici) *Meridiana Templi S. Petronii ducta & preparata ad Observationes Astronomicas.* 93
- Fontana (Cajetani) *Institutio Physico-Astronomica.* 207
- Gregorio (Davidi) *Caoptica & Dioptrica Sphaerica Elementa.* 337
- Leibnitii (Godfridi-Guilbelmi) *Natatiuncula ad Aet. Decemb. 1695.* 145
- Marchetti (Angeli) *Natura Rationis & Proportionis nova methodo explicata.* 244
- De Moretis (Cajetani) *Figurae mentium novissime denudatum.* 118
- Nieuwentijt (Bernardi) *Analysis Infinitorum, seu Curvilinearum Proprietates ex Polygonorum natura deductae.* 80
- Quanam *Recreationes Physicae & Mathematicae.* 85

Seyleri (Jo. Christiani) <i>Parallelismus Architectorum celeberrimorum.</i>	476
De Tschirnhaus (Ehrenfried Waltheri) <i>Intimatio singularis novaeque emendationis Artis Vitriariae.</i>	345
— — <i>Responsio ad Observationes Dni. Bernoulliorum, qua in Act. Erud. mense Junio continentur.</i>	519
— — <i>Additio ad Intimationem de emendatione artis vitriariae.</i>	556
Wallis (Joannis) <i>Opera Mathematica.</i>	249

V. Historici, Geographici &c.

<i>Anonymi Historia praeliorum a Francis ab initio eorum Monarchiae usque ad haec tempora auctorum.</i>	151
<i>Anonymi Historia Anglicana Compendium.</i>	296
<i>Anonymi Historia optimorum pictorum tam inter veteres quam recentiores.</i>	76.80
<i>Aurelianensis (Petri Josephi) Historia conversionum Angliae a primis Monarchiae initiis.</i>	362
<i>Blackmore (Richardi) Poema Heroicum de rebus gestis Arthurii Britannum Principis.</i>	224
<i>Boocleri (Jo. Henrici) Historia Universalis quatuor primorum a nato Christo seculorum.</i>	74
<i>Camdeni (Guilielmi) Britannia, cum Additionibus Edmundi Gibsoni.</i>	188
<i>Cellarii (Christophori) Historia nova; hoc est XVI. & XVII. seculorum.</i>	426
<i>De La Croix Status praesens Graecorum, Armeniorum & Maceoniae cum sub Imperio Turcico.</i>	4
<i>Du Fresnoy Censura pictorum hujus & superioris seculi.</i>	76
<i>Gibsoni (Edmundi) Additiones ad Guil. Camdeni Britanniam.</i>	188
<i>Gronovii (Jacobi) Naxa seu Pomponium Melam aliosque Geographos antiquos.</i>	430
<i>Holwichii (Georgii) Genealogia Gentis Kolbiana seu Wartenbergica.</i>	92
<i>Julii Honorii Oratoris Excerpta Cosmographia a Jac. Gronovio nunc primam edita.</i>	430

Laudi (Gulielmi) <i>Historia Motuum Angliae & Inquisitionis contra se instituta.</i>	139.
Menzellii (Christiani) <i>brevis Chinesium Chronologia.</i>	199
Moneonysii <i>Itinera quinque voluminibus descripta.</i>	1
Pedrusii (Pauli) <i>Cæsares auroi, collecti in Museo Farnesiano, & evulgati, cum conveniente iis interpretatione.</i>	57
Pomponii Mela <i>Libri III. de Situ Orbis &c.</i>	430
De Pufendorf (Samuelis L. B.) <i>de Rebus gestis Friderici Wilhelmi M. Electoris Brandenburgici Commentarii.</i>	234
Temple (Gulielmi) <i>Introductio in Historiam Angliae.</i>	420
Thucydidis <i>de Bello Peloponnesiaco Libri VIII, curante Jo. Hudsono.</i>	341
Tollii (Jacobi) <i>Insignia Itinerarii Italici.</i>	297
Whartoni (Henrici) <i>Vita Gulielmi Laudi ab eo ipso descripta, Atque alia ad illius Historiam spectantia.</i>	140. 145

VI. Philologici & Miscellanei alii.

Elchimis <i>contra Ctesiphontem Græci.</i>	438
Alciati (Andrea) <i>ad Bern. Mattium Epistola: Epistola item Variorum, edente Ant. Maubac.</i>	290
Aristophanis <i>Comædiae duo, Plutus & Nubes, cum scholiis Græcis.</i>	438
Bacchini (Benedicti) <i>de Sistris eorumque figuris Dissertatio.</i>	246
Bartii (Nicolai) <i>Ornithophonia, seu Harmonia Melicarum Avium Carminum Latino-Germanico-declaratarum.</i>	148
Bartierii (Samuelis) <i>Specimen Philologicum, seu Observationes in Lærtium, Euripidem &c.</i>	388
Begeri (Laurentii) <i>Thesaurus Brandenburgicus selectus, seu Gemmarum & Numismatum Græcorum series commentario illustrata.</i>	433.
Blackmores (Richard) <i>Poema Heroicum de Principe Arthuro.</i>	224
Boyle (Caroli) <i>Annotationes ad Epistolas Phalaridis.</i>	102
Buddæi (Jo. Francisci) <i>Dissertationes Academicæ de præcipuis Stoicorum in Philosophia Morali erroribus.</i>	484

Ciceronis (Marci Tullii) <i>Libri de Officiis, ex recensione Thomae Cock-</i> <i>man.</i>	413
— — <i>De Oratore Libri, ex recensione ejusdem.</i>	414
Colomelii (Pauli) in Gyraldi <i>Dialogos de Poetis Animadversiones.</i>	230
Demosthenis <i>de Corona oratio.</i>	438
Dryden (Guilielmi) <i>Comparatio Poeseos & Graphica Artis.</i>	76
Facs (Joannis) <i>Commentarius in Gyraldi libellum de vario veterum se-</i> <i>peliendi ritu.</i>	230
Frœncelii (Abrahami) <i>de Originibus Linguae Sarracicae Libri II. Caput</i> <i>II.</i>	92
Du Fresnoy <i>Ars Graphica.</i>	76
Gorlzi (Abrahami) <i>Dactylotheca cum explicacione Jacobi Gronovii</i>	302
Gregorii Nazianzeni <i>Carmina Cygnea inedita.</i>	298
Gronovii (Jacobi) <i>Nota ad Harpocratiæ librum de Vocibus.</i>	347
Gyraldi (Lisii Gregorii) <i>Opera omnia.</i>	229
Harpocratiæ <i>de Vocibus liber.</i>	347
Ab Hoffinanswaldau (Christiani) <i>Carmina.</i>	174
Homeri <i>Ilis, & in eam Scholia.</i>	440
Juliani Imperatoris <i>Opera omnia, cum variorum Notis.</i>	439
Kolbii (Johannis Casimiri) <i>de Warceberg Paterna ad Liberos Instituta</i> <i>tio.</i>	89
Miltoni (Joannis) <i>Opera Poetica, cum notis Anonymi ad Pœma He-</i> <i>raicum, cui titulus e Paradisus amissus.</i>	226
Neumanni (Casparis) <i>Geneſis Linguae Sanctae Veteris Testamenti.</i>	399
Omeſii (Maggi Danielis) <i>Ethica Platonica.</i>	329
Balearii (Aonis) <i>Verulani Opera.</i>	43
Pafchii (Georgii) <i>Schediaſma de curioſa hujus ſeculi atrocitate.</i>	300
Phalaridis Agrigentiorum Tyranni <i>Epistola.</i>	101
Reyheri (Savocis) <i>Differenciæ de tribus argenteis nummis, ſiſque</i> <i>unciatibus antiquiſſimis.</i>	86
Smithi (Thoma) <i>Catalogus librorum manuſcriptorum Bibliothecae</i> <i>Cottonianae.</i>	441

Spanhemii (Ezechielis) <i>Observationes ad Juliani Imperatoris opera.</i>	489
Stuckii (Joannis Guilielmi) <i>Antiquitatum Convivialium Libri III, & Sacrorum Sacrificiorumque Gentium Descriptio.</i>	103
De Vries (Gerhardi) <i>Exercitationes Rationales de Deo &c. Accedit Diatribe de Cogitatione ipsa Mente, & altera de Ideis rerum innatis.</i>	339
Wächleri (Christoffridi) <i>ad Virum Illustrem Dn. I. A. Birnbaumium Epistola.</i>	375
Weilii (Christiani) <i>Quaestiones Logicae & Ethicae.</i>	483
Wesensfeld (Arnoldi) <i>Georgica animi & vite.</i>	388

INDEX RERUM NOTABILIORUM in hoc Volumine obviarum.

<p>Acta Sanctorum, que a Patri- bus Societatis Jesu eduntur, defensa. 131. 500. seqq. variis scriptis oppu- gnata. 500, seqq.</p> <p>De Adami lapsu sententia parado- xa Anonymi. 463</p> <p>Advocatus ad prestandum patro- cinium a Judice compelli potest. 65 ratione salarii in illa re quam patrocinio suo conservavit, ceteris creditoribus praefertur. 65</p> <p>Ægyptia æra. 527</p>	<p>Ælianus emendatus. 388</p> <p>Aer num levior pluvia tempore? 42. seqq.</p> <p> levior Austro flante. 42</p> <p> gravior spirante Borea. 42</p> <p> 42</p> <p> frigidus in petechiis quandoq; innoxius. 475.</p> <p>Aeræ sphaera altitudo non deter- minabilis ex crepusculorum ob- servatione. 213</p> <p>Aeræcum nitrum rejectum. 557</p> <p>Aeri nitrosa inest materia & sul- phurea. 556.</p> <p>Aerianis male comparati Lutherani 312. seqq.</p> <p style="text-align: center;">Cccc</p> <p style="text-align: right;">Æschy-</p>
--	--

- Æschylus emendatus. 350
 Æstus maris notabilis. 191
 a fermentatione aqua
 marina. 213
 Æternitas mundi refutata. 538. seq.
 De Affectibus doctrina Stoico-
 rum. 486
 Affectuum naturæ & varia ge-
 nera. 388. seq.
 Agobardus num Coepiscopus, an
 Chorepiscopus Leidradi fuerit?
 38
 Alexander VII Pontifex num im-
 maculatam B. Maria Virginis
 conceptionem omnibus absolute
 credendam injunxerit? 286. 288
 Alexander (Natalis) ab eruditio-
 ne laudatus. 505
 Algebra. 3
 Algebraica Cartesii ex Harriotto
 desumpta. 256. seq.
 Allatius (Leo) notatus. 360
 Alvi adstrictio in morbillis innoxia.
 475
 Amadeus Pacificus, liber Petri Mo-
 nadi a Bzovio totus pene de-
 scriptus. 505
 Ambitione multi ad repudiandam
 religionem Christianam indu-
 cuntur. 274
 Analysis infinitorum. 80
 differt ab A-
 rithmetica infinitorum. 152
 Anastasius Bibliothecarius quo-
 rumnam Pontificum Vitæ scri-
 pserit? 40
 Angliæ sub Carolo I. motuum ori-
 go. 149. seq.
 Antiquitates illustrata. 189.
 seq.
 Conversionum a primis
 Monarchia initiis Hi-
 storia. 362. seqq.
 sub Saxonis Regibus fe-
 licitas. 424
 In Angliæ Historiam Introductio
 Guilielmi Temple. 420
 Anglicanæ classis conditio diversa.
 191
 Historia compendium
 296
 Animalis motus absque concursu
 sanguinis perficitur. 206
 Animam particulam essentia Di-
 vina quidem statuerint? 484
 Anteri Pape ad Baticæ & Tole-
 tanæ provinciæ Episcopus epi-
 stola vindicata. 128
 Antinomorum & Neonomorum
 in Angliæ lites. 378. seq.
 Antra absq. veneno lethifera. 555
 Aortæ trunci haud duo. 271
 Aplanarii cur Orthodoxi Mani-
 cheis dicti? 301
 Apostoli Θεογνωστοί, & quemodo?
 156. 158
 Apostolicorum Canonum aucto-
 ritas sub examen vocata. 123
 Apostolorum Pseudepigrapha. 107
 Epistola cui usus? 468.
 470. 472

<i>In Apotheca mercibus num mari- tus uxori succedat?</i>	65	<i>vertebralis in calvariam ingressus.</i>	202
<i>Appellandi jus ad Pontificem Ro- manum, antiquum.</i>	125. seq.	<i>scroti, periostii, costarum & pleura, itemque peri- cardii & mediastini.</i>	271
<i>Appellatio ad Vallem Jafaphat num licita?</i>	228. seq.	<i>Arteriarum per substantiam cordis & tunicas aorta dirimatio.</i>	271
<i>Aqua sgyptica.</i>	223	<i>Arteriola cerebri nova.</i>	202
<i>regia cur aurum, non alia metalla solvat?</i>	456	<i>De Arthuro Britonum Principe Poema heroicum.</i>	224. seq.
<i>Aquæ in festo Tabernaculorum quotannis oblata.</i>	395	<i>Articula medio carpi.</i>	224
<i>noctu ex sententia Hebraeo- rum polluantur.</i>	395	<i>Artuum amputatio.</i>	223
<i>supra caelestes quam? 541</i>		<i>De Asina Bileami qua Num. XXII. 28. memorantur, num Bileamo in somnio obtigerint?</i>	115
<i>Ebshamenses cathartici- ca.</i>	458	<i>Affavensium Episcoporum & De- canorum Historia.</i>	425. seq.
<i>Aram idem qui Hieronymus.</i>	413	<i>Astrologia Persica.</i>	529. seq.
<i>De Arbitrio & Gratia controver- sia.</i>	19. seq. 34	<i>Athei quam inanibus rationibus ducantur?</i>	273. seqq.
<i>De Arbore Vita & Scientia boni & mali sententia Guil. Nichols</i>	544	<i>refutati</i>	294. seqq.
<i>Arca Foederis Judaeorum descri- pta.</i>	321	<i>Athenæus emendatus.</i>	232
<i>Architectorum celebrium paralle- lismus.</i>	476	<i>Augustini acerrimus defensor & adorator Jansenius.</i>	20. seq.
<i>Aristoteles notatus.</i>	78	<i>Augustinus expurgatus.</i>	106
<i>Aristoxenus notatus.</i>	243	<i>emendatus.</i>	107
<i>Arithmetica infinitorum, 251. seq. differt ab analysi in- finitorum.</i>	252	<i>Aviù cantus carmine expressus.</i>	48
<i>Armeniorum sub Turcico Impe- rio status & religio.</i>	617	<i>Austro stante levior aer.</i>	42
<i>Arnaldi sententia de equali Pe- tri & Pauli primatu.</i>	111	B <i>aieri (Joannis Guilielmi) obi- tus.</i>	51
<i>Arterix & vena meningis dura.</i>	202	<i>Baji (Michaelis) sectator Jansenius.</i>	26
		<i>De Balcami asina qua Num. XXII. 28. memorantur, num in somnio ipsi obtigerint?</i>	115
		<i>Cccc 2</i>	<i>Balu-</i>

- Baluzius (*Stephanus*) *refutatus*. 125
- In Baptismi *administratione ut gere-
re se debeat Ecclesie Minister?* 10
- Baptizandorum *jejunium*. 416
- Barometricæ *Ephemerides*. 41
- In Barometro *cur depressior sit
Mercurius tempore pluvio?* 313
- Baronettorum in *Italia ordo*. 443
- Baronius *notatus*. 76.129
- Baroscopii *phenomena explicata*. 41. seq. 313
- Beatitudo *alia Gratia, alia Gloria*. 240
- Beaunianæ *Curse constructio de-
monstrata*. 82
- Beaunianum *problema universa-
lius conceptum*. 332. seq.
- Belgicæ *linguæ cum Hebraica con-
venientia*. 13
- Sub Bertrami *nomine qui exstat
liber de corpore & sanguine
Christi, cujus auctoris fuerit?* 36
- Bibliorum *sacrorum verso Belgi-
ca emendationis indiga*. 12
- novæ
Sebastiani Schmidii*. 350. seq.
- Bibliothecæ *Cottonianæ Manuscri-
ptorum Catalogus*. 441. seq.
- Biclanensis (*Joannis*) *Chronicon
vitiatum*. 171. sq.
- Blancardi (*Nicolai*) *editio Harpo-
crationis reprehensa*. 348
- Blound (*Carolus*) *refutatus*. 537. seq.
- Bochartus *notatus*. 230
- Bocleri (*Jo. Henrici*) *elogium &
scripta*. 74
- Boethius *correctus*. 1243
- Bononiæ *latitudo*. 95
- Circæ *Bononiam locorum longitu-
dines & latitudines correctæ*. 213
- Bononiensis *Helio metri Descriptio*. 94. seq.
- Bononcini (*Job. Maria*) *refutatus*. 244.
- Bonum *summum quodnam ex
mente Platonis?* 329. sq.
- Borea *spirante aer gravior*. 42
- Bouhoursius *notatus*. 176
- Brandenburgicum *cimeliarchibium*. 433. seq.
- Breviarium *Romanum minime in-
fallibile*. 133
- Britanniæ *Antiquitates illustrata*. 189. seq.
- Almarica seu Mimoris
nomen unde & quan-
do orsum?* 421. 423
- Browerus (*Christophorus*) *nota-
tus*. 215
- Brutis *ratio a Stoicis tributa*. 484
- vindicata*. 457
- Bulengerus *notatus*. 168
- Burnetius (*Thomas*) *refutatus*. 537. seq.
- Buxtorffius *notatus*. 395. 396. 397
- Cada-

C Adaverum humanorum Con- servatio Russchiana. 270. 271	Cartesii vortices rejecti. 208
Casaraugustanum concilium A. 381 celebratum. 168	Algebraica ex Harriotto desumpta. 256. sq.
Casaris (C. Julii) Apotheosis in Gemma expressa. 437	Cartesius circa Revelata cautior sectatoribus suis. 339
Calendarium Turcicum illustra- tum. 528. sq.	num Historiam Creatio- nis Mosaicam pervertit?
quomodo quam re- ctissime emendan- dum? 529	410
Calornativus. 222	Casaubonus (Isaacus) natus. 233
Camdeni (Guillemi) Britannia emendata & additamentis aucta. 189	Cathartici ex Eberhamenses aqua. 458
Camerarii (Elia Rudolphi) obitus. 50	Cathartici salis amari natura. 459. 460
In Cancro non exulcerato medica- mina externa interdum. 222	differentia a nitro & sale calca- rio. 460
Canonum & Conciliorum Colle- ctio Isidoriana num Isidoro Mer- catori, an Isidoro Hispalensi tri- buenda? 122	usus generalis. 460
Apostolicorum auctori- tas sub examen voca- ta. 123	specialis. 461. 462
Canticum Israelitarum Exod. XV metricè descriptum. 113	Catholici titulus quando Hispania Regibus primum fuerit tribu- tus? 171
Capuani (Leonardi) obitus. 49	Cave (Guillemi) Vita Apostolo- rum in linguam Germanicam tractata. 546
Caraffa (Caroli Maria) Princi- pis obitus. 49	Cavernæ subterranea a vaporibus. 584
De Carmelitarum Ordinis anti- quitate disceptationes. 132. sqq.	Cauterium calcollare rejicitur. 223
In Carpo medio articulatio. 224	Centri gravitatis consideratio & usus in Geometria. 502
Cartesiana hypothesis de Systema- te mundi dubia. 455	Centrum percussioni & oscillatio- nis idem. 255
	Cerebelli processus chordalis. 204
	plexus choroidæus. 204

- Cerebri venarum distributio *aur*
peculiaris? 202
contextus vasculosus. 203.
callosum corpus fornicis
verimunere haud fun-
gitur. 204
ventriculi tres, non nisi
unicus. 204
nervorum diversorum.
exortus accurate no-
tatus. 205
usus. 457
arteriola nova. 202
- Ceres in *gemma expressa.* 436
- Chamæmelus *febrifugum.* 475
- Chinensium *Annales.* 199. sq.
Imperator hodiernus.
 200
- Chorepiscopi *qui?* 451
- Choroidei *plexus vasa lymphati-*
ca. 203
- Choroideus *plexus cerebri duplex*
 203
- Chriftianitatis *usus qualis in antiqui-*
ori Ecclesia? 312
- Christi *num iustitia ipsa, an vero*
fructus tantum ejus, fidelibus
imputetur? 382
pseudepigrapha. 107
sudarium Veronica corru-
pte dictum. 503
preputium Antwerpia af-
servatum. 504. sq.
- Ad Christi *tribunal num provoca-*
ri sit licitum? 228. sq.
- Christianæ *Ecclesie ritus non pau-*
ci ex Synagoga Judaica deriva-
ri. 418
potius ex
Synagoga Judaica, quam ex
Templo petita. 67. sq.
 Christianæ *Religionis Rationalitas*
asserta. 463. seq.
acerrimus oppugnator
Julianus 496.
- Christianam *religionem quare*
profani homines repudiant?
 273. sqq.
- Christianismi *primævi status.* 546.
 seq.
- Christianismus *quando & quomo-*
do a primæva innocentia defice-
re cæperit? 549. seq.
- Christianorum *primorum pietas*
& virtutes alia. 547. sq.
- A Christianorum *prævis moribus*
& controversiis ad religionem
improbendam male argumen-
tum ducitur. 277. 278. 279
- Christum *esse Messiam, num sum-*
ma prædicariorum Apostolorum?
 464. 466. 471. 472.
- Christus *quo sensu non penas tan-*
tum peccatis nostris debitas, sed
peccata etiam ipsa sustinuisse di-
ci possit? 380.
a quo tempore peccata no-
stra sustinuerit? 381
quo sensu Deo patri, dum
peccata nostra tulit,
abominabilis fuisse dici
queat? 381
 cur

<i>cur non apertius Messiam se fuerit professus?</i>	<i>aut extraneo quid relinquitur, quinque testes requirunt.</i>
464	185
<i>& Filius Dei num idem significent?</i>	<i>Cœlestium motuum finales cause</i>
473	207
<i>quot annis in his terris vixerit?</i>	<i>In Cœna sacra quomodo panis in vinum intingi, sed perperam, cœperit?</i>
502	358. sqq.
<i>Chronica Hispanica Dextri, Maximi, Luisprandi, Heleca & Juliani Perez conficta.</i>	<i>De S. Cœna controversia seculo IX. mota.</i>
167	35. sq.
<i>Chrysofomi Homilia in Nativitatem Domini genuina & Antiochia habita.</i>	<i>Cogitatio num ipsam mentis essentiam constituat?</i>
110	339. sq.
<i>Chylus vitiatas non omnium morborum causa.</i>	<i>Coli valvula quid?</i>
372	223
<i>Ciacconius notatus.</i>	<i>Colomesius (Paulus) notatus.</i>
135	233
<i>Circulatio sanguinis cur subito cesset?</i>	<i>Colores quid in genere?</i>
373	458
<i>Circumcisio cur die octavo fuerit peragenda?</i>	<i>Cometæ sunt Planeta sui generis</i>
108	212
<i>Cirtense Conciliabulum.</i>	<i>Cometarum cauda quid & cur in plagam Solis oppositam porrigitur</i>
254	212
<i>Ciffoidis reductio ad arcum circuli.</i>	<i>Commisum fidei familia filias non includit.</i>
191	66
<i>Classis Anglicane hodierna conditio cum antiqua collata.</i>	<i>Communio sub una specie a Leone Afratio & Bellarmino ex abusu prisca Ecclesia male probata.</i>
278	360. 361.
<i>Clerivitia religioni Christiana non obsunt.</i>	<i>Compensatio in concursu creditorum quatenus locum habeat?</i>
549. seq.	66
<i>Clerici de inspiratione librorum sacerorum Novi Testamenti doctrina refutata.</i>	<i>Concilia Hispania.</i>
153.	120. 165. 214
<i>Codici Theodosiano ex Libanio subinde luxa Jac. Gothofredo allata.</i>	<i>Concilii Niceni decreta num plura quam viginti fuerint?</i>
375. seqq.	126. sq.
<i>Codicilli patris, in quibus uxori</i>	<i>Sinnensis aetate rejecta.</i>
	505
	<i>Concilium Eliberitanum quo tempore celebratum?</i>
	165. sq.
	<i>Casarangustianum A. 381 celebratum.</i>
	168
	Tole-

<i>Toletanum</i> I.	168	Controversiæ inter Christianos	
II.	170.	agitata Religionis ipsius veritatem non destruant.	279
III.	170. sq.	A Corde sanguinis pressio maxima.	371
Concordiæ Evangelicæ auctor Cornelius Jansenius diversus a Cornelio Jansenio expressi.	19	Corporis in genere natura nondum exposita.	453. 457
In Concurſu creditorum compensatio quatenus locum habeat?	66	Cornuum structura.	16
Congregationum de Auxilio sub Clemente VIII & Paulo V Historia.	27	Corporis animalis cum machina comparatio antiqua.	148
Coniuncti proprietates insignis.	269	Corpus callosum cerebri fornicis verimunere haud fungitur.	204
Conoideas & Sphæricas superficies complanandi methodus.	269. 479. seq.	Cottoni (Roberti) Vita, scripta, bibliotheca.	442. sq.
Consonantiæ in Musica quanam admittenda?	242	Craanius notatus.	149
Constantii Imperatoris vita ex Juliani scriptis haurienda.	495.	Creatio ex nihilo nullam involvit contradictionem.	538
	498	De Creatione Discursus Monconyſii.	1
Constantini Magni gesta.	498	Creationis Historia Mosaica vindicata & explicata.	540
De Constantini M. Baptismo disceptationes.	137. 135	Creditor post sententiã præclausiõis ulterius non admittendus.	66
Constructio transcendentium per puncta Algebraicè inventa est magis analytica.	146	Creditoris regressus contra fideiussorem.	187
Constructiones quanam quædam?	202. 334	In Creditorum concursu compensatio quatenus locum habeat?	66
Constructionum Geometricarum generavaria.	262	Credulitatis a fide differentia.	276. sq.
Contignationis plana ex tignis brevioribus constituenda modus.	255	Ex Crepusculorum observatione aerea sphaera altitudo non determinabilis.	213
Contrapunctus, seu canendi ratio, qua plures sibi voces consonant, non usitata veteribus.	242	Cromwelli nummi unciales.	87

Crucis

Crucis inventa historia num fabulosa?	504	Dallæus refusatus.	415. 416
Crux in aqua, quid in Calendario Turcico?	532	Dani Angliæ olim domini.	363. sq.
Crypta canum Neapolitana cur lethibifera?	555	Decimandi jus an ad regalia referendum?	188
In Crypta canum Neapolitana cur summa extinguitur?	556	an a Laico acquiri possit?	188
Cubicæ parabola flexus.	251	juris possessores non tenentur ad fiscum instantiam possessionis titulum edere.	187
Cultrivoti Prussiaci historia vindicata.	149	Dei idea num Menti insita sit actu, an ab ea formetur?	341
Curva ordinaria in se rediens reificabilis.	335. 146	existentia ex mundi harmonia demonstrata.	411
vera motus Planetarum.	208	Derivationis vocum Ebraicarum ratio.	404
Curvæ Beanniana Constructio demonstrata.	82	Defectio malitiosa num sit, si maritus fiat profugus ob delictum commissum?	188
Curvarum rectificatio.	254	Diabetes ab usu pulveris Peruvianæ, ejusque ratio.	526
transcendentium constructio generalis ope simplicioris tractorie & logarithmica.	261. sq.	Diabolis cur fides historica non proficit?	466
Curvilinearum figurarum Tetragonismus universalis.	551. sq.	Diapente situs naturalis cur infra diatessaron?	243
De Cupri & Stanni fodinis in Angliæ memorabilia.	190	Diaphragma humanum e duplici musculo haud compingitur.	223
Cycloidis historia.	253	Diatonicum in Musica genus a natura.	242
Cylindroidis hyperbolici concavoconvexi formatio ope torni.	254	Differentiales aequales quantitates non habent aequales summas.	83
D Actyliotheca Carolæ.	302	Differentias stellarum fixarum ascensionales, ascensionos & descensionos obliquas &c. designantes tabula.	119
De Dæmonibus doctrina unde?	449		
Dæmonum varia genera.	451		

D d d d.

Diffe-

Differentialis calculi inventio & usus. 258
 Differentiationum successio defensa. 337
 Differentio-Differentiales quantitates num admittenda? 81
 Directiones mobilium media quamam? 146-335
 Divinationes idololatrica Judaeorum. 452
 Divinitas librorum Novi Testamenti asserta. 154-199.
 Dodwelli (Henrici) Annales Thucydidei una cum Dissertatione de Anna Attica veteri promissa. 344
 Doli Sphaeroidalis truncati dimensio. 255
 Dominicanorum cum Jesuitis lites. 26-19.
 cum Franciscanis lites de immaculata conceptione B. Mariae Virginis. 287-199.
 Donationes mortis causa inter conjuges quomodo valeant? 65
 Donatistarum Schisma. 108
 Dotalium paſtorum notabilia. 433
 Drydeni (Gulielmi) Poeta Anglicani obitus. 50
 Dubitare de Christiana religione capitibus quatenus liceat? 317

Ebrzarum vocum genesis 390 sq. significatio. 401-19

derivatio. 404
 Ebrzorum literarum naturalem an arbitrarium significandi valorem habeant? 402
 Ecclesia quatenus semper mansuratur? 308
 num semper futura visibilis? 308-199.
 ubi fuerit ante Lusberum? 310
 Christiana ex Synagoga Judaeorum nata. 67
 quomodo differat a Synagoga? 68
 filia quatenus sequatur matrem? 63
 Ecclesiae Ministrorum officium. 7-199.
 bonorum secularisatio num valida? 187
 Ecclesiastica Historia L. E. DuPin. 31-199.
 Ecclesiastici juris controversia inter Evangelicos & Catholicos. 187
 Ecclesiasticorum bonorum secularisatio an valida? 187
 Ex Elastica vi reflexia corporum oritur. 255
 Elasticitas sanguinis unde? 371
 Electi num ante regenerationem jus aeterna hereditatis consequantur? 382
 num etiam ante fidem Christo uniantur? 382

Ele-n

Elenchus quomodo a Ministris Ecclesie exercendus? 9.10
Elias quo sensu auctor ordinis Carmelitarum dici possit? 133
Eliberitarum Concilium quo tempore celebratum? 167-sq.
Ellipsis non est Curva motus Planetarum. 208
proprietat. 260
Emeticæ unguium vires. 16
L'Empereur (Constantinus) notatus. 393
Enharmonicæ in Musica rationes non introducenda in contrapunctum. 243
Enochus quis inter auctores Carmelitarum Ordinis memoratur? 136
Enochus de Anathim male inter Sanctos numeratus. 136-sq.
Ephemerides Barometricæ. 41
Ephemeris Persica anni 1687. 558
Episcoporum ab una sede ad aliam translationes quatenus licite olim fuerint? 128
Epistolæ Phalaridis Agrigentinarum Tyranni. 101
Pontificum ad Hispanos Isidoriana Collectionis num genuina? 123-sq.128
Ex Epistolis doctorum Virorum concinnanda Polymathia universalis. 229
Epochæ celebriores apud populos Orientales. 528-558
Ethica Jansenii doctrina. 29

Ethica Platonica. 329
In Evangelia Dominicalia & Festivalia Commentarius. 212
Evangelici & Epistolici textus in linguam Sorabiam versi. 47
Evangelii predicatio quomodo conjungenda cum predicazione legis? 387-sq.
doctrina per gradus manifestata. 464-sq.473
In Eucharistia administranda quomodo gerere se debeat Ecclesia Minister? 10
De Eucharistia controversia seculo IX mota. 35-sq.
Eucharistia infansum qualis in Ecclesia Græca? 360
Eucharistiæ abusus. 361
Eucharistici panis in vinum intinctio olim usitata fuit, & hodie quo in Ecclesia Græca obtinet. 359
Euchitarum heresis. 298-sq.
Euripides emendatus. 387
Eutychianismi præve accusantur Lutherani. 314
num rei, qui dicunt Unum e Trinitate carne passum? 509-sq.512
Exhalationis accensa novum Meteororum in Anglia. 193
Expiatio anniversaria Pontificis M. in V. T. collata cum unica & aterna expiatione Jesu Christi.

- Expiationes alia apud Hebraeos, alia apud Gentiles. 396
- Farnesiana numismata edita partim, partim edenda. 57. sqq.
- Farnesianum Museum. 58
- Fatum Stoicum. 485
- Fausti (Joannis) obitus. 51
- In Febribus & inflammationibus cur conducatur plebotomia? 524
- Febrifugum Chamamelum. 475
- Febrium malignarum ortus. 179
cura. 182
- Felix V. Papa defensio. 505. sq
- Ferræ (Bartholomæi) elogium. 243
- Festa in honorem B. Mariae Virginis celebrata. 289
- Fidei articulus num unicus tantum, Christum esse Messiam? 464. 466. 471. 472
lex ex mente Pockii. 464
- Fideicommissum familiae filias non includit. 66
- Fidei iussor contra creditorem an possit praescribere? 66
- Fidem, non bona opera, salvare, orthodoxis orthodoxa. 311. sq
- Fides non idem quod credulitas. 276
& lex fidei apud Paulum, num peculiaris aliqua virtus? 383
vel in idca, vel uti est in subiecto, consideratur. 383
qualem $\epsilon\chi\epsilon\omega\upsilon$ habeat ad justificationem? 383
viva & mortua ut distinguantur? 407. seq.
- qualis iustificet? 466
- Filia Ecclesiae quatenus sequatur matrem? 63
- Filiae illustris renunciatio hereditatis quatenus valida? 183. 184
- Filias familiae fideicommissum non includit. 66
- Fixarum stellarum unaquaque num peculiarem mundum constituat? 541
catalogus. 119
diametri non excedunt 5 scrup. secunda. 212
scintillationis ratio. 212
inflatus vix sensibiles. 214
- Flamma cur in crypta canum Neapolitana extinguitur? 556
- Florentini problematis constructio ope terni. 481
- Florentinum problema. 259
- Fluidi animalis habitudo. 205
- Focorum consideratio Geometrica. 260
contemplatio magni momenti. 267
- Focus vitri sesquipedalis, si contrahatur, virtute superat vitrum bipedale. 347
- De Fœdere Gratiae nova controversia. 384. sq.
- Formosi Epistola ad Episcopos Angliae supposititia. 506
- In Fornicationis crimen gravestimum poena statuta. 173
- Franciscanorum & Dominicorum controversia de immaculata

ta conceptione B. Maria Virgini. 287. sq.
Friderici Wilhelmi Magni, Electoris Brandenburgici charactere, corporisque forma ac animi indoles. 523
Fullo (Petrus) Eutychniana hereseos patronus. 510
Functiones animales multa a pressione sanguinis derivata. 371
Funiculus arenulis circumvolutus loco calculi ex vesica exsectus. 527
deglutitus quomodo ad vesicam pervenerit? 527
Furti iterati pena. cum violenta effractione commissi pena. 186 187
G*aleno suspecta occulta qualitates. pulmonum structura nota.* 148 48
A Galeno respiratio thoraci adscripta. 148
Galliae Episcopi plerique saeculo V num Semipelagiani fuerint? 515. sq.
Gallorum victoria & clades. 151. sq.
De Gallorum Poesijudicium. 176
Ganglii remedium. 221
Gelalza Persarum ara. 528.
Gemmæ antiqua a Jac. Gronovio illustrata. 302

in cimeliarchio Electorati Brandenburgico asservata. 433. 436. seqq.
In Genesin Commentarius Simonis Patricii Episcopi Eliensis. 195. seq.
Gentiles quare ex mente Pockii condemnentur? 467
Geographica recensio locorum quorum longitudines ab observatoribus Gallis correctæ. 214
Geographicarum mapparum errores. 93
Geometriae Cartesianae defectus supplementum circa locorum inventionem. 264
Geometricarum constructionum generæ varia. 262
S. Georgius quidam & Christianis & Turcis cultus. 532. sq.
Germanorum Poesis collata cum Poesi Gallorum. 176
Poeta excellentiores. 177
G. Gibieuf Specimen fidei & pietatis Jansenio - Sancyrana. 30
Glandula salivalis Nuckiana frustra in homine queritur. 223
Glandulae pituitariae situs in homine. 203
substantia peculiaris. 203
pinealis magnitudo extraordinaria & prænaturalis. 203

Dddd 3 Gland-

- Glandulæ conglomerata rectius dicuntur congestæ. 221
 in pulpa digitorum. 224
 uterina in sarcoma abeuntes. 559
- Glandularum Rivinianarum ductus sæpe Warthonianis communicant. 223
- Gotteschalcum inter & Rabanum qualis de Gratia & Arbitrio controversia? 34. sq.
- Graduum prohibitio in nuptiis quousque extendenda? 63
- Græcorum in Religione Christiana capitibus cum Romana consensu & ab ea diffusus. 4. sq.
 status sub Imperio Turcico miser. 4
- Gratia qualis Petro lapsa defuerit? 517
- De Gratia & Arbitrio controversia. 19. sqq. 34
 alia Jansenii, alia Cardinalis Norisii Augustinum secuti sententia. 517
- Gravitatis ratio dubia. 458
- Gregorii Nazianzeni Carmina Cypæa, nunc demum vulgata. 298
- Guilielmus Conquestor Anglia subjugata nec linguam nec leges antiquare potuit. 424
- H**ereditatis filia illustris etiam post juratam renunciationem capax. 183
 renunciatio quatenus valida? 183. 184
- Hæresium antiquarum num postulari Lutherani queant? 306. sq. 311. sq. 316
 postulandi potius Romano-Catholici. 316
- Haimo Halberstadiensis auctor Commentarii in Epistolas Pauli. 39. sq.
- Harpocraton emendatus. 349
- Ex Harriotto desumpta Cartesii Algebra. 256. sq.
- Hauberti Hispanensis Pseudochronicon. 167
- Hazazel quid Levit. XVI. 8. ? 114
- Hebræi. Vide Ebræi.
- Hegiræ æra. 527
- Heliometri Bononiensis descriptio. 94. sq.
- Hercules amori succumbens in gemma expressus. 436
- Hermanni (Pauli) obitus. 50
- Heylini (Petri) de Vita Guilielmi Laudi liber. 140
- Hibernorum origo. 422
- Hieronymus unde Aram dictus? 123
- Hierosolymitanæ Synodi A. 1672 habita historia. 111
- Hierosolymitani Templi descriptio. 324. sq.
- De la Higuera (Hieronymus Romanus)

<i>man) Ecclesiastica Hispanorum</i>		<i>Friderici Wilhelmi Ma-</i>	
<i>Historia corruptor.</i>	130. 167.	<i>gni, Electoris Bran-</i>	
	171	<i>denburgici.</i>	522. sq.
<i>Hilarii de Confessione Sirmienſi</i>		<i>Pelagiana Henrici No-</i>	
<i>judicium explicatum.</i>	112	<i>ris (hodie Cardina-</i>	
<i>Hinckelmanni (Abrahami) obitus.</i>		<i>lis) vindicata.</i>	508. sq.
	51	<i>Musica.</i>	241
<i>Hincmari Remensis Archiepiscopi</i>		<i>Hollandiæ ad Britanniam Camde-</i>	
<i>cum aduersariis contentiones.</i>		<i>ni Additiones.</i>	189
	34. sq.	<i>Homo ut ex contemplatione sui e-</i>	
<i>Hippocrates emendatus.</i>	388	<i>xistentiam Dei cognoscat?</i>	412
<i>Hippocrati & Galeno pulmonum</i>		<i>Hormisdas Pontifex Romanus cur</i>	
<i>structura nota.</i>	148	<i>propositionem: Unus e Trinita-</i>	
<i>Hircus emissarius duplex quomodo</i>		<i>te carne passus est, probare no-</i>	
<i>duplicem Christi patientis ꝑꝛꝑꝛ</i>		<i>luerit?</i>	510. sq. 513 514
<i>significavit?</i>	399	<i>Horologia elementaria.</i>	86
<i>In Hispania num tribus prioribus a</i>		<i>Horologii Hydrostatici constructio</i>	86
<i>Christo nato seculis Concilia su-</i>			
<i>erint celebrata?</i>	127	<i>Hottingeri (Jo. Henrici) colloqui-</i>	
<i>Hispaniæ Regum majores Recca-</i>		<i>um cum Jansenistis, & de iisdem</i>	
<i>redus & S. Hermenegildus fra-</i>		<i>judicium.</i>	31
<i>tres.</i>	171	<i>Hugenii laus.</i>	147
<i>Regibus quando primum</i>		<i>Ab Hydrope quomodo quis præ-</i>	
<i>tributus titulus Catho-</i>		<i>servatus fuerit?</i>	476
<i>lici?</i>	171	<i>Hydrophobia causa.</i>	181
<i>Historia Ecclesiastica Dupinii.</i>	31.	<i>Hydrostatici horologii constructio</i>	86
	ſeqq.		
<i>quatuor primorum a</i>		<i>Hypotheca possessoria de prædio</i>	
<i>Christo nato seculo-</i>		<i>nondum investiti in allodiali-</i>	
<i>rum J. H. Bœcleri.</i>	74	<i>bis valida.</i>	65
<i>conversionum Angliæ a</i>		<i>Hypothesis de systemate mundi</i>	
<i>primis Monarchia ini-</i>		<i>Cartesiana dubia.</i>	455
<i>tiis.</i>	362. ſeq.		
<i>Nova seu XVI & XVII</i>		I <i>acobi Epistola auctoritas Cano-</i>	
<i>seculorum Christopho-</i>		<i>nica asserta.</i>	407
<i>ri Cellarii.</i>	426	<i>analysis.</i>	408
			S. Ja-

- S. Jacobus num in Hispaniam pervenerit?* 127. seq.
- Jacobus I. *Rex Magna Britannia notatus.* 369
- Janfenii (Cornelii) *odium in Reformatos.* 21. 24. 25
- epitaphia adversa.* 23
- dogmata.* 23. sq. 31
- Augustinus, seu Theologia Augustiniana.* 24
- seq.
- errores & novi.* 24. 27. sq.
- doctrina a Reformato- rum doctrina in quibus dissentiat?* 28
- vita, gesta, scripta, mu- nera, mors.* 19. sq.
- doctrina moralis.* 29
- Janfenismi *Historia.* 17. sq.
- Janfenius *Concordie Evangelica auctor male cum Janfenio Ylprensi Episcopo confunditur.* 19
- Ibrabimi *Tursarum Imperatoris mores & mors.* 2
- Iconoclastarum & *Iconomachorum contentiones.* 32. sq.
- Index *menti innata quo sensu ad- mittenda?* 340. sq.
- Idololatriæ *origo & progressus.* 446. sq.
- Jejunii *quadragesimalis seu ante- paschalis antiquitas asserta.* 415
- seq.
- ex Synagoga Judaica or- tus demonstratus.* 418. seq.
- Jesuitæ *Pelagianismi accusati.* 26. seq.
- Jesuitarum *cum Dominicis lites.* 26. sq.
- Ignæus *globus Sol.* 209
- Ignis *elementum genuinum Sol.* 180
- Ignis & *nubis columna usus apud Ebraos in deserto.* 321
- quid?* 455
- Ignorantia *Episcoporum Gallie Se- mipelagianorum seculo V qua- lis fuerit?* 515. sq.
- Ildephonfi *locus in Continuacione ad Chronicon Isidori suppositus* 123
- Imagines *a S. Luca pictæ.* 503
- Imagiuis *in Opticis locus.* 338
- De Imaginum cultu contentiones seculo IX agitata.* 32. sq.
- Immortalitas, *pars imaginis divina* 466
- Ex Inedia languor animalium.* 371
- Infallibilitas *Papæ in meris factis recensendis negata.* 506. sq.
- num ex eo recte impugnetur, quod Scytharum Monachorum de U- no ex Trinitate carne pas- so doctrinam Hormisdas approbare noluerit, Jo- hannes II. autem appro- barit?* 514
- Infantium *Eucharistia qualis in Ecclesia Græca?* 360
- Inf-

Infinite <i>parva quantitates qua-</i> <i>nam?</i> 81	Josephus notatus. 397. 449
Infinitorum <i>analysis.</i> 80	Joviniani <i>hereseos prave accusati</i> <i>Lutherani.</i> 313
<i>arithmetica.</i> 251. sq.	Isdegirdica <i>Persarum ara.</i> 528.
<i>differt ab</i>	Isaca <i>Mysteria.</i> 246
<i>analysis infinitorum.</i> 252	Isidoro <i>Hispalensi collectio Cano-</i> <i>num & Conciliorum, licet non</i> <i>integra, asserta.</i> 122
In Inflammationibus <i>repellentia</i> <i>& defensiva adstruuntur utilia</i> <i>contra Recentiorum nonnullos.</i> 222	Israelitarum <i>per mare rubrum,</i> <i>transitus quatenus miraculo fa-</i> <i>ctus?</i> 116. sq.
<i>cur conferat phleboto-</i> <i>mia?</i> 524	Italix <i>chorographia.</i> 214
Inflammationis <i>levis remedium.</i> 221	Itinerarium <i>Monconysii.</i> 1
<i>genesis.</i> 222. 373	Judæorum <i>Synagoga.</i> 68.
Influxus <i>Stellarum fixarum vix</i> <i>sensibilis.</i> 214	<i>schola.</i> 68
Innocentii XII <i>Pontificis Romani</i> <i>Decretum in causa Jansenismi.</i> 17. sq.	<i>de Diabolis commen-</i> <i>ta.</i> 448
Insectorum <i>generatio ex putredine</i> <i>rejicitur.</i> 456	<i>divinationes idolola-</i> <i>trica.</i> 452
Inspiratio <i>Divina librorum Novi</i> <i>Testamenti asserta & explicata.</i> 153. sq.	Ex <i>Judaismo multa in Ecclesiam</i> <i>Christianam derivata.</i> 450
De <i>Institutis Monachorum libri</i> <i>num pra idonei auctoris factu</i> <i>habendi?</i> 138	Judicii <i>extremi diem num insiare</i> <i>dixerint Apostoli?</i> 160
Interrogatoria <i>in causa testamenti.</i> 65	Juliani <i>Imperatoris virtutes & vi-</i> <i>tia.</i> 489. 493. 494. 495.
Intestinum <i>cæcum in homine quid?</i> 223	<i>operum editiones.</i> 489. sq.
Inventa <i>Nov-Antiqua.</i> 390. sq.	<i>opera deperdita.</i> 492
Joathimus <i>Abbas num mysterium</i> <i>S. S. Trinitatis oppugnaverit?</i> 507	<i>opera que supersunt.</i> 492. seq.
Joannis <i>IX Pontificis epistolarum</i> <i>editio Labbrana notata.</i> 40	Juramentum <i>ob adverse partis</i> <i>contumacem absentiam habe-</i> <i>tur pro praestito.</i> 66
	Juris <i>Ecclesiastici controversia in-</i> <i>ter Evangelicos & Catholicos.</i> 187
	Jurisprudentiæ <i>Romana fata.</i> 427

<i>De Justificatione non docuerunt adversantia Jacobus & Paulus.</i>	410	<i>Leges antiquorum Imperatorum.</i>	430
<i>In Justificatione qualis permutatio personarum Christi & fidelium?</i>	381	<i>sumtuaria.</i>	429
<i>num etiam futura peccata condonantur?</i>	384	<i>Legis & Evangelii predicatio quomodo jungenda?</i>	385. sq.
<i>Justificationem num antecedit respicientia?</i>	384	<i>Regia historia & explicatio.</i>	428. 430
<i>Justificationis diverso sensu & causa & fructus fides dici potest.</i>	383	<i>II. C. de liberorum restitutione explicatio.</i>	518
<i>¶ vox unde?</i>	404	<i>Legum XII tabularum origo antiquissima.</i>	428. 429
<i>Kircherus notatus.</i>	243	<i>Leontii, Ulfatii, & Taurini nomina num vera fuerint, an a Donatistis ficta?</i>	109
<i>Kolbiana seu Wartenbergica Gentis Genealogia.</i>	91	<i>Lex fidei ex monte Pochii.</i>	464. 467
L <i>actius (Diogenes) emendatus.</i>	387	<i>Libanius emendatus.</i>	376. sq.
<i>Languor animalium ex inedia.</i>	371	<i>Liberti quatenus in integrum restitui possint contra facta parentum?</i>	518
<i>Lapis Foundationis Hebraeorum.</i>	896	<i>Liciniani Carthaginis Spartaria Episcopi Epistola.</i>	172
<i>Laryngis valvula.</i>	223	<i>Lingux ocelli.</i>	203
<i>Laudi (Guiljelmi) Archiepiscopi Cantuariensis Vita.</i>	140. sq.	<i>Liquorum pondus.</i>	3
<i>innocentia</i>	142. sq.	<i>Literæ Ebraice naturalemne an arbitrariam significandi valorem habeant?</i>	402
<i>mors.</i>	144. sq.	<i>Liturgia Scotis abtrusa motuum Angliæ & Scotiæ sub Carolo I origo.</i>	140. sq.
<i>epistola.</i>	145	<i>Locorum Geometricorum doctrina.</i>	264
<i>Per Lazarum in Parabola quis intelligatur?</i>	99	<i>Locus quid sit?</i>	207
<i>Legata ad pias causas num testes requirant?</i>	184	<i>Locustæ quomodo vitare aerem possint?</i>	193. sq.
		<i>Londinensium Episcoporum & Decanorum Historia.</i>	425. sq.
		<i>Lon-</i>	

Longitudines & latitudines locorum circa Bononiam correctæ.	213	De Lupo Servato diversa judicia.	39
S. Lucas num piscator fuerit? 502.	59.	Lutherani num sint schismatici?	304. sq. 308. seq.
Lucis motus a dato puncto ad alterum sit tempore brevissimo.	338	num antiquas hereses resuscitarint? 306. 311.	399. 316
Lucretii varia editiones.	150	num preces pro defunctis absolute rejiciant? 312	
De Lucretio judicium.	149. sq.	Lutherus quo sensu dicatur exivisse ex Ecclesia Romana? 310. 315	
Ludovicus a Dieu notatus.	107	quas causas excundi habuerit? 310.	
Lumen, quod ante Solem conditum, quale?	541	Λυκάνδρωτοι Turcis etiam cogniti.	531
Luna aquas complectitur. cur non vertatur circa suam axem?	210	Lymphatica vasa plexus choroidei.	203
apogea in syzygiis magis distat a terra, quam apogea in quadraturis.	210	Lyra Mercurii quos tonos habuerit?	242
perigea in syzygiis est telluri vicinior, quam perigea in quadraturis.	210	M Acarii Alexandrini de Exitu anima justorum & peccatorum Sermo.	302
cur in syzygiis non habeat tantam latitudinem, quantum circa quadraturas, in aequali a nodis distantia?	210	Cum Machina corporis animalis comparatio antiqua.	148
& Sol prope horizonsem non apparent majores, ob refractionem.	213	Machinarum in Opticis vitris elaborandis usus.	347
circum horizonsem cur majores apparent?	239	Macrobius illustratus.	294
Lunæ variatio Tyconica unde oriatur?	210	Maculæ Solis cur in Zona media & quis earum usus?	209
libratio cur fiat?	211	Magnetis phenomena unde?	456
differentia a nostra tellure.	211	Maimonides refutatus.	115
		Malpighius notatus.	204
		Manetis & sequacium libri.	30
		Manicheismi historia illustrata.	300
		Mapparum Geographicarum errores.	93
		Eccc 2	Dé

- De Marca (Petrus) refutatus.* 125.
126.
- Marcelli libellorum editiones.* 105
- B. Mariæ pseudepigrapha.* 107
immaculata conceptio a
sex millibus auctorum
defensa. 283
num &
a Thoma fuerit agnita? 283 sq.
emblematis illustrata.
285
impugnata. 286.
sq.
varie affirmata aut negata.
287. sq.
- De B. Mariæ Virginis cultu scripta*
contraria. 30. 31
- In B. Mariæ Virginis honorem instituta festa.* 289. sq.
- Maris aestus notabilis.* 191
a fermentatione aquæ
marinæ. 212
- Marmor Græcum antiquum explicatum.* 482
- Maronitarum sub Imperio Turcico status & religio.* 6. 7
- Mars ruber cur appareat?* 212
- Massalianorum varia nomina & hæresis.* 298. seq.
- Materia in infinitum divisibilis.* 457
- Mathematicarum Recreationum scriptores.* 85
- Matrimonium contra interdictum magistratus contractum an rescindendum?* 64
vitrici cum vidua privigni illicitum. 64
- Matthæus Westmonasteriensis notatus.* 362
- Maximianitarum Epistola Synodica ex quo Concilio data fuerit?* 109
- Mechanica Wallisii.* 254
Juxta Mechanicas leges Medicina theoremata. 524
- Medicamentorum compositorum ingredientia nosse debet medicus.* 475
- Medicinæ theoremata juxta leges Mechanicæ.* 524
- Medullæ oblongata corporum pyramidatissimæ.* 205
- Medullam spinalem laxatam cur lotii facinque nunc suppressio, nunc incontinentia excipiat?*
526
- Medullares processus nobis.* 204.
205
- Medullaris tractus thalamos nervorum opticorum & corpora striata interjacens, cum fornicis radicibus continuatus.* 204
- Melchiadis Papa ad Hispania Episcopos Epistole vindicata.* 167
- Mendozæ (Ferdinandi) libri III ad Clementem VIII de Concilio Illiberitano confirmando.*
129
- Meningis dura sinus delineati.* 163
con-

<i>contextus fibrosus.</i>	201	<i>adeptus, aliena negotia tractare</i>	
<i>arteria & vena.</i>	202	<i>nequit.</i>	66
<i>sinus novus circularis.</i>		<i>Miraculorum a Christo perpetratorum veritas asserta.</i>	282
	202		
<i>sinus haud pulsant.</i>	202.	<i>Miraculosa primorum Christianorum charismata.</i>	549
<i>Meninx intermedia quid?</i>	201	<i>Miraculum num intercesserit in transitu Israelitarum per Mare Rubrum?</i>	116. seq.
<i>Mensum nihil aliud quam ipsa cogitatio?</i>	339. sq.		
<i>num idearum suarum sit formatrix?</i>	340. sq.	<i>Missionarii notati.</i>	131
<i>Mensum fluxus nimis per vomitum casu curatus.</i>	475	<i>Mobilis primi precepta.</i>	119
<i>Mercatoris (Nicolai) Laus.</i>	259	<i>Molendinarum adificatio quatenus licita?</i>	64
<i>Mercurii lyra quos sonos habuerit?</i>	242	<i>Molinæ de Gratia & Arbitrio doctrina quas turbas excitavit?</i>	26. seq.
<i>Mercurius cur depressior sit in Barometro tempore pluvio?</i>	213	<i>Monachi Scythæ, Unum ex Trinitate carne passum asserentes, ab Eutybianismo defensi.</i>	509. seq.
<i>Meridiana linea num sensibiliber mutetur?</i>	93		
<i>Meridianæ in templo S. Petronii descriptio & restitutio.</i>	94. sq.	<i>Monastica vita impugnata ab Andrea Alciato.</i>	290. sq.
<i>Metalli-fossorum morbi unde?</i>	557	<i>Monetæ cudenda jus in Anglia non nisi Regi competit.</i>	190
<i>Metallorum textura.</i>	455	<i>Moralis Jansenii doctrina.</i>	29
<i>Methodus tangentium inversa quot partibus absolvatur?</i>	261	<i>Jesuitarum doctrina improbatâ.</i>	29
<i>Miasmatum virulentorum natura.</i>	555	<i>Philosophia profectus.</i>	391
		<i>Morbi metallifossorum unde?</i>	557
<i>Microscopia descripta.</i>	3	<i>In Morbillis alvi adstrictio innoxia.</i>	475
<i>A Mildiz (Hæuboldi) Elogium.</i>	233. seq.	<i>Morborum cunctorum haud eadem causa.</i>	372
<i>Militia veterum Romanorum illustrata.</i>	499	<i>non omnium chylus vi-tiatâ causa.</i>	372
<i>De Ministrorum Ecclesiæ officio oppusculum Christiani Korholtii.</i>	7		
<i>Minorennis, licet veniam ætatis</i>			

- hereditariorum fons solennis,* 372
 Morelli (*Federici*) *Verſio Latina Operum Libanii emendata.* 376.
ſeq.
 Morinus (*Johannes*) *notatus.* 13r 166.
 Mortē omnia delicta expiari, *Ju-
dais & Gentilibus creditum.* 398
 Mosaica creationis historia *vindi-
cata.* 540
quam
multa planissima reddat, que
explicari alias nequeunt? 545
 Moſes num mortuus fuerit *credi-
tus?* 116
num auctor Pentateuchii? 196
 Motus musculorum quomodo a
*ſpiritibus animalibus depen-
deat?* 204
animalis absque concursu
sanguinis perficitur. 206
clare deſignari nequit. 457
cauſa ignota. 457
 Motuum obliquorum *compoſitio*
deſenſa. 255
 Mundi creationem, prout a *Moſe*
deſcripta eſt, num negaverit
Carteſius? 410
eternitas reſutata. 538. *ſeq.*
 De Mundi ſyſtemate *hypotheſis*
Carteſiana dubia. 455
 Mundus num in eodem ſtatu *perſi-
ſtat, an vtro ad interitum decli-
net?* 539
 Musculorum motus quomodo a
*ſpiritibus animalibus depen-
deat?* 204
quomodo peragatur?
 371
 Muſca & *Gazophylacia deſcripta.*
 In Muſica *diatonicum genus a na-
tura.* 242
*conſonantia quanam ad-
mittenda?* 242
cur ſexta major octavam,
*minor quintam requi-
rat?* 244
quinta due cu adhiberi
poſſint? 244
*mutationis vocum diffi-
cultas quomodo tolli*
poſſit? 243. 59.
 Muſica *hiſtoria.* 241
genera. 241
 A Muſico modo in aliam *transitus*
non ſenſim faciendus. 243
 Muſicum ſyſtema *temperatum vel*
participatum. 242. 244
 Mutationis vocum in *Muſica diffi-
cultas quomodo tolli poſſit?* 243.
ſeq.
 Myſticus *Scriptura ſenſus qualis?*
 96
N Amuroum olim *Namon.* 432
 Narcotica *cur ſomnum provocent,*
*etiam ſi ſanguinis motum inten-
dant?* 372
 Nativitatis *Dominicæ feſtum quan-
do die 25 Dec. celebrari ceperit?*
 110
 Navis

Navis declinatio num eo major, quo
major venti violentia. 147.
336
Navium deviationis determinatio.
336
N ןׁׁׁ vocis quæ radix? 404
Neapolitana crypta canum cur le-
thifera? 555
Neonomorum & Antinomorum
in Anglia lites. 378. sq. 384
Nicæni Concilii decreta num plura
quam viginti? 126. sq.
Nicephori Patriarchæ Constanti-
nopolitani Historia. 33
Nicolai Theologi Gallici obitus &
scripta. 50
Ex Nihilo aliquid a Deo creari,
non involvit contradictionem.
538
Ex Nihilo nihil fit, quis axiomatis
huius usus? 538
In Nihilum quando abeat quan-
titas? 81
Nili incrementa unde? 3
Nitrosæ exhalationes in aere. 42
Nitrum acreum rejectum. 557
Noctu aquas Judæi, totum mun-
dum Gentiles pollui crediderunt.
395. sq.
Normannorum Imperium Angliæ
damnosum. 424
Nubis & Ignis columna usus apud
Ebræos in deserto. 321
Nuckiana glandula salivæ frun-
stra in homine quaritur. 223

Numerare homines quomodo sole-
ant Judæi? 394
Numericæ notæ ab Indis inventa.
250
Numerorum principium non est nu-
nitas. 250
Nummi unciales tres antiquissimi
86. sq.
Numismata Farnesiana edita &
edenda. 57. sq.
Nummorum uncialium seu Joa-
chimicorum ortus. 56
Saxonicorum & Fran-
cicorum conveni-
entia. 189. sq.

O Cellus Lucanus refutatus.
538
De Operibus bonis scandalosa
theses. 385
Optati locus illustratus. 108. sq.
In Opticis osculi usus. 338
imaginis locus. 338
Oratoria Christianorum ad typum
Synagogarum efformata. 71
In Oscadibus monumenta Roma-
norum, Danorum, Pictonum. 195
Orientalium Epochæ. 558
Osculi radicum numerus. 146
usus in opticis. 338
Osius defensio. 166
Ossium stupendus coalitus. 558
Ottfridi Weissenburgensis Historia
Evangelica a Flacio edita. 40

Pactorum dotalium notabilia.
433
Palca-

- Palearii (*Aonii*) *fata*. 45
 in Germanos flu-
 dium. 46
 Pallavicinus *doctrinam de proba-*
 bilissimo olim defensam conde-
 mnat. 121
 Papa num *ullo casu judicari possit?*
 505
 in historia & meris factis
 referendis non est infalli-
 bilis. 506. *sq.*
 Paphnutii *num plures?* 131
 Parabola *de Dirite & Lazaro Luc.*
 XVI. explicata mystice. 98. *sq.*
 Parabolæ *Cubica flexus*. 251
 De *Paradiso Historia Mosaica*
 vindicata. 544
 Paradisus *amissus, Poema Heroi-*
 cum Jo. Miltoni, notis illustra-
 tum. 227
 Paradoxa *num absolute damnan-*
 da? 485
 Parallelarum *constructio per ro-*
 tationem. 267
 Parhédrorum *conclave*. 393. *sq.*
 Paradis *judicium in gemma expref-*
 sum. 436
 Parlamenti *Anglicani origo*. 364
 Parochianus *quis?* 187
 Paronychiæ *sedes*. 16
 remedium. 221
 Parysatis *soror & conjux, mater &*
 filia Regis Persarum. 499
 Paschalis *schismatis Historia*. 106.
 festi institutio Apostolica
 asserta. 414
 Paschatos *festum quam contem-*
 ptim in Turcarum Calendariis
 signetur? 532
 Patrum *primitiva Ecclesia de Geo-*
 rgenevia doctrina asserta & ex-
 plicata. 145. *sq.*
 Paulus & Petrus *num recte duo Ec-*
 clesia capita dicantur? 111
 Peccata *ipsa, non eorum pœna tan-*
 tum, in Christum ut sponsorem
 translata. 379. *sq.*
 Peccatoribus *post penitentiam la-*
 psis quo sensu nova reconciliatio
 Canone XI Concilii III Toletani
 fuerit negata? 170. *sq.*
 Pedum *Hippocampi fibra obliqua*.
 204
 Pelagiana *Henrici Noris (hodie*
 Cardinalis) Historia vindicata.
 508. *sq.*
 Pelagianismi *Historia*. 29
 Pelagianismus *Jesuitis objectus*.
 26
 De *Pelagii patria disceptatio*. 231.
 seq.
 De *Pentateucho singularis opinio*
 Antonii van Dale. 447
 Percussionis *leges*. 255
 Pericoparum *Evangelicarum quis*
 collector? 217
 Perioctii *costarum, scroti & pleura,*
 itemque pericardii & mediastini
 arteria. 271
 Persarum *ara gemina*. 528.
 Persecutionum *tempore quatenus*
 fuga n

<i>fugam capeffere Minister Eccle- fia pofit?</i>	9	<i>Subftantia peculia- ris.</i>	203
<i>Perficum Calendarium illustratum</i>	558. fq.	<i>Planetæ quocreationis die & quo- modo formati?</i>	541. 542. 543
<i>A Peruviani pulveris usu diabetes ejusque ratio.</i>	526	<i>cur Solem circumceant?</i>	208
<i>Petro tentato qualis gratia defue- rit?</i>	517	<i>cur circa fuum axem volvantur?</i>	208
<i>Petrus & Paulus num recte duo Ec- clefia capita dicantur?</i>	111	<i>cur modo accedant ad Solem, modo recedant?</i>	208
<i>Phalaridis Agrigentinarum Tyrani vita & mortis genus.</i>	102. fq.	<i>in fe habent principium fuorum motuum.</i>	208
<i>Phlebotomia cur conferat in fe- bribus & inflammationibus?</i>	524	<i>non moventur in Curva elliptica.</i>	208
<i>Photii Constantinopolitani Patri- archa lites & fcripta.</i>	37	<i>Planetarum motus tempora perio- dica.</i>	209
<i>Photini Sirmienfis Epifcopi Hifto- ria.</i>	112	<i>patibilitas a Sole.</i>	209
<i>Photius emendatus.</i>	300	<i>Plantarum in foſſilibus figura.</i>	194
<i>Physica incerta.</i>	458	<i>Platonis Philoſophia Moralis.</i>	329
<i>Physicæ methodus analytica ma- gis quadrat.</i>	453	<i>Pleonafmi an in Scriptura S. repe- riantur?</i>	101
<i>Physicarum & Mathematicarum rerum ſcriptores.</i>	85	<i>Plethora datur.</i>	372
<i>Picti qui & unde dicti?</i>	422	<i>Pleuræ, ſcroti & perioſtii coſtarum, itemque pericardii & mediſti- ni arteria.</i>	271
<i>Pictoria ars cum Poefi comparata.</i>	76. fq.	<i>Plexus choroidens cerebræ duplex.</i>	203
<i>Pictorum Hiftoria.</i>	80	<i>cerebelli.</i>	294
<i>Picturæ rariores deſcripta.</i>	2	<i>choroidci vaſa lymphatica</i>	203
<i>Pilorum radices unde?</i>	270	<i>Pluvio tempore cur Mercurius de- preſſor ſit in Barometro?</i>	41. fq.
<i>Pinealis glandula magnitudo ex- traordinaria & præternatura- lis.</i>	203	<i>num levior aer?</i>	42. fq.
<i>Pituitaræ glandula ſitus in homi- ne.</i>	203	<i>Poema Heroicum de rebus geſiſis</i>	Ffff
			Ar-

<i>Arthurii Britannum Principis.</i>	<i>tum versus Occidentem direxerunt.</i>
224	320
Poemata Germanica Christiani ab Hoffmannswaldau.	Preces pro defunctis num absolute improbentur a Lutheranis?
174	312
Post Poenitentiam lapsis quo sensu nova reconciliatio Canone XI Concilii Tolerani III fuerit negata?	Presbyteri quinam in primitiva Ecclesia?
170 sq.	72
Poeseos comparatio cum Arte Graphica.	Presbyteriale in Ecclesia primitiva regimen assertum.
76. sq.	73
Poesis Germanica cum Gallica comparata.	Primi mobilis praecepta.
176	119
Poetae Germani excellentiores quinam?	Priscillianitarum heresis.
177	168
Polyanus emendatus.	Probabilissimi doctrina refutata.
349	121
Polydorus Vergilius notatus.	Probatorius terminus.
364	66
Polymathia universalis ex Epistolis concinnanda, promissa.	Problema Florentinum.
229	259
Pons Carolii verus.	Beaunianum uniuersalius conceptum.
204	332. sq.
Pontificum Romanorum ad Hispanos epistola Isidoriana collectionis num genuina?	Problematris Florentini constructio ope torni.
123. sq.	481
128	Processus annularis stria crasse.
Praxadamitarum systema refutatum.	cerebelli chordalis.
337. sq.	204
Prædictio in morbis incerta.	Processus medullares novi.
475	205
Prægnantes mulieres jejunantium legibus apud Ebraeos soluta.	Prophetae num etiam dicti, qui Scripturas interpretantur?
398	450
Præscriptio fidei iussoris contra creditorem an valida?	Prophetiae verae & falsa sub Veteri & Novo Testamento characteres.
65	449. sq.
herodistatis contra libereros ad annos 90. non extendenda.	Proportiones ponderum ex chordis consonantibus suspensorum falso eradite.
65	24.
Præcaturi in Ecclesia Judaica vul-	Proportionis & rationis doctrina Euclidea & Borelliana examinata.
	245
	Proportionum doctrina defensa a Walliso.
	250
	Pro-

Provocatio ad Tribunal Christi
num licita? 228. sq.

Prynaii (Guilielmi) adversus Gali-
clumam Laud malitiose gesta. 140,
143. 145

Pseudepigrapha Christi, Mariae &
Apostolorum. 107

Pseudoprophetae sub V. & N. Te-
stamento. 451. sq.

Pulmonum structura Hippocrati
& Galeno nota. 148

Pulsus minor & oppressus unde?
373

Ex Putredine generatio insectorum
rejecitur 456

Pygmaei num dentur aut existere-
rint? 294

Pyramidalium corporum medulla
oblongata situs. 205

Pythagoras num Carmelita fuerit?
502

Quadragesimale jejunium non
precise quadraginta die-
rum fuit. 417

Quadragesimalis jejunii antiqui-
tas asserta. 415. sq.

ortus ex Syn-
agoga Judaica deri-
vatus. 418

Qualitates occulta Galeno susce-
pta. 148

Qualitatum divisio. 457

Quantitas quando in nihilum abe-
at? 81

Quantitates infinite parva que-
nam? 81

differentio - differentia-
les num admittenda?
81

differentiales aequales
non habent aequales
summas. 83

Quintae duae an adhiberi possint in
Musica? 244

Radicum in lingua Ebraica
ratio & varia genera. 399.
seq.

osculi numerus. 148

Ratio brutis vindicata. 457

Rationalitas Religionis Christianae
asserta. 463. seq.

Rationes sunt relationes quantita-
tem habentes. 245

Rationis & proportionis doctrina
Euclidea & Borelliana exami-
nata. 245

Rationum aequalitas & inequali-
tas non seorsim definienda. 245

compositio. 250. sq.

Ravennatis anonymi Geographia a
Placidio Porcherone edita. 431

Receptaculi chyli quandoque situs
in canibus. 223

Recreationum Physicarum & Ma-
thematicarum Scriptores. 85

Reflexio corporum ex vi elastica
oritur. 255

Reformati quanam desiderare so-
leant in doctrina Jansenii? 28

Reflectio non est causa, cur Sol &
Luna

Ffff 2

- Luna in horizonte majores appareant.* 213
- Refractiones siderum remotiorum majores quam propiorum.* 213
- Religionem Christianam quam frivolis rationibus inducti Athei repudient?* 273 sq.
- Religionis Christiana summa ex mente Clerici.* 278
- veritas asserta.* 282
- rationalitas asserta.* 463 sq.
- Renum structura.* 223
- Repellentia & defensiva in inflammationibus utilia adstruuntur contra Recentiorum nonnullos.* 222
- Respiratio a Galenoaboraci adscripta.* 148
- Resurrectionis corporum possibilitas ut rationi humana pateat?* 296
- Reti mirabile homini vindicatur.* 203
- humanum cur a brutorum diversum?* 203
- non solum arteriis, sed & venis gaudet.* 203
- Reticulare corpus cum papillis pyramidalibus Malpighii.* 271
- Romana Ecclesia tempore Lutheri num fuerit vera?* 310
- Romanæ Antiquitates illustratae.* 498 sq.
- Romanorum in Anglia monumenta.* 192
- Rumæ sive Christiana era apud Orientales.* 528 sq.
- S***abbati sanctificatio jam in Pradiso præcepta.* 197
- Saculariorum pæna.* 187
- Sacerdotum apud Ebraeos vestes.* 397
- De Sacrificiis codex Talmudicus illustratus.* 393 sq.
- Sacrificiorum origo.* 198
- De Salazar (Tamayi) Martyrologium Hispanum figmentis factum.* 130
- Salis cathartici amari natura.* 459-460
- differentia a nitro & sale calcario.* 459-460
- usus generalis.* 460
- specialis.* 461-462
- Salivalis glandula Nuckiana frustra in homine queritur.* 223
- Salvator cur in mundum mitterendus fuerit?* 468
- Sandovalius notatus.* 215
- Sanguificatio quomodo fiat?* 371
- Sanguinis a corde pressa maxima elasticitas unde?* 371
- quies & obstructio imaginaria.* 373
- circulatio cur subito cesset?* 373
- A San-*

NOTABILIORUM.

<i>A Sanguinis pressione derivata</i>	IV.	7.8.15.	597
<i>functiones animales multa.</i> 371		26.	352
<i>Absque Sanguinis concursu animalis motus perficitur.</i> 206	VII.	14.	447
<i>Sanguis quomodo coaguletur vel sponte, vel ab acido?</i> 525	X.	11.	15
<i>arteriosus cur fluidior venoso?</i> 525	XV.	6.	353
<i>Sarcoma uteri ingens.</i> 558	XIIX.	10.	97
<i>Sarcomatis uteri ingentis causa.</i> 56	XX.	16.	353
	XXIII.	9.	353
<i>Saturnii annuli usus.</i> 211	XXXVIII.	13.	14
<i>Saturnini Acta unde supplenda?</i> 108	L.	23.	13
<i>Saturnus cur quinque lunulis illustratur?</i> 212	Exod.	I.	21.
<i>Savilius (Henricus) laudatus.</i> 249		XIV.	22.
<i>Saxonum in Britannia dominatus.</i> 422.424	Levit.	XVI.	8.
		XVII.	7.
<i>Schickardus notatus.</i> 398	Num.	XII.	3.13.
<i>Schismatis num accusari Lutherani possint?</i> 304. sq. 308. sq. 315		XXII.	28.
<i>Scholarum olim apud Judaeos ratio.</i> 69	Deuter.	XXXVI.	6.
<i>Scintillationis fixarum ratio.</i> 212	2.Sam.	VII.	19.
<i>Selicenses nummi uncialis.</i> 88	1.Reg.	VIII.	9
<i>Scoti Scytharum progenies.</i> 422	2.Reg.	V.	17.18.
<i>Scriptorum variorum errores notati.</i> 105.113	2.Paral.	XXXV.	3.
<i>Scripturae S. loca illustrata:</i>	Job.	XIX.	25.
<i>Genes. I.</i>	Pfalm.	XV.	4.
1.		XLVIII.	15.
3.	Prov.	XCI	5.
14.		CVI	37.
16.	Esai.	XXX.	1.sqq.
540.sqq.		V.	17.
II.		IX.	2.
3.		XXXIV.	14.
III.		LIII.	9.
1.sqq.	Jerem.	LXII.	6.7.
22.		XVII.	16.
		XXXII.	18
	Dan.	V.	25
			356
			356
			309
			356
			308
			356

Ffff 3

Zeph.

Zeph.	III.	3	404	Scythæ <i>Monachi, unum ex Trinitate carno passum afferentes, ab Eutychianismo defens.</i> 509. sq.
Math.	V.	18.	402	
		23	398	
	VL	7. 11.	357	514
	XVIII.	17.	68	Sebastianus a S. Paulo refutatus.
	XXIV.	28.	101	500. sqq.
Marc.	III.	21	357	Secularisatio <i>honorum Ecclesie</i>
	VIII.	27. 30.	465	<i>num valida?</i> 187
	IX.	23.	357	Selavim <i>quid?</i> 406
Luc.	II.	21.	218	Seldenus <i>notatus.</i> 397
	III.	38.	466	Sellæ <i>equina receptacula in homine ficta.</i> 202
	XII.	29.	357	
	XIV.	19. sqq.	98	Semipelagiani <i>quidam heretici quomodo inter Sanctos referri potuerint?</i> 515. sq.
Joh.	VI.	70.	465	
	XIV.	16.	309	
Act.	I.	4.	357	Sensus <i>plures ejusdem Scripturae S. dicti.</i> 96. sq.
	XXIV.	25.	274	
Rom.	VIII.	24.	239	Septuaginta <i>Interpretes fuerintne Θεοπνευστοί?</i> 155
1. Cor.	X.	1.	321	
	XIV.	1. sqq.	450	Sepulcra <i>Romanorum in Angliâ</i> 192. 195
		32	157	
Gal.	III.	13.	381	Seraphini <i>Angeli sub qua forma comparuerint?</i> 198
Col.	I.	15.	467	
	III.	14.	238	Sergii <i>heretici sigillum male Sergio Papa tributum.</i> 506
2. Tim.	II.	17. 18.	106	
1. Petr.	I.	24.	380	Series <i>infinita variorum.</i> 257
	III.	18.	358	Serpens <i>Protoplastorum seductor qualis?</i> 197. sq.
Hebr.	IX.	4	322	
Jac.	II.	1.	408	De <i>Sibyllinis oraculis quid sentiendum?</i> 452
		14.	407. sqq.	
		19.	466	Sigeberti <i>de Illustribus Viris Supplementum num spurium aut genuinum?</i> 138. sq.
Scripturæ S. <i>quatenus diversifensus attribui possint?</i>			96. sq.	
Scroti <i>membrana adiposa.</i>			270.	Significatio <i>vocum Ebraicarum certis regulis definita.</i> 40. sq.
			septum.	270
			arteria.	271

Simonianis male comparati Lutherani.	306. 311. sq.	Somnum cur narcotica provocent, etiam si sanguinis motum intendant?	372
Simonis Magi volatus per aera confectus.	451	Somnus quomodo oriatur?	372
Sinensium. Vide Chinesium.		Sorabicae Linguae convenientia cum Ebraica.	92
Sinuessani Concilii Acta rejecta.	505	Spanhemii (Ezechielis) opera, quae expectantur.	500
In Sinum longitudinalem venarum implantatio qualis?	203	Spatium quid?	457
Sinus meningis dura novus circularis.	202	Speculi vitrei usorii optimi constructio.	338
Sinus dura meningis delineati. novi πολύμορφοι.	163 164	Spenceri (Johannis) opinio de voce Hazazel refutata.	114
dura meningis haud pulsant	202	Sphaerica Mundi figura num inferat ejus aeternitatem?	539
Sistrorum descriptio variaeque figura.	246	Sphaericae & conoideae superficies complanandi methodus.	269 479
Sol genuinum ignis elementum. globus igneus.	180 209	Spinoza refutatus.	153. sq. 259
cur vertiginis agatur motu?	210	Spiralium doctrina.	252
& Luna prope horizontem non apparent majores ob refractionem.	213	Spiritus S. quo modo Apostolis, quando libros sacros scriptis consignarunt, adfuerit?	158 sq.
cur majores appareant?	259	cur post Christi ascensionem demum in Apostolos effusus?	465
A Sole Planetarum patibilitas.	209	De Stanni & cupri fodinis in Anglia quaedam notabilia.	190
Solem cur circumciant Planetae?	208	Stationes veterum Christianorum unde?	414. sq.
Ad Solem cur modo accedant Planetae, modo recedant?	208	Stellae universae num hominum gratia conditae?	540. sq.
Soliditatis ratio nondum sufficienter exposita.	457	Stellarum verticalium loco alicui efficacia.	119
Solis macula cur in zona media & quis earum usus?	209	efficacia.	180. sq. fixa-

- fixarum influxus vix sensibilis.* 214
 Stephanus Byzantinus emendatus. 231
 Stercoranistarum secta. 37
 Stoicorum in *Philosophia Morali errores.* 484. sq.
 Straffordiz Comitis fata. 141. 143
 Stuckii (*Job. Guilielmi*) *Epitaphium & scripta.* 104
 Stryptica aqua. 223
 Sudarium Christi *Veronica corrupte dictum.* 503
 Suidas emendatus. 232
 Superfoetatio in equa. 475
 Superstitionis origo & progressus *Turcica exempla.* 531
 Synagoga & Ecclesia quomodo differant? 68
 E Synagoga *Judeorum derivati in Ecclesiam Christianam ritus.* 418
 derivatum jejunium quadragesimale. 418. sq.
 Synagogæ apud *Judeos instituta collata cum Templi ritibus.* 67
 Synagogarum *Judaicarum descriptio* 69. sq.
 regimen. 73
 Syncope in *Musica.* 244
 Syædrii vox quando a *Græcis ad Judæos migraverit?* 377
 Synodi *Bethlehemitica seu Hierosolymitana A. 1672 habita bifloria.* 111
 Syricii *Papa ad Himerium Tarraconensem Epistola.* 168
 Systema *Musicum temperatum vel participatum.* 242. 244
TAbernaculum *sanctum Judæorum exacte descriptum.* 320. sq.
 Tabulæ *differentiales ascensionales, ascensionum & descensionum, obliquarum & fixarum.* 119
 Tangentes *inversas ad quadraturas redigendi modus.* 147
 Tangentium *methodus inversa quot partibus absolvatur?* 261
 radix & ejus derivata. 405
 Templi *Judaici ritus collati cum institutis Synagoge.* 67
 Hierosolymitani descriptio. 324. sq.
 In *Templis cadavera fidelium ante seculum undecimum non sepulta.* 131
 Circa *Templorum adificationem quid notandum?* 63
 Tempora *periodica motus Planetarum.* 209
 Terminis *probatorius.* 66
 Terræ *motus causa.* 554
 In *Terræ visceribus nova quotidie generantur mixta.* 557
 Ter-

Tertulliani <i>de jejuniis antepaschali sententia.</i>	415	Thule veterum <i>quas?</i>	194
Testamentariae <i>scheda quomodo valeant?</i>	185	Thymionis <i>remedium.</i>	221
Testamenti imperfecti <i>ratione voluntatis invaliditas.</i>	185	Toletanorum <i>Presulum Chronologia.</i>	122
<i>literarum imperiti validitas qua?</i>	64	Tortura <i>in senibus institui potest.</i>	476
<i>pagani in hostico facti validitas.</i>	432	Tragediae <i>indoles.</i>	77
Testamenti Novi <i>Θεωνυσία asserta & explicata.</i>	154. sq.	Transcendentium <i>constructio per puncta Algebrae inventa est magis analytica.</i>	146. 334
Testamentorum antiquorum <i>formula.</i>	294	<i>curvarum constructio generalis ope simplicioris tractoria & logarithmica.</i>	261. sq.
Tetragonismus <i>universalis figurarum curvilinearum.</i>	551. sq.	Transitus <i>a modo Musico in alium non sensim faciendus.</i>	243
Thalamorum <i>nervorum optisiorum stria.</i>	204	Trigla <i>Vandalorum Dea qua?</i>	293
Theodori Studitæ <i>Testamentum ad discipulos suos.</i>	302	Ex Trinitate <i>unus carne passus num recte dicatur?</i>	508. sq. 514
Theologiae <i>systema paradoxum.</i>	463. seq.	S. S. Trinitatis <i>mysterium Scriptura oraculis adstruere praestat, quam scrupulose explicare.</i>	533
Θεωνυσία <i>librorum sacrorum Novi Testamenti asserta & explicata.</i>	154. sq.	<i>probatum ex Scriptura S.</i>	533 534
Thermometra <i>descripta.</i>	3	Tumorum <i>causa generalis.</i>	560
Theseus <i>suus Crommyonia interfectus in gemma expressus.</i>	436	<i>natura & causa.</i>	219
Thomæ Becketi <i>Archiepiscopi Cantuariensis fata.</i>	363. 366	<i>indicatio generalis.</i>	220
Thomas <i>num immaculatum conceptum Deipara statuerit?</i>	283	<i>divisio.</i>	220
Thoraci <i>respiratio a Galeno adscripta.</i>	148	Turcicæ <i>superstitionis exempla.</i>	531
תור <i>quid?</i>	294	Turcicum <i>Calendarium illustratum.</i>	528
Thucydidis <i>editiones varia.</i>	342	Tychonica <i>Luna variatio unde oriatur?</i>	210
		Tzetzes (Joannes) <i>illustratus.</i>	230.

- De Valentia (Gregorii) fatum. 26
 Valefius (Henricus) notatus. 359
 Valvula coli quid? 223
 Vaporibus subterranea caver-
 na. 554
 Varifius quis? 105. 106.
 Varorum cura. 221
 Venarum cerebri distributio cur
 peculiaris? 202
 in forma longitudina-
 lem implantatio qua-
 lis? 203
 Venditionis sub conditione facta
 retractio. 188
 Venditoris pactum de fundo ab o-
 neribus libero praestando in
 quantum valeat? 65
 Veneficium puerorum & puellarum
 evidentissime probandum. 185
 Veneris triumphus in gemma ex-
 pressus. 436
 Ventorum causa. 213. 456
 Ventus idem magis impellit navem
 quiescentem quam procedentem.
 147. 335
 Vergerius cur primus Jansenismi
 parens vocari soleat? 20
 Veronica, cujus sudarium Christi
 celebratur, num unquam in re-
 rum natura fuerit? 503
 Verrucarum remedium promptisfi-
 mum. 221
 Vertebralis arteria in calvariam
 ingressus & flexura. 202
 Vesica inflata pondus attollens. 256
 Vesica funiculus arenulis cir-
 cumvolutus loco calculi exsectus
 527
 Ad Vesicam quomodo pervenerit
 funiculus deglutitus? 527
 Vestes Sacerdotum Ebraorum.
 397
 Vesuvii montis incendii causa. 557
 ab incendio ultimo
 quam cruenta
 fuerint? 557
 Victorix imago alis destituta. 436
 Vicussenius correctus. 201. 202.
 204. 205. 206.
 Vincentius Livinensis num Semi-
 pelagians fuerit? 515. sq.
 Vinum intra milliare vendere pro-
 hibere potest civitas instructa
 privilegio de non vendenda co-
 revisa extranea intra tale spa-
 tium. 65
 Viperarum venenum in quo conse-
 rat? 456
 De Virtutibus doctrina Platonis.
 330. sq.
 Vitalitas quid? 525
 Vitam prorogandi methodus.
 374
 Vitra bipedalia in distantia 12 pe-
 dum flammam excitantia. 347
 Vitrearum tabularum, quarum di-
 ametèr trium pedum, crassities
 quatuor pollicum, quaque gra-
 vitate centenarium cum semisse
 superant, elaboratio. 346

<i>Nitrea tabula librarum 300, cujus diameter quatuor fere pedum, crassitas quinque pollicum.</i>	554	Vossius (<i>Gerhardus Johannes</i>) notatus.	232.233.
<i>Nitri sesquipedalis focus si contrahatur, virtute superat vitrum bipedale.</i>	347	Vossius (<i>Isaacus</i>) notatus.	431. 452.498
<i>Vitringæ (Campegii) de diverso Scriptura S. sensu sententia.</i>	96	Urim & Thammim quale oraculum & quomodo consultum?	398
<i>Vitrum sesquipedale in distantia 20 pedum durum lignum perurens.</i>	347	Urinæ materiam quis Veterum vapores abdominis asseruerit?	148
<i>Vinciales nummi tres antiquissimi.</i>	87. sq.	Urnarum diversa species.	195
<i>Sub Unguibus stratum coccineum.</i>	224	Ufuardi Martyrologium Carolo, non Magno, sed Calvo dedicatum.	41
<i>Unguium structura.</i>	16	Uteri sarcoma ingens.	558
<i>nutrimentum.</i>	16	Uteri sarcomatis ingentis causa.	560
<i>vasa.</i>	16	Uterinæ glandula in sarcoma abeuntes.	559
<i>augmentum post mortem.</i>	16	Vulnerum inspectio in crimine latrocinii tam exacte non requiritur.	186
<i>usus.</i>	16	Uxorum olim apud Britones communia.	421
<i>vires emetica.</i>	16	W Alketi nummi Saxonici illustrati.	189
<i>Ungularum textura.</i>	16	Wallisi Mechanica.	254
<i>Unitas non est principium numeri.</i>	250	Warthoni (<i>Henrici</i>) obitus.	49
<i>Vocum Ebraicarum genesis.</i>	399. sq.	Willisus notatus.	204
<i>significatio.</i>	401. sq.	Wood (<i>Antonii</i>) obitus.	49
<i>derivatio.</i>	404	Z Arada Manichaorum quis?	300
<i>Per Vomitum mensum fluxus nimium casu curatus.</i>	475	Zarlinus notatus.	243
<i>Vortices Cartesii rejehti.</i>	208	Gggg 2	ERRA-
<i>Vortigerni Britonum Regis fata.</i>	362. sq.		

ERRATA.

**Pag. 78. l. 11. pro *metbedo* leg. *methodus*. pag. 79. l. 1. pro *reperit* leg. *reperit*. ibid. l. 6. pro *hinc* leg. *hisc*. pag. 85. l. 11. pro *idemque* leg. *ideoque*. ibid. l. 12. pro *IH* leg. *IK*. ibid. l. 13. pro *Q.C.D.* leg. *Q.E.D.* pag. 265. l. 3. a fine pro *racionales* leg. *irrationales*. pag. 266. l. 6. pro *illud* leg. *aliud*. ibid. l. penult. *sumenda est potestus* π totius *x-x*. pag. 268. l. 6. a fine pro *quodcumq;* leg. *quocumque*. pag. 269. l. 2. leg. *habentes*. ibid. l. 5. deleatur comma inter *considea parabolica*. pag. 512. l. 24. pro *insuetam fuisse* leg. *non insuetam fuisse*.
Corrigendi & hic illic erunt paginarum numeri. In Mense nempe Februario post paginam 80. pro 77. lege 81, pro 78. lege 82. pro 79. lege 83. In Mense vero Novembri post paginam 523. pro 554. lege 514. pro 555 lege 525. pro 556 lege 526. & ita porro usque ad Mensē Decembrē.**





